

ARISTOTELES :·

Nō de virtute ſcire ſat eſt:ſed enitēdum eſt ipſam habere.

PYTHAGORAS:

Stateram ne trāſgrediare.id eſt,virtutis mediū ne tranſeas.

IN HOC LIBRO CONTENTA.

Politicorum libri Commentarij.	Octo.
Oeconomicorum Commentarij.	Duo.
Hecatonomiarum	Septem.
Oeconomiarum publ.	Vnus.
Explanationes Leonardi in œconomica.	Duo.



SOCRATES


Adoleſcentes ſpeculum conſulant:quo ad bonū incitentur.



: PLATO:

Breues virtutis labores;æterna voluptas ſequitur.

PARISIIS
Ex officina Simonis Colinæi.
1 5 2 6



CICERO.

Qui virtute præditi ſunt: ſoli ſunt diuites.



SENECA

Nunquā ſtygias fertur ad vmbras indyta virtus.



AD REVEREND. IN CHRISTO PATREM D. GVILLERMVM BRICONNETVM EPISCOPVM LODOVENSEM IACOBI FABRI STAP. IN POLIT. ET OECON. ARISTOT. RECOGNITIONEM PRAEFATIO.

IN his Politicorum & Oeconomicorum libris, quos vnà cum cõmentarijs, accuratissime recognitos, nomini tuo sacratissime Pręsul impręsentiarũ nuncupo, visus est mihi Aristoteles alicui viro cõparandus: quem deus in altissima specula collocatũ, vnde vno cõtuitu vniuersi cœtus hominũ, facile lustrari possent, fecisset suæ admirandæ circa homines dispensationis contemplatorẽ. Qui quidem primũ conspiceret populos natura benignos, minime ociosos, dei prouidentiã suis in laboribus æquanimiter expectantes, eius ingentia beneficia meditantes, gratias agentes iugiter, & solam eius bonitatem admirantes: quibus deus regem longe præstantissimum omnium (ceu in examine sedularum apum) ad suæ clementiæ similitudinem dispensaret. Secundo populos primis quidem dissimillimos, fortunę ludibrio cuncta committentes, prouidentiã despicientes, nullis vnquam gratiarum actionibus totius bonitatis actorem prosequentes: quibus deus pro mentis illorũ stoliditate dispensaret tyrannũ. Tertio populos virtutũ affectatores, quæ optima mortaliũ sunt bona: quibus pro bonæ mẽtis desiderio, optimos viros præficeret diuinitas. Quarto populos diuitiarum, honorúmq; cupidos: quos sineret deus tanquam rerum vmbris inhærentes, veris quidem neglectis bonis, ab ijs qui diuitijs & generis nobilitate tument, durã experiri gubernationis sortem. Quinto populos quasi omnes inter se fratres essent, mutuã in rerum mediocritate charitatẽ diligentes: quibus deus concederet vicariam administrationis (seruata, quã diligunt: mediocritatis lege) facultatẽ. Sexto & vltimo loco populos qui quomodocũq; ferat mentis impetus, & vt quisq; velit, viuere gestientes: quos pro ineruditione sensus, frequẽter morbis, cædibus, seditionibúsq; castigatos, permitteret deus populariter tumultuari. His sex viuendi formis: regia, tyrannica, optimate, paucorum potentia, republica, & populari licentia, vt in totius mundi spectaculo cõstitutus, cunctos hominum cœtus viuere vidit Aristoteles, ac his in libris scripto digessit, tres impares probans, improbans autem tres pares. & hæc vniuersa fermè horum librorũ est materia. Neq; crediderim legislatorem, rerúmq; publicarum institutorẽ, satis idoneum vnquam haberi: qui mentem diuinam non induerit, humanáq; diuinorum instar pro virili non effinxerit. Quod de Mose (vt gentium Minoa, Rhadamanthum, Eacum, Lycurgum, Xamolxin, Numam Pompilium taceã) manifesto cõstat argumento: qui non alio quàm ex diuino consortio, gentis Hebręæ cõstituit rempublicam. quod & in sacro carmine testatur Orpheus. In Oeconomicis autẽ tam sanctè coniugalem societatem, paternã, & herilem instituit: vt qui legunt (& si nunq̃ adiecissent animum) miro reifamiliaris teneantur amore. Et vt finem faciam: hi rerumpublicarum, & reifamiliaris libri eiusmodi sunt, qui dum leguntur oblectent, & legẽtibus eruditionem afferant & vtilitatem non modicam. In quorum recognitione quantum laboris assumpserim, quot mendas eluerim, non est quod ipse recenseam, quandoquidem tui contemplatione, labor omnis, aut nullus penitus, aut leuissimus visus est. Et haud dubito te pro nobilitate tui animi hoc opus probaturum, suscepturúmq; benigne, præsertim vbi illud vel ex ipso de rebuspublicis titulo intellexeris, non modo priuato cuique, sed & ciuitatibus, cunctisq; communitatibus profuturum. M.D.V.

Moses. Minos. Rhadamãthus. Eacus. Lycurgus. Xamolxis. Orpheus.

CONTENTORVM IN PRIMO POLITICORVM INDEX.

CONTENTORVM IN SECVNDO POLITICORVM INDEX.

CONTENTORVM IN TERTIO POLITICORVM INDEX.

CONTENTORVM IN QVARTO POLITICORVM INDEX.

CONTENTORVM IN QVINTO POLITICORVM INDEX.

CONTENTORVM IN SEXTO POLITICORVM INDEX.

CONTENTORVM IN SEPTIMO POLITICORVM INDEX.

CONTENTORVM IN OCTAVO POLITICORVM INDEX.

INDICIS OCTO POLITICORVM ARISTOTELIS FINIS.

CONTENTORVM IN PRIMO OECONOMICORVM INDEX.

CONTENTORVM IN SECVNDO OECONOMICORVM INDEX.

INDICIS DVORVM OECONOMICORVM ARISTOTELIS FINIS.

INDEX PROPRIORVM NOMINVM ET LOCORVM POLITICORVM EX ARISTOTELE.

INDICIS PROPRIORVM NOMINVM ET LOCORVM POLITICORVM EX ARISTOTELE FINIS.

INDEX PROPRIORVM NOMINVM OECONOMICORVM EX ARISTOTELE.

INDICIS OECONOMICORVM FINIS.

INDEX HECATONOMIAE SOCRATICAE.

Hic index Socraticę Hecatonomiæ appositus est: quòd illa ordinata est. cæteræ autem consimiles ferè materias continent: sed inordinatæ relictæ sunt, quemadmodum à Platone sunt discussæ. quare qui volent poterũt & indices ordinare. Nunc autem audiatur Leonardus.

PROLOGVS LEONARDI ARETINI IN LIBROS POLITICORVM ARISTOTELIS E GRAECO IN LATINVM TRADVCTOS.

INter moralis disciplinæ præcepta, quibus humana instituitur vita & docetur: eminentissimum quodam modo locum obtinent, quæ de ciuitatibus, earúmq; gubernatione conseruationéq; traduntur. Quippe disciplina huiusmodi omnis: felicitatē hominibus efficere studet. Felicitatem vero si vni acquirere præclarū est: quanto magnificetius erit vniuersæ ciuitatis beatitudinē adipisci? bonum enim, quanto latius patet: tanto diuinius est existimandum. Cúmq; homo imbecillum sit animal, & quam per seipsum non habet sufficientiam, perfectionémq; ex ciuili societate reportet. nulla profecto conuenientior disciplina homini esse potest, quàm quid sit ciuitas, & quid respublica intelligere: & per quæ conseruetur intereátq; ciuilis societas non ignorare. Mihi quidem, qui hæc ignorat, seipsum pariter ignorare videtur, ac sapientissimi dei præceptum despicere. Itaque & Plato decem illis præclaris libris qui sunt ab eo de republica scripti: in hac parte ostendenda docendáque plurimum nixus est. & Marcus Cicero noster: sex inclytis libris (quos de republica scripsit) hanc ipsam est materiam prosecutus. & Aristoteles in hoc volumine, quod nunc in latinum conuertimus: hæc ipsa complexus est. tanto quidem nitore & copia & ornatu: vt verè mereatur flumen aureum vocitari. Materia igitur huius operis talis est. Conuertendi autem interpretandiq; mihi causa fuit eadem illa: quæ iam decem & octo annis ad conuersionem Ethicorum induxit. Nam cum viderem hos Aristotelis libros, qui apud Græcos elegantissimo stilo perscripti sunt: vitio mali interpretis ad ridiculam quandam ineptitudinem esse redactos, ac præterea in rebus ipsis errata permulta, ac maximi ponderis: laborem suscepi nouæ traductionis, quo nostris hominibus, in hac parte prodessem. Quid enim opera mea vtilius, quid laude dignius efficere possim: q̄ ciuibus meis primū, deinde cæteris qui latina vtuntur lingua, ignaris Græcarum literarum facultatem præbere, vt non per ænigmata & deliramenta interpretationum, ineptarum ac falsarum, sed de facie ad faciem possint Aristotelē intueri? & vt ille in Græco scripsit: sic in latino perlegere? Excitauit me quoq; vtilitas maxima: quam ex interpretatione Ethicorum prouenisse conspexeram. Homines enim ingenue eruditi, quos primo veteris interpretationis ineptitudo ac barbaries à legēdo repellebat: ita postmodum eos libros complexi sunt, vt in maximam lucem illarū rerum cognitio sit perducta. Quod idem fore spero in his de quibus nunc agimus Politicorum libris. Atque eo magis: quo hæc materia ciuilis, & verba ad exprimendū alia, quàm in suis disputationibus scho-

lastici vtantur, & maiorem quendam efflagitant dicendi ornatum. Quæ duo interpres ille nedum consequi: sed ne suspicari quidem potuit. Aristoteles certè tanta facundia, tanta varietate & copia, tanta historiarum exemplorúmque cumulatione hos libros refersit: vt oratorio penè stilo scripti videātur. Sic enim argumentationes totas interdum explicat: vt cuncta dicendi ornamenta, in eis studiose coniuncta liceat intueri. nec est in his libris quæstio vlla paulò vberior: quæ tractata ab illo sit absque rhetorico pigmento atque colore. Quorum etsi non expressionem, attamen adumbrationem quandam, diligens lector in hac traductione nostra deprehendet. Fuit enim Aristoteles studiosissimus eloquentiæ: quod artes rhetoricæ eius, pluribus voluminibus explicatæ declarant. Quæ sit igitur horum librorum materia, & qua de causa laborem hunc susceperimus, & quales libri ipsi in Græco sint: hæc præfatos esse sufficiat. Hortamur autem omnes vehementer, ad huius operis diligentissimā lectionem: vtpote doctrinam vberrimam, ac rerum prope innumerabilium cognitionem, & quidem necessariam ad vitam suscepturos.

PRIMVS POLITICORVM ARISTOTELIS EX TRADVCTIONE LEONARDI: RECOGNITORE ET ELVCIDATORE IACOBO FABRO STAPVLENSI.

De ciuitate, gubernatore, partibus, domo, pago. Cap. I.

1 QVONIAM videmus omnē ciuitatē esse societatē quandā, & omnē societatē boni alicui⁹ gratia cōstitutā (nā eius gratia quod bonū videtur: omnia omnes agunt) patet ꝙ bonū aliquod omnes cōiectāt. maxime vero principalissimū omniū quę est principalissima, & cæteras omnes cōplectitur. est autē hæc illa quæ ciuitas appellatur, & ciuilis so
2 cietas. Quicunq; vero putāt gubernatoris ciuitatis & regis, patrisq; familiās & domini eandē esse rationē: nō bene dicūt. Multitudine enim & paucitate: sed nō specie illorū singulos putāt differre, veluti si paucorū quidem dominū, si vero pluriū patremfamiliās, sin etiā pluriū gubernatorē ciuitatis, vel regē: quasi nihil differat magna dom⁹ & parua ciuitas, gubernatorq; ciuitatis & rex. quādoquidē ipse præsidet: rex. quādo vero secūdū rationē talis sciētiæ in parte præsidet, & in parte subest: gubernator ciuitatis. Sed hæc vera non Declaratio.
3 sunt: quod manifestū erit secūdū hāc doctrinā cōsiderātibus. Vt enim in alijs cōpositū vsq; ad incōposita diuidere necessariū est (hæ nāq; sūt minimæ toti⁹ particulæ) ita ciuitatē ex quibus cōponitur cōsiderātes, intuebimur quæ illarū magis & quid illæ differant inter se: & si quid artificij singulæ illarū admittūt. Si quis igitur ab initio rerū originē respiciat, vt
4 in alijs, sic & in istis optime discernet. Primū igitur necesse est cōbinare illos qui nō possunt esse nisi simul: ceu marē & fœminā generatiōis causa. & hoc nō ex electiōe: sed velut in cæteris animalibus & plātis, naturale est desideriū, quale ipsum est tale alterū relinquēdi. Imperās vero natura & parēs propter cōseruatiōnē. nā quod potest mēte prospicere: natura imperat, & dominatur. quod autē potest corpore hoc facere, paret natura
5 & seruit. quapropter domino & seruo idē cōfert. Natura igitur distincta sunt fœmina & seruus. Nihil eni natura facit tale: quale statuarij Delphicū gladiū ob inopiā, sed vnū ad vnū. sic eni optime instrumēta ꝑficiēt: si eorū singula nō multis, sed vni deseruiāt: verū apud barbaros fœmina Barbari.
& seruus eodē gradu habētur. Causa vero huius est: quoniā quōd natura dominetur non habēt: sed fit eorum societas ex seruo & serua. Quā ob rē aiūt poetę: Grecos barbaris dominari oportere. quod idē sit natura: bar- Græci.
6 barus & seruus. Ex his duab⁹ igitur societatib⁹ domus prima. recteq; Hesiodus inquit, domū in primis mulierēq; & bouē aratorē. bos eni pro Hesiodus.
seruo: pauperib⁹ est. Quotidiana igitur societas secundū naturā cōstituta: Quid domus.
domus est. quos Charōdas quidē homosipyos: Epimenides vero Cretē- Charōdas.
7 sis homocapos appellat. Sed quę ex plurib⁹ domibus cōstituitur socie- Epimenides.

Quid pagꝰ tas prima, vtilitatis gratia nō quotidianę: pagus est. Maxime vero secun-
dū naturā videtur pagus: propagatio quædā esse domus eorū quos dici-
mus coaluisse, & natos esse natorū. Quapropter primo sub regibus ciuita
tes erāt: nūc vero etiā gētes. nā ex ijs quę suberāt regno: processerūt. ōnis
enim domꝰ regitur à seniore. quare & pagi inde ꝓpagati: ꝓpter cōsangui
Homerus. nitatē. Et hoc est quod inquit Homerꝰ, Iura dāt singuli natis & vxoribꝰ.
sparsim nāq; etiā sic antiquitꝰ habitabāt. Et deos ob hoc ipsū putāt cūcti
regē habere: quoniā & ipsi partim nūc, partī ātiquitꝰ sub regibꝰ degebāt.
quēadmodū vero deorū formas sibijpsis attribuūt homīes: sic etiā & vitas.

PRIMI CAP. COMMENTARIVS.

COlligit syllogismo, omnes ciuitates boni alicuius gratia esse cōstitutas, hoc pa- 1
cto. omnis societas boni alicuius gratia cōstituta cernitur (nā omnes qui socie-
tatū fœdus ineunt, eius gratia cūcta agunt quod bonū videtur, aut vtilis vide-
licet, aut iucūdi, aut honesti gratia) atqui omnis ciuitas, societas. omnes igitur
ciuitates boni alicuꝰ gratia cōstitutę sunt, arbitranturq; omnes ipso suo in vnū
cōuentu se bonū aliquod cōsecuturas. vt sub rege ab externis defensionē, securā inter se vi-
tam, tranquillā'q; pacē. sub optimatibus: vitæ honestā cōuersationē, iucundā'q; cū frugi, tē-
perataq; vita virtutū possessionē. sub cēsupotentibꝰ: diuitias ad huiusmodi vitę honorificen
tiā bellicā'q; virtutē. sub populo: libertatē, & viuere vt quisq; velit. & quāto minus lapsa fue
rit respublica: tāto maius bonū arbitratur atq; cōiectat, se ex sua in vnū cōcordi cōuentione
adepturam. Et nō modo ciuitas bonū simpliciter adipisci coniectat: sed maxime societatū,
principalissimū bonū. nam ex dialecticorum regula, si societas omnis, bonū aliquod conie-
ctat: melior societas maius bonū coniectabit, & optima optimū. ciuitas autē societatū opti-
ma est. vtpote quæ cæteras per partes claudat. & maxime omniū quæ perfectissima opti-
meq; legibus instituta est. sunt enim in ea, societates: & ad vtilitatē, & ad iucunditatē, & ad
honestam degendā vitam. merito igitur ciuitas: inter societates & optimū, & principalissi-
Socrates. mum bonū coniectat. ¶ Socrates in libro de regno facile cōsentit hospiti Eleate (quē Me- 2
Melissus. lissū fuisse putant) patrēfamilias, gubernatorē ciuitatis, regē, & dominū eundē esse, tametsi
multitudine & paucitate distent. quod Aristoteles hic refutat, verū contendit, ratione spe-
cieq; differre. quod ex processu libri: dilucidius apparebit. Et nos hic res subiectas nō respi-
cimus (nam specie sunt eædē. homines enim sunt) sed administrationū gubernationum q;
species. alia profecto species est gubernandi œconomi, alia prępfecti ciuitatis, & alia regis. &
alia sunt officia œconomi ad domesticā familiam, alia prępfecti ciuitatis ad ciues, & alia re-
gis officia ad subditos emoderādos atq; gubernandos. immò œconomi, patris'q; familias:
alia seruorum gubernandorum ratio, alia liberorū, alia vxoris. quare specie non sunt eadem
dominus, pater, maritus: tametsi vnus idémq; sit homo, sed triplici gubernādi, rémq; fami-
liarem administrandi specie scinditur. & rursus de hac rē numero 27. ¶ In alijs doctrinis si 3
cōsiderabimus: videbimus omnes à doctrinę minimis inchoare. Grāmatica siquidē inchoat
à literis: quibꝰ nihil minus simpliciusq; habet. Logica à nomine & verbo: quæ sūt minimæ
quas contēpletur partes. Geometria a puncto. Arithmetica à monade. Musica à diesi, apo-
tome, comate, & tono: hoc est semitonio minore, maiore, eorū'q; differētia, atq; tono: quæ
profecto in disciplinis illis cæterorū sunt minima. quid mirū igitur: si cum disciplina socie-
tatum ciuitatū'q; quæritur, seruato eo (qui in cæteris obseruatur) ordine, minimę earū par-
tes peruestigentur? ¶ Partes minimæ societatū, singuli quiq; qui multitudinē coaceruāt. Et 4
primæ societatis particulæ minimæ: vir & fœmina. ab ea enim cæteræ prouenīūt. nam tolle
virū & fœminā: neq; serui erūt vlli, neq; domini, neq; liberi. quare neq; societas domini & ser
uorū, patris & liberorū, neq; cęterarū vlla. prima igitur omniū est. Et hæc societas esse nō po
test: nisi simul cohabitantiū. est enī generatiōis gratia. & hæc maris & fœminę cōiunctio: nō
modo electione, sed & natura prouenit. quādoquidē in hominibꝰ, perinde ac in cæteris ani-
mātibꝰ quæ orbata nō sunt, similiter & in plantis: naturale est desideriū tale alterū relinquē-
di qualis homo ipse est. quod hac societate: per generationis vicē assequitur. deinde natura
dominꝰ, & seruus: propter vtriusq; salutē societatis necessitudine iūgendi sunt. nā qui valet
mente prospicere quæ agēda sunt, quæ've omittēda ad vtriusq; salutē: is natura præest, atq;
dominus est. qui autē id mēte perspicere nō valet, sed corporeis viribꝰ, quæ bene perspecta
sūt, exequi potis est: is natura subest, éstq; natura seruꝰ. quare domino & seruo idē, executio

ſcilicet eorũ quę prouida mẽte proſpecta ſũt prodeſt:perinde ac in prima omniũ ſocietate,
proles vtriuſq; & maris & fœminæ, bonũ eſt. nam illic executio:quod hic prolis generatio.
5 ¶Ex dictis pauloante:colligit fœminã & ſeruũ, ſuapte natura diſtincta eſſe inſtrumẽta. nã
illa generationis:hic vero executionis eorũ,quæ prouido mẽtis oculo fuerint proſpecta,in-
ſtrumentũ eſt.& natura nihil tale operatur:quale ferri,ęris've fuſores ob inopiã gladiũ Del-
phicũ faciũt.ſed natura vnũ inſtrumẽtũ facit, ad opus vnũ. vt oculos ad videndũ,aures ad
audiendũ,guſtũ ad diſcretionẽ ſaporũ,linguã ad loquendũ:& huiuſmodi cętera.nec id qui-
dem iniuria.nam ſic inſtrumenta proficiũt optime:quando ſingula non multis,ſed vni de-
ſeruiũt operi.quare merito carpit Barbaros:q̃ fœminis ad duo,ad generatiõis ſcilicet vſũ, Barbari.
& ſeruitutẽ vtãtur.ſed hoc illis euenire dicit:q̃ Barbari illi,natura ſint ſerui.iccirco ex ſeruo
& ſerua,fit huiuſmodi ſocietas.Græcos effert: quòd plurimũ mente valeant. & iccirco ſunt
natura domini.& hanc ob cauſam Homerũ & poetas dicere cõſentaneũ eſſe:vt Græci Bar-
6 baris dominarẽtur.tanq̃ idem ſit natura Barbarus,atq; ſeruus. ¶Diffinit primã domũ,quæ Quid do-
maxime ſimpla eſt:eã eſſe vitæ cõmunionẽ,quæ ex duabus quæ dictæ ſunt ſocietatib⁹,viri mus.
ſcilicet & vxoris,domini atq; ſerui coaleſcit. & ſcitè Heſiodus in ſuo poëmate dixit,In pri- Heſiodus.
mis domus eſt vir,cõiunx,bos & arator.quia bos pro ſeruo pauperibus habeatur.diffinit &
aliter domũ eſſe natura cõſtitutam in vnãquanq; diem ſocietatẽ.& eos qui tali ſocietate iũ-
gũtur:Charondas cõpenuarios,Epimenides vero Cretenſis cõtubernales, quòd eodẽ vtã-
7 tur diuerſorio,nũcupat. ¶Diffinit pagũ:primã eſſe ex pluribus domib⁹ ſocietatẽ vtilitatis Quid pa-
gratia,nõ quotidianę.Itẽ pagus ſecundum naturã:maxime videtur eſſe deriuatio domus à gus.
domo eorũ quos collactaneos & natos natorũ quidã nuncupant. Ex his infert primas olim
ciuitates regibus gubernatas:nunc vero etiam gentes regibus gubernari.nec ab re quidem.
nam ab ijs proceſſerunt qui regio ſuberãt imperio.omnis enim domus à ſeniore tanq̃ rege
moderatur.quare & pagi etiam inde propagati:propter generis affinitatem.atq; id eſt quod
ait Homerus,Ius quiſq; miniſtrat progenitis ac coniugibus.ſparſim enim etiam olim hoc
pacto habitabant . & hanc ob cauſam arbitrantur omnes, deos ipſos rege gubernari. quo-
niam & ipſi:partim nunc,partim antiquitus ſub regibus degebant.at qui quemadmodum
formas dijs ſimiles ſe gerere putant homines:ita quoq; & eorum degere vitas.

ANNOTATIONES AD CAP. PRIMVM.

ARgumentum primi Politicorũ Ariſtotelis.In hoc primo diſſeruntur hæc: partes ciuitatis,domus,pagus,ciuitas.Partes rei domeſticæ quatuor:cõiugalis,dominica,paterna,acquiſitiua.coniugalis:virum & vxorem cõtinet.dominica:dominum & ſeruũ. paterna:patrẽ & liberos.Acquiſitiua : quatuor hominũ vitas.tres ſimplices:paſtoriã ex mãſuetis animalibus,agriculturã ex frugibus,prædatoriã ex venatione & piſcatura, & quartã ex duabus pluribúſve ſimplicibus compoſitam.Pars cõiugalis & paterna:natura eſt.dominica:quædam ſecundũ naturã,vt cũ eſt dominus natura, & natura ſeruus.quædã pręter naturã:vt cum dominus ſolũ lege dominus eſt:& ſeruus,lege ſeruus. Itẽ acquiſitiua quædã natura,vt quæ ex animaliũ paſtu,agricultura & præda auiũ, ferarũq; & piſciũ prouenit.altera præter naturam:vt nũmularia.quæ quatuor ſpecies habet:mercaturã,fœnerationẽ,mercenariã,ceduã & foſſitiam.& ſemper quod ſecundũ naturã eſt,expetendum & præferendũ:quod autem præter naturã,illaudabile fugiendũ,aut poſtponendũ. Ex iís cognoſcere licebit quę domus ſecundum naturam ſint aut magis ſint:& quę non ſint aut minus ſint.& ita quoq; de ciuitatibus.nomine domini:dominũ & heram:ſerui,ſeruũ & ancillã.patris,vtrũq; parentẽ,patrem videlicet atq; matrẽ intelligimus.de domo & ſimplicibus partibus eius à numero 3 ad 7.de pago 7.de ciuitate ab 8 ad 13.de cõbinatis cõpoſitiſq; partibus dom⁹ 13.de parte domus dominica natura,de domino & ſeruo natura à 14 ad 22.de domino lege & ſeruo,lege à 22 ad 29.de acquiſitiua ſecundũ naturã à 29 ad 34. de acquiſitiua cõtra & præter naturam à 34 ad 42.de vtraq; acquiſitiua quadã adinuicem collatione à 42 ad 53.de coniugali & paterna,vbi & quædã de ſeruo & virtutibus ſingulorum à 53 ad finẽ vſq; primi . & ex his ratio diſtinctionũ capitũ quam adiunximus dilucere poteſt.litera enim Ariſtotelis cõtinua eſt,abſq; capitũ diſtinctione.attamen ad cõmentariũ literæ ſubiungendũ,& ad iuuandã eorum qui diſcere volunt intelligentiam:mihi conducere viſa eſt.& hæc pro argumento primi:ſatis. ¶Græci πολιτείαν,noſtri ciuilitatẽ & rẽpublicã dicunt. vnde libri πολιτικῶν id eſt (ferè græca voce) politicorũ:latine dici poſſunt libri ciuilium,& libri rerũpublicarũ,ſeu de rebus ciuilibus & de rebus publicis,quẽadmodũ dicimus Plato.
Platonis,Xenophõtis,Ciceronis libros de republica. Et pluratiue politicorum,id eſt de re- Xenophon
buſpublicis nũcupãtur:quòd non vna ſit reſpublica ſed multæ eius ſpecies,regia optimatũ, Cicero.

censupotentũ. insuper secundo loco paucorũ potentiã,& popularem gubernationẽ (quarũ
quælibet multas habet species) respublicas appellant, vt quarto huius operis libro cogno-
Xenophon scetur. de quibus omnibus disseritur abunde: neq; de vna tantũ, vt apud Xenophontem de
Plato Lacedęmonica, Platonẽ de Socratica. ℂSocietas: plurium cõsequẽdi boni alicuius, mali've 3
deuitandi gratia consensio. qui enim societatem ineunt: aut vtile aut quod oblectet, aut ho
nestum sit, mutuo cõsentiendi iuuamine assequi intendũt, aut eorũ opposita fugere, incom
modũ, molestũ, turpe. ℂQ uid ciuitas, ex numero 8 huius primi, & ex 2 tertij cognoscetur. 4
ℂHoc non electione. Non negare intendit viri & mulieris mutuã societatẽ, consensionem
mutuã, mutuũ'q; ad prolẽ suscipiendam iuuamen, interdum consilio & electione non inniti:
sed etiam vult id naturale esse, vt in cæteris animãtibus cernerę licet q̃ apertissime, quibus
electio, cõsiliũmq; deest. ℂQ uale statuarij Delphicũ gladiũ. sic græce δίορ χαλκότυποι τὴρ 5
μάχαιραρ δελφικὴρ πενιχρῶς. quod sonat, Q uale ærarij, ferrarij ve fabri gladiũ Delphicũ ob
pauperiẽ. huiusmodi enim gladiũ (quẽ Delphicũ appellabãt) ob paupertatẽ vtentiũ, ad va-
rios vsus habilem cõflasse verisimile est. ℂQ uã ob rem aiunt poetæ, Græcos. Naturale est
vnũquẽq; suos cõmendare. & cõmendat Aristoteles Græcos eo potissimũ tempore, quo re-
rum summa potiebantur, & toti ferme imperitabant orbi. de cõmendatione Græcorũ iterũ
Menexen⁹. numero 23 septimi. quam si amplius nosse desideras: lege Menexenũ Platonis, vbi & ora-
Aspasia. tionẽ Aspasiæ mulieris de laude Gręcorũ. ℂCharondas Catiniensis: legũ lator ciuibus suis 6
Charõdas. (de quo numero 30 secũdi) eos qui quotidiane conuiuebant ὁμοσιπύους vocabat: quos cõ
penuarios (cum aptius non succurrebat verbum) interpretati sumus, ꝙ eandem penũ ha-
Suda. beãt. ὁμοὶ enim, simul significat: & σιπύη (Suda teste) ἀρτοθήκην id est repositoriũ panis, pro
Epimeni- quo, penu diximus, & inde cõpenuarius vocabulũ effinximus. ℂEpimenides Cretensis, quẽ
des. Plato in tertio suarum legum dicit longe nouarũ rerum excogitatione excelluisse apud At-
Plato. ticos, & Solonis in cõdendis legibus adiutor scribitur à Plutarcho: eos qui quotidiani essent
Solon. victus ὁμοκάπους appellabat: quos interpretati sumus cõtubernales. nam κάπη vnde dedu-
Plutarchus ctum est: tabernã, & diuersoriũ significat. ℂQ, ciuitates primo sub regibus fuerint: iterum 7
Berosus. 53 quarti. quod ex historijs facile dinoscitur. Berosus enim Chaldæus, author est, statim post
diluuium & recentẽ orbis cladem fœminas cõtinuo geminos fœtus marem & fœminã pare-
re solitas, inopiam generis nostri suppleuisse, & statim homines in multitudinẽ excreuisse. &
hinc diuisis per loca turmis & affinitatibus: reges illis moderãdis deputatos fuisse. & ferme
Belus. qui primas vrbes condebant: reges erant. vt pater Beli, Babylonis cõditor, Babylonijs Assy
Ninus. rijsq; regnauit. post quẽ: Belus. post Belũ: Ninus. post Ninum: Semiramis. vt Romulus, Ro-
Semiramis mæ conditor: regnauit Romanis. post quẽ: Numa. post Numã: Tullus. & ita consequentes,
Romulus. quousq; Tarquinij tyrannide deficientes: regnũ transijt in optimates, quos consules appella-
Numa. runt. Sic & Medi, & Persæ, Ægyptij, Meceni, Argiui, Bactriani & Armeni quõdam suis sub
Tullus. regibus vixere. ℂNunc vero etiam gentes. Inter ciuitatem & gentem id interest: quòd ciui-
tatem locus vnus, & vrbs vna: gentem vero regio vna tota continet. vt ex numero 4 secun
di, & 16 septimi cognosci potest.

ℂQuid ciuitas. homo ciuile animal. partibus ciuitas prior. Cap. II.

Quid ciuitas. Quæ autẽ ex pluribus pagis cõficitur societas: ciuitas est, 8
quę quidẽ (vt ita dixerim) totius sufficiẽtię vitã habet, cõ
stituta quidẽ gratia viuendi, existens autẽ bene viuendi
gratia. ℂQuapropter omnis ciuitas natura est. siquidẽ 9
& primæ societates. nã hęc illarũ finis est. natura vero, fi
nis est. quale enim vnũquodq; generatione perfecta: hãc
vniuscuiusq; naturã esse dicimus. ceu hominis, equi, domus. Insuper cu-
ius gratia & finis: optimũ. sufficiẽtia vero finis, & optimũ. Ex his igitur
patet ciuitatẽ esse ex ijs quæ natura sunt: & ꝙ homo natura ciuile est ani-
mal. & qui absq; ciuitate est propter naturã non propter fortunã: aut ne-
Homerus. quã est, aut potior q̃ homo. vt ab Homero per cõtumeliã icrepatur, Sine
tribu, sine iure, sine domo. nã simul natura talis est, & belli cupidus: velu
ti qui nullo retinetur iugo, vt neque volatilia. ℂEx quo patet sociale ani- 10

mal esse hominẽ magis q̃ omnis apes,magis q̃ omne gregariũ animal:ni
hil enim(vt dicimus)frustra natura facit. sermonẽ vero homo habet so
lus omniũ animalium.vox autẽ,molesti atq; iucundi signũ est.quapro
pter alijs quoq; existit animalibus. hucusq; enim natura in his proces
sit:vt sensum habeant iucundi & molesti,& hæc inter se significare pos
sint.at sermo ad hoc datus est nobis:vt ostendamus vtilitatẽ & damnũ.
quare & iustum & iniustũ. hoc enim præter cætera animalia homini
bus proprium est:vt boni & mali,ac iusti & iniusti,& aliorũ huiusmo
di, sensum habeant soli. horumq; societas faciat domum & ciuitatem.
11 ¶Et certe:secundum naturã prius est ciuitas q̃ domus,& q̃ singuli no
strum.nã totũ prius esse q̃ partẽ,necessariũ est. perempto enim toto,nõ
erit pes neq; manus,nisi æquiuoce, veluti si quis dicat lapideã.nã cor
rupta quidem erit talis.cunctæ quidẽ:opere diffinitæ sunt,& potentia.
Itaq; cũ amplius non sint tales:non est dicendũ illas esse easdẽ,sed æqui
uocas. Esse igitur ciuitatẽ natura, & prius q̃ singuli: manifestum est. si
enim non est sufficiẽs vnusquisq; separatus:perinde se habet ac reliquæ
partes ad totũ. Qui autẽ in cõmuni societate nequit esse,quiq; nullius
indiget propter sufficientiã:nulla pars est ciuitatis.quare aut bestia aut
deus. natura igitur omnibus ad huiusmodi societatem est appetitus.
Qui autẽ primus instituit:maximorũ bonorum causa fuit.vt enim per
fectione suscepta, optimũ cunctorum animaliũ est homo: ita si alienus
fiat à lege & à iudicijs,pessimũ est omniũ animaliũ. sæuissima enim est
iniustitia tenens arma. homo vero arma tenet per innatã prudentiam
atque virtutem:quibus plurimum valet in contrarium vti. Itaque im
pijssimum & immanissimum est sine virtute: ad libidinẽ cibationẽmq;
deterrimum. iustitia vero ciuile quiddam est. nam ius,ordinatio est ci
uilis societatis. ius autem,iusti iudicium.

SECVNDI CAP. COMMENTARIVS.

8 DIffinit ciuitatem:ex pluribus pagis perfectam esse communionẽ totius iam Quid ciuitas.
sufficientiæ (vt ita dicatur) terminum habentem,quæ quidẽ fit viuendi gra
9 tia,facta autem existens,bene viuendi. ¶Ex diffinitione & superius mon Ex numeris
stratis:infert ciuitatem natura esse.quod ostenditur.Primo primę societates .4.6.7.
domus atq; pagus natura sunt.igitur & ciuitas: quæ ex illis coalescit. Secũ
do quia ciuitas finis est primarum societatum:quę secundũ naturam esse monstratę sunt.
igitur & ciuitas secundum naturam est.& non modo secundũ naturã:sed & natura. qua
le enim quodq; vbi generatio eius absoluta est:hãc naturam cuiusq; dicimus esse,ceu ho
minis,equi,domúsve naturam. Præterea ciuitatem esse illarũ societatum finem:hinc cõ
stat esse manifestũ.quia id cuius gratia & finis:optimũ est.sufficiẽtia vero finis & optimũ.
quã ipsa ciuitas in se continere definita est. merito igitur illarũ societatũ finis est.ex his
igitur perspicuũ euasit:ciuitatem in ordine eorũ esse locandã,quę natura existunt,& ho
minem esse suapte natura ciuile animal. qui vero absq; ciuitate est, propter naturæ suæ
mores non propter fortunã:aut nequã est,aut potior q̃ homo. vt is qui ab Homero cõ
uitio lacessitur q sit absq; ciuitate,absq; iure,absq; lare.nam simul qui talis est ob naturę
mores,belli inferẽdi cupidus est. vt qui nullo coërceatur iugo,haud aliter quàm volatilia.
10 ¶Ostendit hominẽ animal esse sociale magis q̃ apes,& quodcũq; aliud animal,quod gre
gatim turmatim'q; socialiter viuit.nã (vt dicere solemus) natura nihil temere,nihil frustra
facit.atqui õnũ animãtiũ solus homo sermone prędit⁹ est:etsi alia animalia voce sint prę

dita. vox autem, molesti atq; iucundi signum est. quare ad molesti, iucundi'q; expressio-
nem: vox alijs animantibus concessa est. hactenus enim natura in illis processit: vt mole-
sti atq; iucundi sensum habeant, & hæc inter se significare queant. at sermo ad hoc nobis
tributus est: vt ostendamus vtilitatem & iacturam. quare & iustum & iniustum. id enim
præter cætera animalia hominibus peculiare est: vt boni & mali, iusti atq; iniusti & alio-
rum huiusmodi, sensum habeant soli. & in horum communicatione domũ efficiant atq;
ciuitatem. nimirum igitur, si homo qui vt cætera animantia molestum atq; iucundũ in
societate communicat, & insuper bonum & malum, iustum & iniustum cõmunicando dis
cernit: magis sit sociale, & ad communionem natum animal quàm vel apes, vel cætera
quævis, quæ socialiter degunt animalia. ¶ Hoc in loco molitur ostendere: ciuitatem na- 11
tura priorem esse domo, domúsq; partibus. nam totum suæ integritatis partibus natura
prius esse necesse est. perempto enim toto: intereũt & huiusmodi partes. vt homine per-
empto: non erit pes neq; manus (nisi homonymæ: perinde ac si quispiam lapideã manũ,
manũ dicat, æquiuoce nuncupat) nam corrupta erit huiusmodi. omnes enim huiusmodi
partes: diffiniũtur opere & potestate. Vt oculus: quo videmus, cui'q; inest videndi facul-
tas. manus: qua palpamus, & cui palpandi potestas adest. quare quæ amplius tales non
sunt: nõ est dicendum easdem esse, sed partes æquiuocas. simili quadam ratione: & ciuita-
tem natura priorem suis partibus esse, ac nostrũ quolibet. nam si sufficientia caret & ope
ris & potestatis quisq; separatus: perinde sese habet ac aliæ partes ad totum. constat igi-
tur, ciuitatem quoquo pacto natura priorem & domo, domúsq; partibus. Et si quis talis
sit, vt nihil quod ad societatis cõmunionem attinet aptus sit, aut talis vt nullius indige-
Tertij 6.4. at propter sufficientiam: nulla pars est ciuitatis. quare aut bestia: aut deus est. natura igi-
tur cuiq; ad huiusmodi societatem inditus est appetitus. & reuera qui primus ciuitatem
instituit: maximorum bonorum extitit occasio. nam quemadmodum legis & disciplinæ
institutione perfectus, omnium animalium optimum est homo: ita à lege & iure separa-
tus, pessimũ omnium. sæuissima enim iniustitia tenens arma. homo autem arma tenet:
per insitas & prudentiæ & virtutis habilitates, quibus ad contraria vel maxime vti va-
let. quare animalium scelestissimum & sæuissimum est sine virtute: & ad venerea, cibatio-
nem'q; deterrimum. Iustitia autem quippiam est ad ciuilem pertinens societaté. nam ius
ciuilis societatis est ordinatio. est autem ius iusti iudicium.

ANNOTATIONES AD CAP. SECVNDVM.

NAtura: homonymum est, nũc principium rerum naturaliũ vt apud Physicos,
nunc perfectionem, consummationem, & finem (vt hic) indicans. ¶ Homi- 9
nem esse suapte natura ciuile animal, quædam hominis descriptio est huic di
sciplinæ accommodata. nullum enim animal; ad ciuilem vitam degendam,
præter hominem, natum est. tametsi alia sint ad gregariam, socialémque vitam nata: vt
apes, formicæ, grues, cornicula, columbæ, & id genus cõplusculã. ¶ Sermonem vero so- 10
Cicero. lus homo. Vinculum societatis humanæ, sermonem vult esse Cicero: qui docendo, di-
scendo, cõmunicando, disceptando, iudicando, conciliat inter se homines, coniungit'q;
naturali quadam societate. neq; vlla re longius nos abesse à natura ferarum: quippe quæ
Socrates. rationis & orationis sint expertes. & vt Socrates dicere solebat, Animalia nos virib9 vin
cunt: nos autem ratione sermonéq; superamus. ¶ Qui primus autem instituit. Qui cœ- 11
tus hominum ad ciuilem vitam primi coëgerunt, maximorum bonorum causam fuisset
Protagoras qui amplius nosse desiderat, legat Protagoram Platonis ad quod sermo maxime potest.
Plato. hac laude celebrantur Saturnus, Orpheus, Amphion, Mercurius qui (vt canit Horatius)
Saturnus. Feros cultus hominum recentum:
Orpheus. Voce formauit catus & decore:
Amphion. More palæstræ. Et de Saturno canit Ouidius.
Mercurius. Is genus indocile & dispersum montibus altis
Horatius. Composuit, legésq; dedit, latiúmq; vocari
Ouidius. Maluit: his quoniam latuisset tutus in oris.
De Orpheo autẽ & Amphione item Horatius: sed carmina nota sunt. ¶ Homo vero ar-
ma tenet per insitam prudentiam ac virtutem. his habilitatibus naturæ nos posse vti ad
virtutes æque & ad vitia, & sine duce mente, rationéq; obesse posse plurimum: monstrat
Aristoteles capite vltimo sexti Ethicorũ. ¶ Ad libidinem, cibationémq; deterrimũ. Nisi
ratione & legibus viuãt homines, sæuissimi fiunt: & ad infandas veneres & cibationes de-

termini. Et scribit Berosus (si modo Berosi sunt: quæ circumferuntur scripta cũ Megasthe- Berosus.
ne, Myrtilo & alijs nõnullis vetustioribus) olim a deo cataclysmũ in vltionem inductũ ob
infandos venereorũ cõgressus, ob ferales cibatiões quæ adeò (horrendũ dictu) fœdę erãt,
vt vteros matrum immanes illi & feri illius tempestatis homines resecarent: quo infan-
tes ad scelestas epulas extraherent. & ex latria & consortio malorum dæmonum: venefi-
cium omne & magicum, omne maleficium contraxerant. quę nefanda (vt par fuit) vltri-
ces aquæ diluuij, vniuersa funditus extinxerunt.

De re familiari, domino, seruo, acquisitiõe, imperãdi modis. Ca. III.

12 QVoniam declaratum est quibus ex partibus consti-
tuta sit ciuitas: necessariũ videtur primum de re do-
mestica dicere. omnis enim ciuitas ex domibus con
13 stat. Rei domesticæ rursus partes sunt: ex quibus
domus est cõstituta. domus autẽ perficitur ex seruis
& liberis. cũ vero prima quæq; sint in minutissimis
perquirenda, primæ vero ac minutissimæ partes domus existãt domi-
nus & seruus, maritus & vxor, pater & filij: de tribus vtique his parti-
bus considerandũ fuerit, quid vnaquæq;, & qualem esse oporteat, hoc
est de dominica, de coniugali (nã & ipsa proprio nomine non nomina-
tur) de paterna re familiari. sint autem hæ tres: quas diximus. Est insu
per quædam pars quę videtur quibusdã esse res familiaris: quibusdam
vero maxima eius pars. loquor autem de illa parte quæ versatur circa
acquirendum: quæ & ipsa quemadmodũ se habeat, considerandũ erit.
At primũ de seruo & domino dicamus: vt ea quę necessaria sunt intue-
amur. & si quid de his melius comprehẽdere possumus: q̃ ea quę nunc
14 existimantur. Quibusdã porrò videtur sciẽtia quædam esse domina-
tio: eandemq; esse disciplina domestica, & dominatio, & gubernatio ciui
lis, & regia. vt in principio diximus. Alijs autẽ: pręter naturã videtur Numero
esse dominatio. quoniã natura nihil differat: sed lege duntaxat inductũ
sit, vt alij liberi sint, alij serui. quapropter neq; iustum. violentũ enim.
15 Cũ igitur possessio sit pars domus: certe & illa per quã acquirimus,
pars erit domesticæ disciplinæ. nã sine necessarijs, impossibile est & vi-
uere & bene viuere. Vt vero in artibus definitis necessarium est subesse
propria instrumẽta, si opus modo confici debeat: sic etiã in re familiari.
16 Instrumentorũ vero quædã inanima sunt: quędã animata. veluti gu
bernatori nauis, quę quidem inanimis est: qui vero prorã regit, anima-
tus. nam minister, in artibus locum instrumenti obtinet: sic & possessio
instrumentũ est ad vitam. res autẽ possessa: multitudo instrumentorũ,
& seruus possessum quiddã animatũ: & tanq̃ instrumentũ ante instru-
menta omnis minister. Si possent enim instrumẽta ad iussum vel nutũ
domini suum opus conficere, quẽadmodũ Dædali aut Vulcani tripo- Dædalus
des (quos inquit poëta sponte sua diuinum prodisse in certamen) sic & Vulcanus
pectines texerent, & plectra citharam pulsarent: neq; architecti sanè mi- Homerus.
17 nistris, neq; domini indigerent seruis. Quæ igitur instrumẽta dicun-
tur: factiua sunt. quod vero possidemus: actiuum est. à pectine quidem:

aliquid fit pręter illius vſum. à veſte vero atq; lectica: vſus ſolum. Prętere a cum ſpecie differant facere & agere, & indigeat vtrunq; inſtrumẽtis: neceſſarium eſt & illa eandem habere differentiã. vita certe actio eſt, & non factio. Quapropter ſeruus, miniſter eſt ad actionẽ. ¶ Id autem 18
quod poſſidetur: dicitur queãdmodũ & pars ad totum. pars vero alterius nõ ſolum eſt pars: ſed etiã omnino alterius. ſimiliter autẽ & quod poſſidetur. Quapropter dominus, ſerui eſt dominus ſolũ: ſed illius nõ eſt. ſeruus autem non ſolum domini ſeruus: ſed omnino illius. ¶ Quæ 19
igitur ſit natura ſerui, & quæ poteſtas: ex his patet. qui enim ſui ipſius non eſt ſecundũ naturam ſed alterius: homo hic natura eſt ſeruus. alterius autem homo eſt quicũq; poſſidetur, homo exiſtens. poſſidetur autem inſtrumentũ actiuum, & ſeparabile. ¶ Vtrũ vero ſit aliquis natura 20
talis an non, & vtrũ melius ac iuſtius ſit alicui ſeruire an nõ, ſed omnis ſeruitus ſit præter naturã: poſt hęc conſiderandũ eſt. nec ſanẽ difficile eſt
Prima ratio ratione perſpicere: & ex his quæ fuit cognoſcere. ¶ Imperare enim & parẽre: nõ ſolũ neceſſariorũ ſunt, verũ etiã vtilium. ac ſtatim ex generatione quædã diſtincta ſunt, alia quidem ad imperandũ: alia vera ad parendũ. & ſpecies multæ & imperantiũ & parentium exiſtunt. & ſemper melius imperium: meliorũ parentium eſt. ceu hominis, q̃ beſtiæ. nam quod à melioribus perficitur: melius eſt opus. vbi vero aliud imperat,
Secũda ratio. aliud paret: eſt aliquod horum opus. ¶ Nam quæcũq; ex pluribus cõſtant, & fiunt vnum quippiam commune, ſiue ex cõiunctis ſiue ex ſeparatis: in omnibus apparet & quod imperat & quod paret. & hoc ex tota natura ineſt animatis. Nã & in ijs quæ expertia ſũt vitæ: eſt quoddam imperiũ inſtar harmoniæ. ſed hæc forſan aliena ſunt ab iſta cõſide-
Declaratio ſecundæ rationis in cõiunctis & in ſeiunctis. ratione. ¶ Animal vero conſtat primum ex anima & corpore. quorum altera imperat ſecundũ naturã: alterum paret. oportet autẽ conſiderare quod natura, non in corruptis, ſed in ijs quæ magis ſe habent ſecundũ naturã. Quocirca eum hominẽ qui & anima & corpore optime diſpoſitus ſit: inſpiciundũ eſt. in quo certe id manifeſtũ eſt. nã prauorũ quidẽ aut praue diſpoſitorũ: ſæpe inuenietur corpus imperare animæ. ex eo quia peruerſe & præter naturã ſe habent. Eſt igitur vt dicimus: primũ in animali proſpicere imperium dominicũ & ciuile. nam anima quidẽ
Appetitum rationalem. in corpus dominicũ habet imperiũ. mens vero, in appetitũ ciuile & regium. in quibus clarum eſt ſecundũ naturam & vtilitatẽ imperari ab anima corpori: & ab ea parte quæ habet rationẽ ei parti quæ ſubiacet perturbationi, æqualitatẽ vero ac viciſſitudinem omnibus nocere. Rurſus in homine & in animalibus alijs: eodem modo. manſueta quidem meliora natura ſunt q̃ fera. his autẽ vniuerſis melius eſt, vt homini pareant. nam ſalutem ita recipiunt. præterea autem maſculus & fœmina: alter melior ſecundum naturam, altera deterior. & hic imperãs, illa vero parens. eodẽmq; modo neceſſe eſt in cunctis hominibus eſſe. ¶ Qui- 21
Cõditiones ſeruorũ natura 5. cũq; igitur tantum diſtant quantũ anima à corpore, & homo à beſtia,

2 per hunc modũ se habent. ℭQuorumcunq; est opus in corporis vsu, &
3 hoc est in eis potissimũ:hi sunt natura serui. ℭQuibus melius est vt im-
peretur hoc imperio:quemadmodũ in pręmissis.est enim natura seruus:
4 qui potest alterius esse. quapropter & alterius est. ℭEt qui tantũ parti-
ceps est rationis: vt sentiat quidem,at non habeat.nã cætera quidem ani-
malia ratione non sentiunt:sed passionibus inseruiunt.& vsus variat pa-
rumper.necessariorũ enim corpore auxilium fit ab vtrisq;, à seruis vide-
5 licet & mansuetis animalibus. ℭVult autem natura, & differentia facit
corpora liberorum & seruorũ. alia quidem robusta ad necessarios vsus:
alia vero recta & inutilia ad tales operationes, verũ vtilia ad ciuilem vi-
tam.hæc autem diuisa est in belli oportunitates & pacis. Accidit vero sæ
pe & contrá:hos quidẽ corpora habere liberorũ,illos vero animas. Nã id
quidẽ patet ꝙ si tantũ præcellant corpore solum,quantũ deorum imagi-
nes:reliqui omnes digni apparẽt illis seruire. Id si verũ est in corporibus:
multo iustius in anima idẽ putare.sed non vt corporis:ita & animæ pul
chritudinem discernere facile est. Quòd igitur sint secundũ naturã alij li-
beri alij serui:manifestum.quibus & seruire prodest,ac iustum est.

TERTII CAP. COMMENTARIVS.

12 DE re domestica esse dicendum: quantũ scilicet huic disciplinæ sat erit, fuerit'q;
13 accõmodatum: exactius autem & specialius in œconomicis. ℭRei familiaris
quatuor partes ponit.dominicam quæ dominũ & seruum cõplectitur. nuptia-
lem:quæ virum & vxorem.paternam: quæ patrem & liberos . & quartam quæ
in acquisitione pro re familiari conseruanda versatur & quam vocant nonnulli
14 pecuniariam. ℭDenarrat ea quæ alij suo tempore de domino,seruo, & alijs administratio-
15 nibus sentiebant. ℭOstendit præterea acquirendi disciplinam:partem esse domesticæ disci-
16 plinæ. ℭDiducit instrumenta generali nuncupatione vtendo instrumenti.& inducit Home-
17 ri fabulam de Dędali & Vulcani tripodibus. ℭSpecialius vsitatiúsq; vtendo nomine instru-
menti:ea dicit appellanda proprie instrumenta quæ ad affectionem possidentur, & ex qui-
bus quippiã aliud præter vsum exigitur.vt ex pectine:tela.ex subula:calceus.ex acu vestis,
aut interula,& huiusmodi.cætera autem quę possidentur ad vsum, dúntaxat ad actionẽ ma
gis pertinent.& non simpliciter appellari solent instrumenta: sed instrumenta ad agendum.
vt diuitiæ:ad liberalitatis opus. vestis:ad modestiæ.lectus & mensa:ad temperantiæ. & reli-
qua id genus.qui si ea quæ longe infra serui dignitatẽ,qui & animatus & rationalis est sub-
sistunt,ad agendum possidemus : seruum ministrum facere debemus ad actionem. tametsi
seruus etiam aliquando faciat,& in opificio versetur: finis tamen semper actio esse debet.&
cũ quodq; iure à fine denominetur: minister igitur potius possideatur seruus, actionis ꝗ ef-
18 fectionis gratia.& instrumẽta effectiua & actiua:specie differũt,vt facere & agere. ℭAdijcit
insuper quòd seruus,domini est seruus,& res possessióq; domini:at cõtrá,dominus solũ ser-
ui est dominus,non autẽ res possessióq; serui. possidet enim dominus seruũ: non contrà ser-
uus dominum.& ita de cætera possessione ad possidentem.& perinde ista dicũtur vt pars ad
totum.pars enim non solum totius est pars,sed etiam res ipsius totius.at cõtrà totum so-
lum partis est totum,sed non est aliqua ipsius partis possessio. possideo enim & oculum &
manum proprie dicas, éstq; oculus & manus res aliqua mea.at neq; oculus neq; manus me
possidet,neq; sum res aliqua ipsius aut oculi aut manus.& totum vtitur parte,vt dominus
19 seruo:nõ autem pars toto. ℭEx illis colligit diffinitionem serui natura:quòd sit is homo cui Quid natura seruus.
secundum naturã facultas deest vt sit sui, sed omnino alterius est. alterius autem is homo
dicitur:quicunq; possidetur cum sit homo.& reuera instrumentum actiuũ & separabile pos-
20 sidetur.quare nimirũ si seruus homo alterius est:si possidetur,éstq; alterius possessio. ℭDi-
luit primum hanc quæstionẽ:vtrum quispiam natura sit seruus an non,vtrum melius ac iu-
stius sit alicui seruire an secus? vúltq; natura quępiam seruũ esse,& melius ac iustius esse ali-
cui seruire.primo quia imperare & parére:non solum necessaria sunt,sed etiã vtilia,tametsi

nõ adeſt neceſſitas. & alia quidem ſtatim ab ipſo exortu diſtincta ſunt ad imperandũ, vt ra-
tionis capacia: alia ad parendum, vt rationis expertia. & imperantium & parentium multi
ſunt modi: in quibus ſemper videmus, quòd meliorum parentium melius eſt & imperium.
ceu parentis hominis imperium melius eſt, quam beſtiæ. nec ab re quidẽ. nam id opus quod
à melioribus abſoluitur: melius eſt. vbi vero vnum eſt imperans & aliud parens: illorum ali-
quod opus eſt. quid igitur mirum ſi ſecundum naturam ac iuſtum eſt, hominem, rationum
expertibus animantibus imperare: etiã vbi imperium melius eſt & meliora ex imperio com
plentur opera, ſecundum naturam hominibus imperare, & aliquem eſſe natura ſeruũ, me-
liúſq; illi ac iuſtius parére. imperate enim, natura domini eſt: & parére ſerui. ¶ Secundo quia
quæcũq; ex pluribus coaleſcunt euadúntq; quippiam vnũ cõmune ſiue ex coniunctis, vt ex
anima & corpore conſtat animal euadit'q; vnum cõmune, corporis & animæ participatio-
ne, ſiue ex ſeiunctis vt ex mare & fœmina vna ſocietas: in his omnibus liquido conſtat, &
quod natura imperat & quod paret. in iſs enim quæ anima donata ſunt: certum eſt animam
natura imperare, corpus parére. in expertibus autem vitæ: imperium inſtar harmoniæ cer-
nitur. vt ignis in omnibus elementis ex quibus ſenſibilis conflatur mundus: in harmonia, na
tura tenet imperiũ, terra vero omnibus ſubeſt vt parens. ſed hæc forſitan aliena ſunt à præ-
ſenti conſideratione. ſunt enim naturalia magis. Cum igitur ex pluribus hominibus confle
tur aliquid vnum, ceu vna ſocietas, vna domus, vnáq; ciuitas: cur inficiandũ erit aliquos à
natura inſtitutos vt dominentur, alios autem vt pareant? quod in reliqua natura, & in vno
quoq; homine cernere promptum eſt. mox hanc ſecundã rationem & in coniunctis & in ſe-
iunctis declarat: & litera ferme tota peruia eſt. ¶ Conditiones ſeruorũ natura atq; domino- 28
rum exquirit: ex quibus colligit eſſe & natura dominos, & natura ſeruos, quibus melius &
iuſtius eſt ſeruire. ¶ Prima. Sic natura domin⁹ ad ſeruũ natura ſeſe habere debet: vt anima
ad corpus, & homo ad beſtiã. ¶ Secũda. Seruus natura talis eſt vt corpore operari poſſit,
& in corporis vſu præcipuũ eius opus exiſtat, neq; præſtantius habeat vllũ. ¶ Tertia. Tales
ſunt ſerui natura: vt melius illis ſit imperiũ ſubire dominicũ ac herile. vt & prius dictum eſt
de animalibus manſuetis. quod liquido cõſtat ex ſerui natura prius allatæ diffinitionis par-
ticula, quòd ſit cui ſolum facultas adeſt vt ſit alterius. iure igitur alterius & natura domini,
eſt. ¶ Quarta talis eſſe debet: vt ſolum id rationis habeat, qua iuſſa capeſſat, ſentiátq; quæ
mandantur, mandandi autem & præconcipiendi rationem non habeat. & in hoc parũper
ab aliꝭs animalibus differt: quòd rationem etiam nõ habeant qua iuſſa ſentiant, ſed affecti-
bus voluptate ſcilicet aut metu obſequia præſtant. & vſus etiam ſeruorum & brutorum: ali-
quantiſper euariat. conueniunt tamen: quòd ab vtriſq; & ſeruis & manſuetis animalibus, vt
equis, bobus, & ſimilibus, eorum quæ neceſſaria ſunt, corporis adminiculo ſubſidium præ-
ſtatur. ¶ Quinta. Seruorum corpora, robuſta eſſe debent ad neceſſarios vſus: dominorum
vero elegantia & recta & inualida ad huiuſce operationes, verum ad ciuilem vitam accõ-
modata. ad belli paciſq; oportunitates: in quæ ciuilis vita eſt diuiſa. quam differẽtiam cum
in corporibus natura faciat: indicio prodit, ſe velle aliquos natura diuinos eſſe, & aliquos
natura ſeruos. Verum ſępenumero accidit & contrà: aliquos quidem habere corpora libero-
rum, & alios liberorum animas. Et quòd qui tantum animi claritudine alios pręcellunt, bo-
no iure aliorum domini cenſendi ſint: indicio patet. nam ſi qui tantum ſola corporis elegã-
tia atq; maieſtate cæteros pręcellant, quantum præcellunt deorum imagines: reliqui omnes
exiſtimabunt id dignum eſſe vt illis ſeruiant. quòd ſi id verum in corporibus: multo iuſtius
eſt id putare, vbi eſt tanta animorum præcellentia. & quòd homines id ſæpe non exiſtimant:
ideo accidit, quòd non vt corporis ita animi pulchritudinem facile diſcernunt. conſtat igi-
tur eſſe & natura liberos & natura ſeruos. quibus etiam: ſeruire & melius & iuſtius eſt.

ANNOTATIONES AD TERTIVM CAPVT.

TRipodes Vulcani: leges apud Homerum. & de Dędaleis organis prouerbiale eſt, 16
ea eſſe ἀυτόματα per ſe vltro'q; miniſtrantia ob artificij præſtantiam. Et ſimilem
fabulam Apollonius finxit. cum eſſet enim apud Hiarcham & alios gymnoſophi-
Apollonius Hiarcha.
ſtas cõtigiſſe inquit: Pithij tripodes quatuor, ſponte ſua ſe mouentes: in medium
proceſſiſſe Homericis perſimiles. pincernas inſuper aureos quatuor: qui pocula miniſtra-
rent. terram vero ſponte ſua, diſcumbẽtibus gramina ſubſtrauiſſe. nam tripodes quidẽ duo
vina fundebant: reliqui vero duo aquam, gelidam alter, & alter calidam ex quibus ærei pin-
cernę: vinum conuiuis aquã'q; miniſtrabãt. ſed ſinamus has nugas valere: quas & Euſębius
coarguit vt impudentiſſimas. ¶ Quæ igitur inſtrumenta. Ex hoc intelligis q̃uis per acqui- 17
ſitionem poſſidemus ſeruos, opes & reliqua vitæ inſtrumẽta: non tamen acquiſitio eſt poſ-

ſeſſionis gratia,ſed faciendi aut agendi gratia ex ijs quæ poſſidemus.ſunt enim ea vniuerſa inſtrumenta aut effectionum aut actionum . quare qui acquirere ſtudent vt poſſideant, ceu auari facere ſolent:fines rerũ ignorant,& otioſa ſinunt inſtrumenta,quæ nobis ad agendum ſunt indulta,& ad virtutes, precioſiſſimas mundi huius opes nobis comparandas. & ad acquiſitionis partem:poſſeſſio pertinet. ſiquidem quæ poſſidentur acquiſitio præcedit,
19 & eadem vſus actióq; ſequitur. ¶Seruus inſtrumentũ actiuum ſeparatũ. Securis,forceps, dolabra & id genus inſtrumenta:ſeparata ſunt ad faciendum.ſeruus autem, cum rationem habeat,quæ audire poſſit vt appetitus mentem,inſtrumentum eſt ſeparatũ,etiã ad agendum.facere enim,ad mechanicas artes:agere autẽ ad prudentiam & virtutes morales pertinet.Separatum dico.nam ſunt & inſeparata inſtrumenta actiua.vt oculi ad pudicitiã,aures ad prudentiam & diſciplinam,lingua ad comitatẽ,veritatem fidẽmq; & affabilitatem,
20 guſtus & tactus ad temperãtiam,manus ad liberalitatẽ ſunt inſtrumẽta. ¶Imperare enim & parére non ſolum neceſſariorũ. Ea rebus neceſſaria intelliguntur:ſine quibus res ipſę eſſe nequeunt. vt tactus animali neceſſarius eſt.ſunt & vtilia quæ neceſſaria non ſunt. vt domificatori ligna,lapides,intrita,ſecures,perpẽdicula,terebella: & reliqua artificib⁹ inſtrumẽta. vtilitatem tamen illis afferunt. ¶Mens vero in appetitum:ciuile & regium.Q uòd mens in appetitum ciuile & regium tenet imperiũ:de appetitu rationali id intellige. nã quãdoq; voluntas rationalis'q; appetitus:intellectui atq; menti imperat. vt in ijs quæ fidei ſunt:& quæ mentis captũ trãſcẽdunt.& quãdoq; mens voluntati:vt in ijs quæ intra lucis ſuæ terminos
21 conſiſtunt,& quæ certa demonſtrationis lege deprehendit. viciſſim autem imperare & parére ciuile eſt imperium.at in rebus quæ capacitatis ſuę modũ non excedunt: imperat voluntati aut eſſe fugienda quia mala,aut proſequẽda quia bona,tenétq; mens vna totius animæ monarchiã,quod eſt regium.verum appetitus ſenſualis: nunquam rite imperat menti, ſed ſemper contrà.quare mens in ſenſualem appetitum:ciuile non tenet imperium.quin potius dominicũ,in ſeruilibus & rebelles rationi gerẽtibus affectus.regium vero & paternum: in bene natis,& qui indolem ſortiti ſunt ingenuã.œconomicũ fere in virtute conſummatis: vbi nulla ratiõis & ſenſus eſt ſeditio,nulla diſcordia. ſed caro ſic ſpiritui obedit (vt proba cõiunx probo marito) ad bonam & ſanctam operationis prolem generandã. ea autem eſt:quæ ex virtute naſcitur,& quam diuina mandãt præcepta. ſed horum:morali philoſophiæ diligentior cognitionis cura demandanda eſt.

¶De duplici ſeruo,potentia gubernandi,imperio,dominatione,gubernatione. Cap.IIII.

22 QVod autem & contrà dicẽtes quodãmodo recte dicunt: non difficile fuerit intueri.Dupliciter enim dicitur ſeruire & ſeruus.eſt enim aliquis ſecundũ legem ſeruus & ſeruiens. nam lex conſenſio quædam eſt:per quam bello capta illorum fieri dicuntur,qui ceperunt.Hoc autem ius multi eorũ qui circa leges verſantur,accuſant: tanq̃ oratorem,qui iniqua decreuerit.Quaſi ſit graue:ſi eius qui vim afferre poteſt, & potentia præcellit:ſeruus fiat & ſubditus is qui vim pati-
23 tur.& quibuſdã hoc modo videtur:quibuſdã illo,etiã ſapientũ.¶Cauſa vero ambiguitatis & variationis ſermonũ huiuſmodi eſt:quia quodãmodo virtus freta potẽtia, vim poteſt maxime afferre: & ſemper id quod ſuperat eſt in excellentia alicuius boni.ex quo fit:vt vis non abſq; virtute eſſe videatur: ſed de iuſſo ſolum eſſe ambiguitatem, propter hoc ſanè: ꝙ alijs quidẽ beneuolentia videtur eſſe iuſtum,alijs hoc ipſum videtur iu-
24 ſtum,potentiorem dominari. ¶Quoniã diſcordantibus inuicem huiuſmodi ſermonibus: alteri nec validum quicq̃,neq; perſuaſiuum continẽt. ꝙ nõ oportet meliorem ſecundũ virtutem præeſſe ac dominari. Omnino vſurpantes quidã(vt arbitrantur)aliquod iuſtum(nam lex iuſtum quid

est)seruitutem quæ ex bello prouenit,iustam posuere: atq; simul non iustam esse aiunt.nam fieri potest: vt belli principiũ nequaq̃ sit iustũ. Et indignum seruire:nemo diceret esse seruum. alioqui continget eos,qui nobilissimi videntur: seruos esse.atq; ex seruis:si contingat eos capi atq; venundari. Itaq; istos non volunt seruos dicere:sed barbaros. Atqui cũ ista dicunt:nihil quærũt aliud quàm natura seruos,vt ab initio diximus.necesse est enim dicere aliquos esse, & hos quidem vbique seruos esse: alios vero nusquam. Eodémque modo de nobilitate. ipsos enim non solum apud seipsos nobiles,sed vbiq; existimant:barbaros vero domi solum nobiles.quasi existat alia simpliciter nobilitas:alia non simpliciter.vt Theodecti Helena inquit, Ex dijs ab vtraq; stirpe prognatam, quisquam appellabit seruam? Sed cum hoc aiunt,nullo alio quàm virtute & vitio definiunt seruum & liberum,nobilésque & ignobiles.putant enim vt ex hominibus hominem, ex bestijs bestiam: sic ex bonis bonum generari. sed natura quidem hoc vult:attamen plærunque non potest. ¶Quòd igitur haec dubitatio habet rationem quandam, & quòd sunt alij natura serui, alij liberi: manifestum est, & quòd in quibusdam determinatum est esse tale aliquid, quibus ob idipsum prodest & iustum est alium seruire aliũ esse liberum,& conuenit alium imperare, alium parére eo imperio quod innatum est,quare & dominari. ¶Quod autem male:vtrisque inutiliter fit. Nam idem prodest toti & parti: & animæ & corpori. at seruus pars quædam est domini,quasi animata quædam corporis:sed separata pars. quapropter aliquid est quod simul prosit: & amicitia est seruo & domino inuicem secundũ naturam ita dispositis. illis vero qui secundũ legem & per violentiam:contrarium. ¶Patet autem ex his: ꝙ non idem est dominatio & gubernatio reipublicæ, nec omnes adinuicem principatus: vt quidam aiunt.nam aliud liberorum secundũ naturã:aliud seruorum est. Et in re familiari imperiũ est vnius. nam ab vno regitur omnis domus. in republica autem,liberorum & æqualium est gubernatio. ¶Dominus ergo nõ dicitur secundũ scientiã:sed quia est talis,eodémq; modo & seruus & liber. Sciẽtia vero est & liberalis & seruilis.seruilis quidem: qualem Syracusis quispiam docebat. nam ibi quidem mercede pueros docebat seruilia ministeria.fuerunt sanè etiam complurium eorum quæ talia sunt,disciplina.ceu coquinaria,& alij huius generis famulat⁹.sunt enim opera alijs quædã honestiora,alia vero necessaria magis.& vt est in prouerbio,Seruus præ seruo:& dominus præ domino.hæ igitur omnes sciẽtiæ,seruiles sunt. Domini autem scientia est:per quã vtitur seruis. nam dominus est:non in possidẽdo seruos,sed in vtendo seruis. Continet autem hæc scientia:non magnũ aliquid,neq; gloriosum.quæ enim seruum scire facere oportet: illum oportet scire iubere.Quapropter quibuscunq; est facultas à laboribus cessandi: vicarius quidem hunc honorẽ suscipit. ipsi vero aut reipublicæ administrandæ, aut studijs philosophiæ intendunt.Acquirendi vero disciplina,alia est ab vtraque istarum:ceu bellica

Marginal notes: Theodect⁹ Helena. (beside "biles.quasi existat … vt Theodecti Helena"); Syracusæ. (beside "lem Syracusis quispiam"); section numbers in right margin: 25 (at "¶Quòd igitur"), 26 (at "¶Quod autem male"), 27 (at "¶Patet autem"), 28 (at "¶Dominus ergo").

quædam iusta, aut venatica. De seruo igitur & domino: in hũc modum determinatum sit.

QVARTI CAPITIS COMMENTARIVS.

22 Diluit rationem eorum: qui prius numero 14 contendebant esse præter naturam,
& non esse iustum, vt aliquis sit seruus. nam dupliciter & seruus & seruire dici-
tur: natura scilicet atq; lege. de seruo autem natura melius est ac iustius: vt ser-
uiat illi, qui est natura dominus. de seruo vero lege: quandoq; præter naturam
& iniustum est, vt seruiat. & legem illam qua cauetur, quæcunq; bello capta, il-
lorum fieri qui ceperunt: multi eorum qui in legibus versantur, scribunt hoc iustum simile
esse rhetori, qui suadet iniqua. tanq̃ graue sit: si is qui vim patitur, seruus & subdit⁹ illi fiat,
qui vim maxime afferre valet, viribúsq; præpollet. & quibusdã hoc modo videtur: quibus- Pindarus.
dam autem alio, etiam sapientum. qui censent: iustum natura esse, potentiorem per vim au- Callicles.
23 ferre ea, quæ debiliorum sunt, & potẽtiorem dominari debilioribus. ¶Dicit causam huius- Thrasyma-
modi cõtrouersiarum sermonũ esse, quòd quodammodo virtus, cui omnia suppetunt, ma- chus.
gnam vim afferre possit, quódq; semper id quod superat, in excellẽtia sit alicuius boni. qua-
re non videtur absq; virtute vis esse, sed de iusto solum videntur habere ambiguitatẽ. nam
qui contrà sentiunt: beneuolentiam iustum esse putant. alij vero hoc ipsum esse iustum: po-
24 tentiorẽ dominari. ¶Adducit præterea. cũ discordent inter se huiusmodi sermones, alteros
neq; quicq̃ validum neq; persuasiuum continere. quia non oportet qui virtute melior sit po
tentiáq; (vt putat) superior: pręesse ac dominari. sed quidã vsurpantes iustũ aliquod vt opi-
nantur (nam lex iustum quippiam) omnino seruitutem quæ ex bello est, iustam posuere. sed
& simul: non esse iustam fateri cogũtur. Primo quia fieri potest: vt bellum nequaq̃ sit iustũ.
quare neq; iustũ erit illi seruire: qui iniuste euaserit superior. Secũdo. nemo dixerit eum esse
seruum: qui vt seruiat indignum est. alioqui continget eos qui nobilissimi sunt: esse seruos,
& mancipijs annumerari. vt si capiãtur: capti'q; vænũdentur. at vero propter hanc rationẽ:
nolunt eos qui nobilissimi sunt si capiantur, numeróq; seruorum aggregentur, appellare ser-
uos, sed tũc appellare barbaros. Verum qui ita dicunt: nihil quærunt aliud quam (vt ab ini-
tio diximus) esse quosdam natura seruos. necesse enim est dicere, aliquos esse natura seruos,
& hos quidem vbiq; esse seruos: alios vero nusquam esse seruos, vt quos posuimus natura
dominos. Et eodem modo de nobilitate sentiendum: nam hos nõ solum apud seipsos nobi-
les, sed vbiq; apud quoscunq; nobiles existimant: alios autem vt barbaros, solum domi dici
nobiles. quasi quædam absolute sit nobilitas: quædam non omnino & absolute. quemadmo-
dum apud Theodectum Helena inquit, Vtraq; diuina ex stirpe progenitam: dignũ putabit
quisquam appellare seruam? Sed cum Theodectus similésq; ita aiunt: nullo alio quam vir-
tute & vitio distiniũt liberum & seruum, nobilesq; & ignobiles. putant enim quẽadmodum
ex hominibus hominem, & ex bestijs bestiam: sic ex probis probum generari. verum natu-
25 ra quidem id efficere affectat: attamen plærunq; quod intendit, minime assequitur. ¶Facit
26 pene epilogum eorum quæ dixit. ¶Infert: male imperare, inutile esse & domino & seruo. si-
militer quoq;: male seruire, vtrisq; inutiliter fieri in analogia totius & partis, seu animæ &
corporis. nam si totum aut anima male corpori imperat: id totum malũ est. & si corpus ma-
le paret: & id quoque toti malum est. nam quod prodest toti: & parti. & ex opposito, quod
nõ prodest parti: neq; toti. seruus autem, vt pars quædam corporis domini est, sed separata:
dominus autem vt totum, & vt anima. quare quippiam est, vt bene imperare & bene pa-
rere: quod vtrisq; pariter prodest. fit etiam: vt natura domino atq; seruo, amicitia sit. vt ami
citia toti adest & parti: animæ & corpori. dominis autem lege & violentia & consimili mo-
27 do seruis: opposita fiunt, neq; illis inuicem amicitia vlla est. ¶Ostendit dominationẽ & gu-
bernationem ciuitatis non esse idem: nec omnes inter se principatus eosdem esse. nam gu-
bernatio ciuitatis: est principatus respectu eorum, qui secundũ naturam liberi sunt. domina-
tio vero: principatus est, natura seruorum. & omnis domus ab vno regitur: in qua & vxor
& nati & serui cõtinẽtur. in re autem publica: solum liberorum & æqualium est principatus.
28 quare nõ omnes inter se magistratus ijdem sunt. ¶Vult præterea, dominũ, seruum & libe-
rum non dici secundum scientiam: sed quia natura tales sunt. tametsi scientiæ sint liberorũ:
sint etiam & scientiæ seruorum. seruilis quidem est: qualem quidã Syracusis accepta merce-
de docebat. ceu coquinaria est. & inter huiusmodi seruilia opera: quędam sunt honoratiora,
quędam vero magis necessaria. sic & seruorum: quidam alijs honoratiores, & vt prouerbiũ
habet, Seruus præ seruo, & herus prę hero. domini autẽ sciẽtia ea est, per quam vtitur ser-

uis (non enim dominus in possidendo, sed vtendo seruis: dominus dicitur) nō magnum aliquid, neq; gloriosum continens. nam quæ seruum scire facere oportet: dominū oportet scire iubere. quæ cura quandoq; alteri, qui vices hac in parte suppleat, mādatur: cum dominis facultas vacādi ab huiusmodi laboribus suppeditat. & tunc ipsi: reipublicæ administrandę, aut philosophiæ studijs operam dant. Et acquirendi disciplina, seu iusto bello siue venatione fiat. ab vtraq; harum disciplinarum & seruilis & dominicę altera est. sed de domino & de seruo: hoc pacto discussum sit.

ANNOTATIONES AD CAP. QVARTVM.

HAbebatur in litera, Tanq̃ oratorem qui cōtra leges decreuerit. Græce autē habe- 22
tur πόλλοι δὲ τῶν ἐν τοῖς νομοῖς ὥσπερ ῥήτορα γράφοντα παρανόμων. vbi paranomon dictio vna, iniquorū significat. at vero si duæ essent dictiones: non proprie significaret cōtra leges. eo quod para, cum pro contra sumitur: accusatiuum non genitiuum affectat. sic igitur dicendum fuisset παρὰ νομοὺς. ¶Quibusdam illo, etiam sapientum. vt Pindaro, Callicli in Gorgia, Thrasymacho in primo de re publica Platonis. censebant enim iustū natura esse: potentiorē, per vim auferre ea quæ sunt impotentiorū, & potentiorē dominari ijs qui reperiātur inualidiores. & de huiusmodi potētia dominādi adhuc in septimo, numeris 13 & 69. ¶Sic ex bonis bonū generari. hanc sententiā habet qui dixit 24

Baptista, secūda sylua. Valerius. Epaminundas. Cæsar. Pelopidas. Neocles. Temistocles. Fabius. Sergius. Albidus. Vitellius.

Qui viret in folijs venit ab radicibus humor,
Et patrum in natos abeunt cum semine mores.

Verum non ita semper esse: exempla apud Valerium & historicos pene omnes, succurrunt innumera. Epaminundas procreandis liberis non dat operā: ne malos & dissimiles procreet. Exclamabat Cæsar, Vtinam debuissem esse cælebs & sine prole perire. filiam, neptem, & Agrippam nepotem (authore Suetonio) non aliter appellare solebat, quàm tres vomicas, & tria Carcinomata suā. Pelopidæ: improbus filius dedecori est. Neocli: Temistoclis iuuenta. Fabius Gurges, Sergius, Albidus Romanus, Vitellius: quid nisi dedecus & infamiæ notā bonis etiā parentibus reliquerunt? & problema est apud philosophos: cur viri sapientes & eruditi, generent vt plurimum filios ignauos, tardos, & hebetes? Verum itaq; est naturā bonos ex bonis generari appetere: attamen plærunq; nō posse. nam & educatio, & consuetudo, & voluptas vitiorū esca, & cæteræ perturbationes: ne ex bonis boni fiant, plærunq; sunt impedimēto. ¶Quid refert inter dominos & liberos? re ipsa ijdē sunt. sed id sane differunt: 27
quòd domini solū dicūtur ad seruos. & tametsi omnes qui natura domini sunt, inter se non dicātur domini, sed ad natura seruos: inter se omnes liberi dicūtur. serui autē inter se: cōserui.

¶De possessione, acquisitione, hominum vitis, veris diuitijs. Cap. V.

TOtaliter autem de vniuersa possessione & de acquisitio- 29
ne intuebimur secundū antecedentem modum: quādoquidem & seruus possessionis erat pars. Primum igitur dubitare possit vtiq; aliquis vtrum illa disciplina, quæ ad acquirendum spectat, eadem sit facultati rei familiaris, vel pars aliqua eius, vel ministra. & si ministra: vtrū quemadmodū pectinaria textoriæ, aut quemadmodū æraria statuariæ. non enim eodem modo subministrant: sed altera quidem organa prębet, altera materiam. dico autem materiam ceu id quod subiacet ex quo aliquod perficitur opus: ceu textori lana, statuario æs. ¶Quod quidē igitur 30
non sit eadem rei familiaris disciplina illi, quæ pertinet ad acquirēdum: manifestum est. Nam huius quidem parare est: illius vero vti. quæ enim vtitur ijs quæ sunt in domo: nisi rei familiaris disciplina? ¶Sed vtrum 31
sit eius pars vel alia species: dubitationem habet. Nam si est diligentis patrisfamiliâs videre quomodo pecuniæ & possessio assint, possessio autem & pecuniæ multas complectuntur partes: itaque primum dubitatio est vtrum agricultura pars aliqua sit illius acquirendi disciplinæ, an aliud quoddam genus? & omnino circa alimentū cura & acquisitio. Atqui spe-

cies alimẽtandi multæ sunt. quapropter & vitæ plures sunt animaliũ, & hominum. non enim fieri potest: vt viuatur sine alimẽto. quare diuersitates alimentorum: diuersas fecerunt animalium vitas. nam ferarum quidẽ aliæ gregales sunt: aliæ soliuagæ. vt hoc vel illo modo: illis cõducit ad victum. quoniã aliæ viuis animalibus: aliæ fructibus, aliæ cunctis pascuntur. quare ad facultatẽ victus atq; delectum: ipsarum vitas natura distinxit. Cum vero non idem cuiq; dulce sit secundum naturã, sed alijs alia: & illarum quæ animalia, & illarum quæ fructus comedũt, vitæ inter se differunt. Hoc idem est in hominibus. multæ enim differunt eorum vitę. nã qui pigerrimi sunt, pastoralem vitã sequuntur: quoniã à mansuetis animalibus sine labore educatio ipsis prouenit ociosis. cumq; sit necesse mutare locum animalibus: & ipsi cogũtur vnà sequi: quasi agriculturã quandam viuam colentes. Alij vero ex præda viuunt. & præda quidẽ alia alij. ceu alij venantes: alij piscantes. vt qui paludes & stagna & flumina & mare accolunt. alij ab auibus & feris. Sed maxima pars hominum à terra viuit, & fructibus non syluestribus. Vitæ igitur ferme tot sunt: quot secundum propriã & innatam habentur operationẽ. Non per cõmutationẽ & cõmertia sibi præparãt alimentũ pastoralis, agricultura, prædatoria, piscatoria, venatoria. Sunt & qui ista miscẽtes iocunde viuãt, supplẽtes deficientem vitã qua deficiens est: vt sufficiẽtia adsit. ceu quidam pastoralem simul & prædatoriã: alij vero agriculturã & venationẽ. Eodem modo & circa alias, vt indigentia compellit: in hunc modũ degunt.
32 ¶ Talis igitur acquisitio ab ipsa natura videtur omnibus data: vt statim post geniturã, sic etiã ad perfectionem deductis. nam ab ipso generationis initio quædã animaliũ coëxprimunt tantũ alimẽti: vt sufficiat donec possint sibijpsi acquirere, quod generatũ est. vt quæcunq; ex putredine vel ex ouis gignuntur. Quæ vero pariunt viuẽtia: alimentũ habent in seipsis, ad natorũ educationem vsq; ad tempus quoddã, quam lactis naturam dicimus. Quare similiter est de perfectis quoq; existimandũ: plantásq; animalium esse gratia, & cætera animalia hominũ causa. mãsueta quidẽ propter vtilitatẽ & cibum: fera vero (etsi non omnia, at plurima illorũ) propter cibum & alia adiuuamenta: vt & vestis & cætera instrumenta ex illis fiãt. si igitur natura nihil neq; imperfectũ faciat, neq; frustra: manifestum est illa omnia hominum gratia fecisse naturã. Quapropter & bellica secundũ naturã quodãmodo acquisitiua erit. Nam & venatoria pars illius est: qua vti oportet contra bestias, & cõtra eos homines qui ad parendũ nati sunt, nec volunt parẽre. quia natura id bellum iustũ existat. vna igitur acquirendi species secundũ naturã: pars est rei familiaris. quam oportet subesse iam, aut illã parare: quo ea subsint quorũ est cõparatio rerum in vita necessariarum & vtilium ad societatẽ ciuitatis & domus.
33 ¶ Et videntur quidẽ vere diuitiæ ex his constare. Nã sufficiẽtia huiusmodi acquisitionis ad vitã bonã: non infinita est. ceu Solõ poëtico more dicebat, Diuitiarũ homini finis nõ ponitur vllus. At certe ponitur: vt in alijs artibus. nullũ enim instrumẽtum Solon.

cuiusq̃ artis: infinitũ est, neq; magnitudine, neq; multitudine. diuitiæ autem sunt multitudo instrumentorum rei familiaris & reipublicæ. Quòd igitur sit aliqua acquisitio secũdum naturã patribusfamiliâs & gubernatoribus reipublicæ, propter, & quam causam: manifestum est.

QVINTI CAP. COMMENTARIVS.

PRoponit se determinaturũ prorsus de vniuersa possessione. & de acquirẽdi dis- 29
ciplina secundũ antedictum modũ: dubitãdo scilicet & dubitationis veritatem
discutiẽdo. de vniuersa dicit possessione. nã de parte iam dictũ est. quãdoquidẽ
seruus possessionis pars quædã sit. Et primũ dubitationem proponit: an acqui-
rendi disciplina eadẽ sit disciplinę rei familiaris: an pars eius aliqua, an ministra.
Si ministra, an rei familiari, instrumẽta præbeat, vt pectinaria textoriæ. an materiã: vt æraria
statuariæ. dico autẽ materiã: ceu id quod subiacet, ex quo aliquod perficitur opus. vt lana,
textori: & æs, statuario. ¶Primã dubitationis partẽ diluit: nõ esse scilicet omnino eandẽ rei 30
familiaris disciplinã, & acquirendi disciplinam. nam disciplinæ acquirendi est parare: rei vero
familiaris, partis iã, atq; paratis vti. quænam enim ijs vtitur quæ in domo sunt: nisi dome-
stica, rei'q; familiaris disciplina? ¶Secũdã similiter dubitationis partẽ terminat: disciplinã 31
acquirendi quæ est secundũ naturã, partem esse disciplinæ rei familiaris. & illa est quæ ver-
satur circa alimentũ, & alias corporis necessitates. vitasq; hominnũ inter se, & aliorũ anima-
lium ab homine: alimentorum diuersitate perquirit. sic enim eas: ad alimentorũ facultates
& delectum, natura distinxisse videtur. Et vitæ hominũ sunt pastoralis. eorum scilicet qui à
mansuetis animalibus vitam quærunt: & hi peregrini esse solent, & pallantes homines. agri-
cultura. eorum: qui ex frugibus & fructibus viuunt. tertia est prædatoria. quæ diducitur in
venatoriã & piscatoriam. & nascũtur aliqui qui insitum habent, mites armentorum greges
pascendi appetitũ. alij fruges stirpésq; & arbusta colendi. alij ex præda viuendi. hi quidẽ ex
syluis & saltibus, illi vero ex stagnis mari q; & fluminibus partim pastoritiã pecuariam'q; vi-
tam amant. secundi agricultoriã. & tertij prædatoriam. & tot reuera sunt hominum vitæ: ad
quot homines prompti natura gignũtur. & hæ vitæ simplices sunt: & absq; cõmutatione ac
commertio fiunt. sed sunt qui has vitas miscent ac cõponunt: prout vitæ eorum poscit in-
digentia. vt quidam pascuis & præda viuunt. quidã agricultura & venatione. ¶Vt facilius 32
pateat eam acquirendi disciplinam quæ est ex pastura, agricultura, & præda, partem esse
disciplinæ familiaris: ostendit huiusmodi acquisitionem esse secundum naturã. & naturam
fecisse fruges, fructus, & animantes: tum cicures, tum feras, hominum gratia. & hominum
quosdam vt hebetioris crassioris'q; sensus & intelligentiæ: liberorum, mentis'q; acumine vi-
gentium gratia. Ex quo infert bellicam acquisitionem: quodã modo esse secundũ naturam.
vt est ea qua vtimur contra feras: & eos homines, qui nati sunt ad parendũ, & parére recu-
sant. quòd id bellũ: natura fit iustũ. ¶Ostẽdit veras diuitias: ex ijs acquisitionibus constare, 33
quæ sunt secũdum naturã: & diuitiarum terminũ esse statutũ, contra Solonis sententiam.

ANNOTATIONES AD CAP. QVINTVM.

QVi suapte natura insitã habẽt operationẽ. Qui enĩ ad aliquod aut artis aut disci- 31
plinę opus, vim insitã habuerũt: illos viuẽdi modos excoluerũt. Id tamẽ scire est
operæpretiũ: quasdã vitas secundũ naturã esse, quasdã artes, tertias vero secundũ
disciplinas. Secundũ naturã tres sunt: pecuaria, agricultura, prædatoria, quę hoc
numero tangũtur. & de quib⁹ pręcipue loquit̃ Aristoteles. Secundũ artes vitę: sunt opificũ.
vt fabrorũ lignariorũ: architectorũ, ædificatorũ, cælatorũ. fabrorũ ærariorũ: vt flatorũ, fuso-
rum, statuariorũ, plastũ, figulorũ. lanariorũ: vt textorũ, vestiariorũ. coriariorũ: sutorũ calceo
lariorũ, & innumerorũ pene taliũ. secundũ disciplinas: grãmatici, rationales, rhetores, natu-
rales, mathematici, geometræ, arithmetici, musici, astronomi, methaphysici, theologi &
maxime omniũ illi qui ad aliquod artis aut disciplinę opus, vim insitã habuerũt: primas ar-
tes, primas'q; disciplinas inuenerũt. ex quib⁹ posteri: multas vitas, multos'q; viuẽdi modos,
alios quidẽ ab ijs qui secũdũ naturã sũt, sibi formauerũt. qui secundũ naturã sunt: omnium
primi extiterũt, quib⁹ diuina subscribit, subministrátq; prouidẽtia. qui secũdum artes: huma
nę curę, humanę'q; magis subiacẽt prouidẽtię, & in illis fortuna plurimũ loci habet. in ijs au
tem viuẽdi modis qui secundũ disciplinas: mens diuinorũ æmula & virtus fortuna superior
gubernacula tenere debẽt. & vitę secũdũ doctrinas: vltimo loco sũt repertę. quę vero secũdũ
artes: secũdo loco, & maxime eę quę ad pfectionẽ earũ que secũdũ naturã sũt accõmodatę.

¶De nummularia acquisitione, quòd præter naturam, quòd differat à cura rei familiaris. Cap. VI.

34 EST aliud genus acquirẽdi,quod maxime vocãt & merito
vocari debet pecuniariũ:ob id ꝙ nullus finisvidetur esse
diuitiarũ ac acquisitiõis.quod esse vnũ & idẽ cũ illa spe-
cie de qua supra diximus plęriq; tradiderũt:propter vi-
cinitatẽ.sed neq; est idẽ:neq; ab illa valde remotũ: est enĩ
illorũ altera secundũ naturã:alterũ vero nõ secundũ na-
turã,sed magis secundũ peritiã & artẽ.de quo dicere sic exordiamur.Cu
iusq; enĩ(quę possidetur)rei duplex est vsus.vterq; vero rei secundũ se,sed
nõ similiter secundũ se:verũ alter proprius alter nõ propri⁹ rei.ceu calcei
quidẽ est calceatio & vẽditio.vterq; enĩ vsus calcei est.nã qui calceũ indigẽ
ti vẽdit pro pecunia vel cibo: vtitur calceo qua calceus est, sed nõ secundũ
propriũ vsum.nõ enim cõmutationis gratia est calceus.eodẽ modo se ha-
bet in alijs rebus,quas possidemus. est enĩ permutatio in õnibus, cœpta
quidẽ ab initio ex eo ꝙ est secũdũ naturã:ꝙ alij plura q̃ opus sit,alij pau-
ciora habeãt homines.Ex quo manifestũ est:nũmulariã nõ esse secũdũ na
turã eius,quę pertinet ad acquirendũ.quoad enĩ ipsi sufficeret:necessariũ
35 erat permutationẽ fecisse. ¶In prima igitur societate id est in domo: ma-
nifestũ est nihil opus esse illius, sed iã in maiori existẽte societate.Alij enĩ
illorũ cõmuniter habebãt õnia,alij separatim multa rursus & alia:quorũ
secũdum indigentiã necesse erat permutationẽ facere.queadmodũ adhuc
faciunt barbarorũ nationes multę:alia pro alijs dantes,recipiẽtẽsq;.vtilia Barbari.
enim pro vtilibus tradũt: vltra enim nihil. ceu vinũ pro tritico,& cæteris
36 talibus. ¶Huiusmodi ergo permutatio neq; præter naturã est, neq; nũ-
mulariæ species vlla est: cũ sit in supplementũ indigẽtiæ secundũ naturã.
Ex hac tamẽ:illa nõ ab re processit.nã cũ à remotioribus quęreretur auxi
liũ,importãdo illa quibus indigebãt, & exportãdo illa quibus abunda-
bãt:necessario nũmi introductus est vsus.nõ enĩ facile deferri possunt sin
gula eorũ:quę sunt secundũ naturã necessaria.Quare ad permutatiões fa
ciendas tale aliquid cõposuerũt inter se dare & accipere:quod vtiliũ quip
piã existens,haberet vsum cõmutandi facilẽ ad vitã.ceu ferrum,& argen
tum:& si quid aliud tale.primo simpliciter diffinitũ quãtitate & põdere:
postmodũ vero etiã signo impressum,quo à mẽsura liberi essent.nã signũ
positũ est:ad quãtitatẽ demõstrandã. Reperto igitur nũmo,ex necessaria
permutatiõe:alia species acquirẽdi emersit,nũmularia:primo forsan sim-
pliciter,postea per experiẽtiã artificiosior vnde & quomodo permutãdo,
plurimũ faciat lucrũ.Quapropter nũmularia maxime circa quęstũ nũmo
rũ versari videtur:& illius esse opus posse discernere,vnde proueniat mul
titudo pecuniarũ.diuitiarũ enim & pecuniarũ effectiua est.nã & diuitias
plęrũq; ponũt esse multitudinẽ nũmorum:ex eo videlicet ꝙ circa illã intẽ
37 dunt pecuniaria nũmulariaq;. ¶Cõtra vero interdũ futile quiddã vidẽ-
tur nummus & lex omnino & ne quicq̃ secundũ naturã.Quoniã mutatis

ijs qui vtūtur:nullius pretij aut vtilitatis eſt ad aliquod neceſſariorū.& lo
cuples nūmis: penuriā patietur neceſſarij alimēti. atqui abſurdū eſt tales
Midas. eſſe diuitias affirmare:quarū abundās quis fame perire poſſit.vt de Mida
illo in fabulis traditur.cui ꝓpter inſatiabilitatē deſiderij:quicquid appo-
nebatur,fiebat aurū.¶Quā ob rē quærunt diuitias alias, & aliā acquirē 38
di rationē. Et recte quidē.eſt enim alia acquirēdi ratio,& diuitię ſecundū
naturā.& hęc quidē rei familiaris diſciplina: illa vero nūmularia pecuni-
arum effectiua,nō omnino ſed per ipſarū pecuniarū cōmutationē. Et vi-
detur circa nummū iſta verſari.nā nūmus primū eſt & vltimū in cōmuta-
tione.¶Et infinitę ſunt huiuſmodi diuitiæ:quæ ab hac ratione rei augē- 39
dæ proficiſcuntur. Vt enim medicina ſanitatis in infinitū eſt:& vnaquæq;
ars finis in infinitū.nā q̄ maxime volunt illum efficere.eorū vero quę ſunt
ad finē:non in infinitū.finis enim extremū omnibus.ſic & huius rationis
augēdæ rei:nō eſt finis terminus.finis autē tales diuitiæ,& pecuniarū ac-
quiſitio.ſed rei familiaris:non augēdæ rei,eſt finis.nō enim hoc eſt rei fa-
miliaris opus.Quapropter in hac videtur neceſſariū:vt ſit finis omniū di
uitiarū.Sed cōtra video fieri.omnes enim in infinitū augent:qui ſtudent
cōgregare nūmum.Cauſa vero huius eſt illarum propinquitas.variatur
enim vſus eiuſdē rei:cū ſit vtriuſq; acquiſitiōis. ipſius eni vſus acquiſitio:
ſed nō ſecundū idem.ac huius quidē alius finis:illius vero amplificatio.
¶Quare vidētur quibuſdā hoc eſſe rei familiaris opus:& perſeuerāt exi 40
ſtimātes oportere aut cōſeruare aut augere nūmorū ſubſtātiā in infinitū.
Cauſa vero eſt huius diſpoſitionis:ſtudiū viuēdi,ſed nō bene viuēdi.Cū
ergo cupiditas in infinitum extendatur,illa quoq; quæ efficiunt,infinita
cupiunt.Sed qui bene viuere ſtudent: ad fruitionē corporis quęrunt di-
uitias.vnde cum hoc quoq; in acquiſitione cōſiſtere videatur:omnis eorū
cura circa acquirendū eſt. Et altera augēdi ſpecies hinc proceſſit.cū enim
fruitio modū excedat: illā quęrunt quæ huiuſmodi exceſſum adimplere
poſſit.Et ſi per hanc acquirēdi ſpeciē nequeāt parare:per aliā cauſam effi
cere conātur, vnaquaq; freti potentia non ſecundū naturam. fortitudinis
enim non eſt pecuniā parare,ſed fiduciam animi,neque rei militaris aut
medicinæ.ſed illius quidē victoriā,huius vero ſanitatē.at illi cunctas ad
pecuniā conuertunt: quaſi hic ſit finis.ad finem vero cuncta oportet ten-
dere.¶De illa igitur acquirendi ſpecie quæ neceſſaria non eſt,& quænā 41
ea ſit,& propter quā cauſam ipſius vſum nobis aſciuimus:diximus.& de
illa quæ neceſſaria eſt:q altera ab illa.& diſciplina rei familiaris,ſecundū
naturā:circa alimentum nec infinita ſicut illa,ſed finem habens.

SEXTI CAP. COMMENTARIVS.

OStēdit:gen⁹ acquirēdi pecuniariū,nō eſſe idē cū ſpecie acquirēdi pauloante de 34
terminata.quòd hęc ſecūdū naturā ſit:illud vero nō ſecūdū naturā,ſed ſecūdū
peritiā & artē potius.quia nō ex proprio vſu rei procedit:ſed ex ꝑmutatione,
quę nō eſt propri⁹ vſus.duplex eni cuiuſq; rei eſt vſus. vnus propri⁹,& ſecūdū
rei naturā,finē'q; propriū:vt calcei calceatio,ſerræ ſectio & ſimilia.ali⁹ vero nō
propri⁹ & ſecūdū rei naturā. vt calcei & ſerrę ꝑmutatio,vēditióq;. ¶Declarat autē eos qui 35
in prima ſocietate ac in domo ſūt:hāc acquirēdi ſpeciē locū nō habere.nō eni inter ſe cōmu-

tant vir & vxor, dominus & seruus, & pater atq; mater cum liberis ad pecuniariam acqui-
sitionem. sed locum habet in maiori societate: vt pago, castello, ciuitate, gente. vbi quidam
in communitate viuentes, omnia tenent: alia separati multa, & insuper aliqua, quorum pro
naturæ indigentia necesse est permutationem facere. vt adhuc faciunt multæ barbarorũ na-
tiones: alia pro alijs dantes, recipientésq;. nam vtilia ijs qui accipiunt pro ijs quæ sibi vtilia
36 sunt tradunt, neque quicquam vltra. vt vinum pro tritico, & cæteris talibus. ¶Id ostendit
vbi vtilia pro vtilibus ad necessitatem commutantur: huiusmodi commutationem nõ esse
speciem pecuniarię, sed pecuniariam ab ea, comperto, percusso, obsignatóq; nummo emer-
sisse. quòd pecuniariæ non sit species: hoc ideò est, quòd est secundum naturam cum sit in
supplementum indigenţiæ naturalis & necessaria permutatio. pecuniaria autem neque se-
cundum naturam, neque necessaria. & quo pacto pecuniaria (quam & nũmulariam etiam
appellat) ex hac emerserit, primum rudis, deinde experientia artificiosior: dilucide aperit.
37 ¶Contra eos qui congerendis, cumulandis'que nummis tanquàm veris diuitijs student:
ostendit nummorum multitudinem non esse veras diuitias. primo quia quippiam futile vi-
detur nummus, & lex qua æstimatur omnino, & nequaquam secundum naturam. quia mu-
tato proposito eorum qui vtuntur: nullius pretij aut vtilitatis est, ad aliquid eorum quæ
necessaria sunt. quo pacto igitur asseremus eius coaceruatam multitudinem, qui ad nihil
prosit veras esse diuitias? Secundo fieri potest vt locuples & nummis abundans: penuriam
patiatur necessarij alimenti. sed absurdum est tales veras esse diuitias astruere, quarum quis
38 abundans, fame perire possit. vt de Mida in fabulis proditum est. ¶Infert. hanc ob causam,
eos qui vere sapiunt alias quærere diuitias, & aliam acquirendi rationem, eam scilicet quæ
est secundum naturam. nec ab re quidem id fuerit: nam hæc veras continet diuitias: & est rei
familiaris disciplina. pecuniaria vero circa nummi fœturam intẽta est, non quòd per se pos-
sit gignere multiplicaréque nummum: sed per commutationem. & vndique oculum defi-
39 git in nummo. nam nũmus primum est & vltimum in cõmutatione. ¶Aperit in quo œco-
nomices rei'que familiaris ratio, ab hac pecuniaria augendæ rei cura differat. quòd diuitiæ
quæ à pecuniaria proficiscũtur: in immensum contendunt, terminum nusquam offendentes
vt cæteræ artes in suo fine finem non inueniunt, quòd quammaxime illum efficere velint.
sed ea quę sunt ad finem: terminũ habent. nam finis omnium terminus & extremum. sic pe-
cuniarię: nõ est sui finis terminus. finis autem, huiusmodi diuitiæ, & pecuniarum acquisitio.
Sed rei familiaris in non augenda re finis terminúsque est. non enim rem semper augere fa-
miliaris opus atq; officium est. quare in re domestica videtur necessarium: vt omnium diui-
tiarum sit terminus. Verum ex ijs quæ fiunt: videmus contrarium euenire. nam omnes in
infinitum diuitias augent: nummorum lucro inuigilantes. & causa huius erroris est rei fa-
miliaris acquirendi rationis, & pecuniariæ vicinitas. nam variatur vsus eiusdem rei: cum sit
vsus eiusdẽ in vtraq; acquirendi ratione, domestica videlicet ac nũmularia. ad ipsum enim
vsum, attinet acquisitio: sed non secundũ eundem finem. nam rei domesticæ finis est nõ rei
40 augmẽtatio: pecuniariæ vero finis, augmẽtatio rei. ¶Ostendit insuper ob vicinitatẽ harum
duarum acquirendi facultatũ: quibusdam videri opus rei familiaris esse diuitiarũ accumu-
lationem. quare opes congerere perseuerant: arbitrantes oportere aut cõseruare aut auge-
re nũmos in infinitum. & causa cur ita congerunt: est studium viuendi: at non bene viuẽdi.
cum ergo hęc irrationabilis cupiditas, & ingens habendi sitis in infinitum se extendat: & illi
quoq; ea quæ diuitias efficiunt infinita percupiunt. sed qui bene viuere student: ad trãquillũ
corporis vsum quærunt diuitias. quare cum ijs qui habendi cupiditate cęcati sunt, bene vi-
uere in acquisitione collocatum esse videatur: omnis eorum conatus circa acquisitionẽ cõ-
sumitur. & hinc altera acquisitionis species: pecuniaria scilicet, & nõ naturalis, processit. cũ
enim fruitionis & frugalis vitæ modum excedant: illã acquirendi speciem quærunt quæ hu-
iusmodi excessum adimplere queat. & si per pecuniariã rerũ cõmutationẽ id parare neque-
ant: vnaquaq; potentia & arte vtũtur nõ secũdum naturã, ad cumulãdas opes. nam fortitu-
dinis nõ est pecuniã parare: sed animi fiduciã. neq; rei militaris pecuniã parare: sed victoriã.
neq; medicinæ: sed sanitatẽ. verũtamẽ illi cũctas has facultates, ad pecuniã conuertũt: tanq̃
41 pecunia sit ipse finis. ad finẽ vero cũcta cõtendere oportet. ¶Breuẽ capitis facit epilogum.

ANNOTATIONES AD CAP. SEXTVM.

34 SEcundum peritiam & artem. secundũ experiẽtiam & artem. est enim peritus qui
rerum habet experientiã. & Gręci ἐμπειρίαν καὶ ἐμπειρικὸν dicunt: nos peritiam &
35 peritum, experiẽtiam & expertum. ¶Quemadmodum adhuc faciunt barbaro-
rum nationes multæ. hanc consuetudinem adhuc esse apud Seres populos, &

Garamantas nonnulli ſcribunt. verum non eſt nobis cognita regio: vbi rem pro re non cō-
mutent, vt triticum pro vino & talia pro talibus, aut omnino, aut partim ſuſcipiēdo num-
mum, & partim mercem pro merce. ❡Hęc pecuniariæ ſpecies, nummularia merito nūcu- 36
patur: quòd poſt inductum nummum emerſerit, quódque circa quęſtum, cumulationem'qꝫ
nummorum maxime verſari videatur. imò in hac pecuniariæ ſpecie ex numero 38 nūmus
Phidon. primum eſt, & vltimum. ❡Phidon Corinthius, legiſlator Corinthiorum: primus fertur nū-
mum percuſſiſſe ac ſignaſſe, & pondera & menſuras ad commutationum æquitatem exco-
Mida. gitaſſe. ❡Fabulam Midæ regis Phrygiæ, qui thronum aureū in quo ius dicere ſolebat (vt 37
Herodotus ſcribit Herodotus) Delphico Apollini pro munere obtulit, narrat Ouidius. qui cum Silenū
nutritotem Bachi feſtiue hoſpitio ſuſcepiſſet, & reſtituiſſet Bacho,

Ouidi⁹, metamorphoſeos 11.

Huic deus optanti gratum ſed inutile fecit
Muneris arbitrium: gaudens altore recepto.
Ille male vſurus donis, ait effice quidquid:
Corpore contigero, fuluum vertatur in aurum.
Annuit optatis, nociturāqꝫ munera ſoluit.

❡Ad fruitionem corporis quærunt. Latini frui id volunt fere ſignificare: quod ex frugibus 40
voluptatem capere. & paulo latius frui: cum ex re qua vtimur, voluptate afficimur. & hinc
fruitio: in vſu rerum oblectatio. Non igitur qui pecuniariæ rei, & congerendis nummis ſtu-
dent: acquiſitis fruuntur, quandoquidem illis minime vtuntur.

❡De acquiſitione neceſſaria, medicina, nummularia & ſpeciebus eius. Cap. VII.

EX quo patet id quod ab initio dubitabatur: vtrum gu- 42
bernatoris domus & ciuitatis ſit acquirere an non, ſed
oporteat prius ſubeſſe. ſicut enim homines nō facit reſ-
publica, ſed factos à natura ſuſcipiens, vtitur illis: ſic &
alimentum oportet naturam præbere aut à terra, aut à
mari, aut alio quopiam. ſed quemadmodum hæc admi-
niſtranda ſunt: ad gubernatorem pertinet domus. Neque enim textoriæ
eſt lanas facere: ſed factis vti, & diſcernere qualis ſit bona & apta, & ma-
Quæſtio. la & inepta. ❡Enimuero dubitarit vtique aliquis: cur ea diligentia quæ 43
ad acquirendū pertinet pars rei familiaris ſit, medicina vero non ſit eius
pars? Atqui ſanam eſſe familiam oportet: quemadmodū & victum ha-
Dilutio. bere, aut aliud quicquā neceſſariorum. ❡Sed cum ſit vt patriſfamiliâs 44
& gubernatoris de ſanitate prouidere: ſic etiam vt non, ſed medici. itaqꝫ
etiam de pecunijs eſt vt patriſfamiliâs: eſt etiam vt non, ſed vt lucro inſer
uientis. ❡Maxime vero (vt prius dictum eſt) natura oportet hæc exiſte- 45
re. naturæ enim opus eſt alimentum genito præbere. nam cuiqꝫ ex eo ex
quo generatur, alimentum relinquitur. quare ſecundū naturā eſt compa
randi facultas omnibus: ex fructibus & animalibus. ❡Cum vero & hæc 46
ſit duplex vt diximus & altera nūmularia, altera vero diſciplina rei fami-
liaris, & hæc quidē neceſſaria & laudabilis, illa vero trāſlatitia & merito
improbāda, quia non ſecundū naturā, ſed ab hominibus acquirit, ratio-
nabiliter habetur odio ipſa nūmularia. quoniā à nummo ipſa facit acqui
ſitionem: & non ad quod inductus eſt. cōmutationis enim cauſa nūmus
inductus fuit: fœnus autē ſeipſum maius facit. vnde & nomē venit: quo-
niā illa quæ pariūtur ſimilia gignentibus ſunt. in fœnore autem nūmus
nūmum parit. quare maxime præter naturā eſt hic acquirendi modus.

47 ℂQuoniã vero illa quæ ad cognitionẽ pertinebant,determinauimus suf
ficienter:illa quæ ad vsum pertinent,discutienda sunt.Cuncta enim hęc:
48 considerationem habent liberalem,experientiã vero necessariam.ℂSunt
autẽ circa acquirendũ partes vtiles,rerum ipsarum quæ acquirendæ sunt
peritiã habere quæ optimæ sint,& vbi & quomodo.ceu quales equi com
parandi sint.quales boues aut pecudes,eodẽ modo & in cæteris animali-
bus.oportet enim peritũ esse:quæ istorum potissima & vbi & qualia. nã
alia alibi potiora gignũtur.deide agriculturæ,eiusq́ specierũ.vt nudi soli
& consiti:& apium & aliorũ animaliũ,tum natatiliũ,tum volatilium,ex
quibus sit vtilitas prouentura.maxime igitur propriæ acquisitionis istæ
49 sunt partes, & primæ. ℂEius vero quæ per translationẽ dicitur:potissi-
ma pars est mercatura. & huius partes tres:nauigatio,deuectio,negocia- 1
tio. differunt autem hæc inter se, cum alia securiora sint, alia fructuosio- 2
ra. Secunda pars est fœneratio. Tertia mercennaria, & huiusmodi, alia 3
vilium artium: alia sine arte solo corpore ministrãte est. Et quarta acqui- 4
rendi species media inter hanc & primã(habet enim partem eius quæ est
secũdum naturam: & partẽ eius quæ per translationẽ dicitur)& est in ijs
omnibus quæ à terra, & ab ijs quæ terræ sunt:non à fructibus,sed vtili-
bus.ceu sylua cædua:& omni metallica.hæc rursus multas complectitur
50 partes.nam multę sunt ex terra,metallorũ species.ℂDe singulis horum
in genere dictum est nunc:in specie vero de his dicere vtile quidẽ foret ad
opera conficienda,sed graue nimis in his edocendis persistere.Sunt enim
operationes illæ artificiosissimæ:in quibus minimũ est fortunæ,illæ sor-
didissimæ:in quibus maxime inquinatur corpus.illę seruilissimę:in qui-
bus corporis est vsus plurimum.illæ vero ignobilissimæ:in quibus mini-
51 mum requiritur virtutis.ℂCum vero sit à quibusdam de his scriptum,
vt à Charete Pario, & Apollodoro Lemnio de cultu agrorũ tam nudo- Chares.
rum quàm consitorum, & similiter ab alijs de alijs: ea quidem(cui cura Apollodor⁹
est) præcepta consideret. Etiam quædam à frugi patribusfamiliâs dicta,
colligere oportet, per quæ consecuti sunt diuitias: qui acquirere stude-
runt.Quale est illud Thaletis Milesij(id enim consideratio quędã est:ad Thales.
acquirendũ)sed illi quidẽ attributũ propter sapientiã.cõtingereq́ potest:
cum sit vniuersale.cũ enim obijceretur illi philosophię studiũ propter in-
opiam,quasi inutile & infructuosum:prospexisse illum ferunt per astro-
logiam,oliuarum vbertatem futuram.Cumq́; coëgisset pauxillum pecu-
niarum:hyeme adhuc vigente emptionẽ oleæ fecisse in Mileto,& in Chio Miletus. Chius.
pro paruo admodum pretio,vtpote nemine plus offerente,arrâsq́ dedis-
se.Cum itaque postea tempus venisset:multis subito quærentibus vendi
disse oleum,quanti ipse voluit.ac magnam vim pecuniarum inde super-
lucratum : ostendisse amicis, perfacile esse philosophis ditari, si vellent.
sed hoc non est illis curæ.Thales igitur:in hunc modũ dicitur scientiam
suam ostendisse. Est autem(quemadmodũ diximus)vniuersalis hic quę-
rendi modus:si quis possit sibi soli venditionem comparare.quapropter

ciuitates quædam hunc faciunt quæstum, cum indigent pecunijs. vendi-
tionem enim sibi soli reseruant. In Sicilia quidam cum apud eum pecu-
nia reposita esset: quidquid erat ferri, ex ferrarijs emit. postea vero mer-
catoribus illuc accedentibus vendebat solus: non magnum excessum pre-
tij faciens, sed tamen ita vt pro quinquaginta talentis, centum confice-
Dionysius. ret. hoc itaque sentiens Dionysius, pecunias quidem illi iussit efferre:
sed amplius Syracusis morari vetuit. vt qui quæstus reperisset ipsius re-
bus inutiles. Iste vidit aliquid tale: quale Thales viderat, atq; hoc idem.
vterq; enim sibi soli venditionē comparauit. ¶Vtile etiam est videre hæc 52
in republica. nam ciuitates pecunijs indigent, & huiusmodi quæstibus:
quemadmodū domus, sed & magis. quam ob rem in republica: quidam
huic soli parti intendunt.

SEPTIMI CAP. COMMENTARIVS.

TErtiam partem dubitationis ad numerum 29 motæ, diluit. necessariam vide-
licet acquirendi facultatem ministrare gubernatori domus, similiter & guber- 42
natori ciuitatis, materiámq; subesse oportere. ceu lanam textoriæ. nam vt ho
mines non facit respublica, sed factos a natura suscipiens illis vtitur: sic rei fa-
miliari oportet naturam alimētum præbere, aut à terra, aut à mari, aut ab ali-
quo alio, quod vt materia subsit atque subiaceat. sed quo pacto hæc administranda sit: ad
administrationis domus, rei'que familiaris disciplinam pertinet. nam & textoria, lanas non
facit: sed eius est factis vti, & discernere qualis sit bona & apta, & qualis mala atque inepta.
¶Alteram sugillat dubitationem. cur necessaria acquirendi facultas, pars est domesticę di-
sciplinæ rei'q; familiaris: medicina vero eius non sit pars? & plane videtur oportere: medici- 43
nam partem illius esse. nam sanam oportet esse familiā, vt & victum habere, aut aliud quic-
quam eorum quæ sunt necessaria. æquo igitur iure, medicina pars erit domesticæ: perinde
atque necessariorum acquirendorū disciplina. ¶Diluit. quòd quodā modo ad œconomum
spectat de sanitate prouidere: vt patremfamilias, & gubernatorem domus. & quodāmodo 44
non spectat: vt scilicet artem medendi callentem, sed ad medicum. quare etiam œconomi
est de pecunijs curam habere: est etiā vt non. nam eius est eas curare vt patrisfamilias: non
est autem eius curā habere vt auari, illis'que inseruiētis. ¶Cuius pecuniæ œconomus curā
habere debeat: ostendit. illius profecto quam oportet natura subesse non nummi. nā naturę 45
opus ac officium est alimentum ei quod ex ea gignitur præbere. cuiq; enim ex eo ex quo or
tum ducit: alimentū prouidetur. Et infert acquirēdi facultatem: ex fructibus & animalibus,
cuiq; esse secundū naturā. ¶Acquirendi facultatē pecuniariā, nummulariámq; accusat, dā-
nat, execratur: necessariā autem quæ est rei domesticæ disciplina cōmendat, & laudibus ef- 46
fert. hanc quidem laudat ꝙ necessaria, ꝙ reuera rei familiaris disciplina atq; ideò iure lau-
dabilis, quod secundū naturam, & non ex hominibus, sed ex ijs quę natura ad eos vsus sub-
ministrat acquirat. illā vero culpat, & odio prædicat dignā: quòd nō necessaria, quòd non re
uera domestica disciplina, sed trāslatitia & adulterina, & ideò improbanda & illaudabilis, ꝙ
non secundū naturam & ex ijs quæ natura parat acquirat, sed ex hominibus, & idcirco ho-
mines eam merito oderunt, ꝙ a nummo acquisitionē facit, eius vsum peruertens. nā natu-
ralis cōmutationis gratia inductus fuit nummus: non autem ad fœnus, & nummorū quan
dam fœturam. fœnus enim seipsum maius facit séq; multiplicat. vnde & fœnoris nomen ve
nit: quia fœtus similes gignentibus sunt. in fœnore autem nummus nummū parit. quare ma
xime præter naturam est hic acquirendi modus: vt & præter naturā, & monstro simile vide-
tur, vt nummus nummū pariat. ¶Ostendit posteaq̄ de acquirēdi disciplina, quæ domestica
sit & quæ non, monstratū est sufficienter: ea quę vsum, vtilitatémq; rei familiari afferunt di- 47
scutienda esse. nam hæc vniuersa considerationē continēt homine libero dignā, & experiē-
tiam necessariam. ¶Enumerat ea quę rei familiari vtilia sunt, & quorū oportet bonū œco-
nomum experientiā habere. ea enim sunt equi, boues, pecudes, apes, & cętera id gen⁹ ani- 48
malia, seu terrestria, seu natatilia, siue volatilia, ex quibus rei familiari sit vtilitas prouentu-
ra. deinde agricultura, & agriculturæ species, vt nudi soli & cōsiti. nam œconomi commo-
dæ partes sunt, vtiléq; officium: earū rerum quæ acquirendæ sunt, experiētiam habere quæ

optimæ sunt,& vbi, & quo modo.ceu quales comparandi equi optimi, quales optimi bo-
ues,aut pecudes,& ita in cæteris animalib9 atque rebus,quę acquirendæ sunt,& vbi,& quo
modo.nam alia alibi potiora gignũtur.& quæ dictæ sunt:proprijssimę acquisitionis atq; na-
49 turalis partes sunt,primæ'q; & præcipuæ. ¶Enumerat identidem modos & species acqui-
sitionis non propriæ,non secundũ naturam sed translatitiæ,quam pecuniariam ac nũmula-
riam nominauim9.prima & præcipua eius species est mercatura.cuius tres partes sunt,na-
uigatio,oneraria vectio,& statana negociatio:quæ inter se differunt: ꝙ hæ securiores sint,
illa vero etsi minus secura,copiosiorem tamen lucelli fructũ reddere solet.Secunda species
est:fœneratio.tertia:mercenaria. & huius quædam species est vilium seruilium'q; artiũ.alia
vero:sine arte solo corpore ministrante lucrum comparat. quarta species est in ijs omnibus
quę à terra sunt,& quæ à terra gignuntur,infructifera quidem,vtilia tamen. vt sylua cędua,
& omnis metallica.& metallica rursus multa iam complectitur membra.nam multæ sunt è
50 terra metallorum species. ¶Se excusat de specialiori harum rerũ determinatione. de vno-
quoq; autem horum generaliter dictum nunc est:particulariter autem de his acurate dice-
re,vtile quidem ad conficienda opera,sed onerosum nimis in his edocendis,nobis operam
cõsumere.sunt artium opificiorum'q; operationes illę artificiosissimæ:in quibus minimum
est fortunæ.illę sordidissimę:in quibus maxime inquinantur corpora.illę seruilissimæ:in qui-
bus est corporis plurimus vsus.illæ vero ignobilissimæ: in quibus minimũ requiritur virtu-
51 tis. ¶Tametsi specialia de ijs quæ ad necessariam rei familiaris acquisitionẽ spectant,& tã-
to minus de ijs quæ spectant ad translatitiam & non necessariam,hic minime sint determi-
nanda:citat tamen Charetem Pariũ,& Apollodorum Lemniũ qui de cultu agrorũ tam nu-
dorum q̃ consitorum scripserunt.vt ij quibus cura fuerit:eorum præcepta legant. & admo-
net ea quę à frugi patribusfamiliàs dicta sunt (per quæ consecuti sunt diuitias: qui acquire-
re studuerunt) esse colligenda.quale est id quod de Thalete Milesio recensent.cuius narra-
tionem:dilucide litera continet.& quale fecit quidam Syracusis:qui cũ vili pretio esset,fer-
rum omne à ferrarijs emit:& rursum mercatorib9 vendens lucrũ multiplicauit.quem Dio-
nysius Syracusanus expulit.vtpote qui quæstum faceret, suis molitionib9 nõ cõueniẽtem.
52 ¶Adijcit.sibi soli venditionem reseruare:vtile magis, magis'q; licere ciuitati, quàm cuiq̃
priuato.nam ciuitates:pecunijs indigent & huiusmodi quęstu,& magis quidem quam do-
mus.& hac quoq; de causa:quidam solẽt in republica, illi soli parti (rerum videlicet aliqua-
rum,sibi quidem solis reseruatæ) venditioni inuigilare.

ANNOTATIONES AD CAP. SEPTIMVM.

42 SIcut homines non facit respublica.Quid respublica sit: numero 25 tertij cogno-
scetur & 28. est enim ordinatio ciuitatis, & cum circa alios tum maxime circa
eum magistratũ qui in ciuitate summus est.sic etiam res familiaris:ordinatio do-
46 mus est circa seruos & liberos,& maxime circa patres matrésq; familiâs. ¶Fœ-
nus autem & seipsum maius facit.vnde & nomen venit.Fœnus græce τόκος ἀπὸ τοῦ τίκειν
quod parere significat.vnde & apud Latinos etiam fœnus,non immerito nominatur quasi
fœtus.est enim nummi fœtus.& in fœnore & vsura:nummus nummum parit,quod contra
48 naturam est.vnde fœneratores (qui & danistæ & vsurarij) nomen sibi repererũt. ¶Ceu qua-
les equi comparandi sint,quales boues,aut pecudes.De equis:Virgilij Georgicωn. Virgilius de equis.

Continuo pecoris generosi pullus in aruis
Altius ingreditur,& mollia crura reponit.
Primus & ire viam,& fluuios tranare minaces
Audet:& ignoto sese committere ponto.
Nec varios horret strepitus.illi ardua ceruix
Argutúmq; caput:breuis aluus:obesáq; terga
Luxuriatq; thoris animosum pectus.honesti
Spadices,glauci'q;:color deterrimus albis,
Et giluo.tum si qua sonum procul arma dedêre,
Stare loco nescit:micat auribus & tremit artus,
Collectúmq; premens voluit sub naribus ignem.
Densa iuba & dextro iactata recumbit in armo.
At duplex agitur per lumbos spina:cauátq;
Tellurem,solido grauiter sonat vngula cornu.
Forma bouis cui turpe caput,cui plurima ceruix, De bobus.
Et crurum tenus à mento palearia pendent.

Tum longo nullus lateri modus, omnia magna,
Pes etiam & camuris hirtæ sub cornibus aures.
At neq; displiceat maculis insignis & albo,
Aut iuga detrectans, interdúmq; aspera cornu
Et facies tauro propior, quæ'que ardua tota,
Et gradiens ima verrit vestigia cauda.
De ouibus Continuóq; greges villis lege mollibus albos.
& capris. Illum autem (quis aries sit candidus ipse)
Nigra subest vdo tantum cui lingua palato
Reijce: ne maculis infuscet vellera pullis.
Et qui amplius præcepta pecuariæ vitæ, agriculturæ & prædatoriæ agnoscere volunt: legāt
Cato. Catonem, Columellam, Palladium, Xenophontem. ¶Nudum solum: quod sine arboribus
Columella. & stirpibus & fruticibus est. Consitum vero: quod fruticeta, arbusta, arboréſve continet.
Palladius. ¶De apibus: ex quarto Georgicorum Virgilij, Plinio & superioribus authoribus agnosces
Xenophon. abunde. ¶Vbi vero potiora nascantur: à negociatoribus secundum regiones est discēdum.
Virgilius. nam vt insignis canit Poeta,
Hic segetes, illic veniunt felicius vuæ,
Arborei fœtus alibi: atq; iniussa virescunt
Gramina.
India mittit ebur: molles sua tura Sabæi.
At Calybes nudi, ferrum: virosáq; Pontus
Castorea, eliadum palmas epiros equarum.
Continuo has leges, æternáq; fœdera certis:
Imposuit natura locis. ¶Fœneratio, fœnus, vsura. ¶In quibus minimum est fortunæ. Artiū 49
quædam ad corpus vt cerdonica, lanifica, olearia, doliaria, cuparia, vinaria & similes, & ea- 50
rum plęręq; sordidæ, corpúsq; artificū inquinantes, plæræq; fortunas locorū sequentes. aliæ
Chares. vero ad mentē: vt artes pingendi, & statuariæ, & plasticæ quæ symmetrias, & proportiones
Apollodor⁹ suas seruāt. quib⁹ & scribendi artes adiungimus: quæ sic disciplinis, vt vomeres, trullæ, den-
M. Cato. talia, aratra, subseruiūt agricolis. & summatim, quæ plus intelligētiæ & mentis requirūt: mi-
Virgilius. nus fortunæ habere intelliguntur (externa enim: fortunas nuncupamus) & hæ artificiosissi-
Saserna. mæ artium maximæ'q; & præcipuæ dicūtur. nec ab re quidem: cum mens plurimo interual-
Tremellius lo dignitate corp⁹ antecedat. ¶Vt à Charete Pario, & Apollodoro Lemnio. latini etiam ci- 51
Celsus. tant suos authores, qui de cultu agrorum scripserūt M. Catonem, Virgiliū, Sasernam, Tre-
Græcinus. mellium, Celsum, Græcinum, Hyginum. exteri suos: Hieronem, Attalum, Philometorem,
Hyginus. Archelaum, Xenophontem, Magonem & plærosq; alios. ¶Vtile etiam est videre hæc in re- 52
Hieron. publica. cum priuatæ aut personæ, aut societates sibiipsis & solis quidem, rerum aliquarū
Attalus. necessariarum venditionem reseruant: id ad oppressionem aliorum, & ad reipublicæ detri-
philometor mentum faciunt. vt cum vnus, aut vna priuata societas: omnem triticeā annonā, aut vina-
Archelaus. riam, aut salinariam sibi comparat, vt cogantur qui indiguerint ab huiusmodi priuatis pre-
Xenophon tio cōparare. Verum ciuitatibus & rebuspublicis id licere: exemplo sunt Heracleote, & plę-
Mago. ręq; ciuitatum aliæ, quæ aliquando cum res postularent, hoc ingenio vsæ, statum suum re-
Ioseph. tinuerunt. exemplo etiam (sacrarum literarum authoritate) Ioseph saluator Ægypti: cuius
consilio rex in septem annos annonem collegit. quam pro salute regni & adiacentium pro-
uinciarum: tempore necessitatis dispensaret.

¶De partibus rei domesticæ, differentia, virtutibus mulieris, serui, pueri, imperantis, parentis, artificum, & causa. Cap. VIII.

QVoniam vero tres erant partes rei domesticę: vna domi- 53
nica de qua supra diximus, alia paterna, tertia coniuga
lis. nam & vxori præest & filijs: tanq̄ liberis quidem am
bobus. sed nō eodē imperij modo: sed vxori quidem ci-
uiliter, filijs autē regie. masculus enim q̄ fœmina natu-
ra principalior est: nisi aliter præter naturā constiterit,
quod & antiquius est & perfectius: iuniore & imperfecto. In ciuilibus
autē principatibus: plerunq; cōmutatur is qui præest, & is qui subest. nā

æquales esse volunt secundũ naturã,nec quicq̃ differre. attamen cum hic quidem prę̃est,ille vero subest:requirit differentiã,& habitu,& sermonibus,& honoribus,vt Amasis inquit de pedum lotore. enimuero masculus ad fœminã semper ita se habet. ¶Filiorum autẽ,imperiũ est regium. quòd enim genuit, quòdq; per amicitiã præest & ætatẽ:id ipsum est idem quod species quędam regij imperij.ideo bene Homerus de Ioue inquit, Hominũ pater atq; deorum,sic appellãs omniũ regem. Natura enim excellere regem oportet: genere autem esse eundem.quod accidit seniori ad Amasis. Homerus.

54 iuniorem,& parenti ad natum. ¶Manifestum ergo est: quòd plus studij domesticæ disciplinæ est circa homines quàm circa possessionem inanimatorum, & circa eorum virtutes q̃ circa virtutes possessionis,quas diuitias

55 appellamus,& circa liberos magis quàm circa seruos. ¶Primum igitur de seruis. dubitauerit vtiq; quispiam: vtrum præter ministeria & corporalia opera sit aliqua virtus serui excellentior, puta modestia & fortitudo & iustitia, & alij huiusmodi habitus: an non sit vlla præter corporalia ministeria. Ambiguitatem sanè id vtraque ex parte habet.nam siue sit aliqua:excellentiores erunt serui quàm liberi.siue non est aliqua(cum homines sint rationis participes)absurdum videbitur. Eadem ferè est quæstio: de muliere & puero. vtrum & horum sint virtutes:& oporteat mulierem esse modestam & fortem & iustam. Et an puer sit intemperans & modestus,an non. ¶Et vniuersaliter illud quærendum est de imperante natura,& parente:vtrum eadem virtus an alia. Si enim oportet vtrosque participes esse probitatis: cur tandem alter imperare debet, alter parère penitus? Non enim secundum magis & minus possunt differre.nam imperare & parère specię differunt: & non secundum magis & minus. Sin vero alium oportet, alium non: admirabile est. nam si imperans non erit temperatus & iustus; quomodo bene imperabit? Sin vero is cui imperabitur:quomodo bene parebit? Intẽperatus enim & timidus: nihil faciet,

56 vt oportet. ¶Constat igitur oportere vtrosq; habere virtutem:sed in ipsa virtute esse differentiam. quemadmodum in ijs quæ natura obediunt: id aperte in animo inspicitur. est enim in animo quod natura imperat, & quod paret:quorum diuersam censemus esse virtutem,vt rationem habẽtis & irrationalis.patet igitur eodem modo se habere in alijs. Quare pleraq; sunt natura imperantia & parentia.alio enim modo liber præest seruo: & masculus præest fœminæ, & vir puero.& omnibus insunt partes animæ:verum differenter insunt.seruus enim omnino non habet deliberandi arbitrium.mulier vero habet quidẽ:sed inualidum.puer autem habet: sed imperfectum. Eodem igitur modo se habere necesse est circa morales virtutes.Putandũ autem est omnes participes esse oportere:sed non eodẽ modo.sed quantũ cuiq; opus est.Ex quo fit vt is qui imperat,perfectam virtutem habere debeat moralem(nam eius opus est illius qui simpliciter præcipit ac præsidet: ratio autem præcipit atq; præsidet)aliorum vero vnusquisq; quãtum sibi competit.Quare patet virtutẽ moralem esse

omnium supradictorũ. ¶Nec eadem temperantia mulieris & viri, neq; 57
Socrates. fortitudo neq; iustitia: vt Socrates putabat. sed hæc quidem iubens forti-
tudo: illa vero obediens. eodem modo & in alijs. Patet autem id magis
particulariter considerantibus. nam qui vniuersaliter dicũt, quòd animã
bene se habere virt⁹ est, aut recte agere, aut aliquid tale: seipsos decipiũt.
Gorgias. multo enim melius dicunt, qui enumerant virtutes, quemadmodũ Gor-
Menander. gias: q̃ qui ita diffiniũt. quapropter oportet sicut poeta de muliere dixit,
ita censere in omnibus, Mulieri decus affert taciturnitas, sed non idem vi
ro. cũ vero puer sit imperfectus: patet ꝙ virtus huius non ipsi ad seipsum
est: sed ad perfectũ & ducem. similiter & serui: ad dominũ. posuimus autẽ
seruũ ad necessaria esse vtilem. Quapropter patet ipsum virtute indigere
parua, & tanta: vt neq; propter intemperantiã, neq; propter timiditatẽ in
operibus deficiat. ¶Dubitabit vero aliquis (si verũ est quod nunc dixi- 58
mus) vtrum artifices oporteat habere virtutẽ. Nam sæpe propter intẽpe-
rantiã deficiunt in operibus. ¶An hoc longe differt? nam seruus quidẽ 59
adhæret nobis cõmunione vitæ: ille autẽ remotior est. et tantũ sibi cõpe-
tit virtutis, quantũ seruitutis. vilis enim artifex, determinatã habet quã-
dã seruitutẽ. Et seruus est secundũ naturã: sed nemo sutor neq; alius opi-
fex. ¶Patet ergo ꝙ huiusmodi quidẽ virtutis causam esse oporteat domi- 60
num seruo: non eũ qui doctrinã habet in operibus dominicã. quapropter
nõ bene dicũt: qui seruos spoliãt ratione, dicentes, præcepto vti duntaxat.
admonẽdi sunt enim magis serui q̃ pueri. Et de his in hunc modũ deter-
minatũ sit. ¶De viri autẽ & mulieris, filiorúmq; & patris virtute, & con 61
uersatione adinuicẽ, quid recte vel cõtrã, & quomodo oportet hoc quidẽ
facere, ab illo autem abstinere: in ijs qui de republica, necesse est intueri.
Nam cum omnis domus sit ciuitatis pars, illa autem pars domus, partis
autem virtus ad totum respicere debeat: necessariũ est respiciẽtes ad rem-
publicam filios vxorésq; instruere, si quid refert ad rectam institutionem
reipublicæ, pueros & mulieres esse bene institutas. enimuero referat ne-
cessarium est. nam mulieres media pars sunt liberorum, ex pueris autem
sumuntur qui rempublicam gubernant. ¶At vero cum de his determi- 62
natum sit, de reliquis autem in alijs sit dicendũ, omissis ijs quę nunc agi-
tantur, tanquam finem habentibus: alio assumpto principio differamus,
& primum consideremus quæ tradita sunt de optimo ciuitatis statu.

OCTAVI CAP. COMMENTARIVS.

TRes esse rei domesticæ partes, dominum & seruum, maritum & vxorem, pa- 53
trem & liberos, hoc est dominicam, coniugalem, & paternam: ex capite tertio
& numero 13 cognitum est. & de domino & seruo, & adiecta quarta rei familia-
ris parte, acquisitione scilicet necessaria, & de translatitia quę illi assimilatur: à
tertio capite hactenus est discussum. hic autem de re domestica coniugali, &
paterna exequitur: ostendens eũdem vxori & filijs præesse non tanq̃ seruis, sed tanq̃ vtrisq;
liberis. attamen non eodem imperij modo: sed vxori ciuiliter similitudine quadã, & filijs re-
gie. quòd autem vir vxori pręsit: non id iniuria fuerit. nam masculus q̃ fœmina natura præ
stantior est, nisi interdũ aliter pręter naturã cõtigerit. merito igitur vir vxori præest. at quia
inter partes domus, nullæ magis q̃ vir & vxor æqualitati propinquant: huiusmodi princi-
patus ciuili similior esse videtur. differt tamẽ: quia in ciuilibus principatib⁹ sępenumero cõ-

mutatur is qui pręſidet,& is qui ſubeſt,ita vt viciſſim vterq; pricipatũ gerat & viciſſim ſub-
ijciatur.nam ęquales natura eſſe volũt,nec quicq̃ differre.id autẽ inter virũ & vxorẽ nõ fit.
nam vir ſemper pręſidet:& ſemp natura differt,naturáq; pręſtãtior eſt.ꝙ etiã hoc cognoſci-
tur indicio.quia in ciuilib⁹ cũ viciſſim alter pręeſt & alter ſubeſt:differentiã etiã viciſſim ha
bet & habitu & ſermonibus & honorib⁹,vt & Amaſis de pelui dixit.at maſculus ad fœminã Amaſis.
ſemp & habitu,& ſermone & honore ſimili modo natura ſe habet. ſemper igitur illi præeſſe
debet. ❡Qꝫ autẽ filijs præſit: quid mirũ? nam antiquius & perfectius:iuniore & imperfecto
pręſtantius.igitur pater filijs pręſit. ❡Sed ꝙ imperio regio patet.Primo.quia quod genuit,
quódq; per amicitiã & ætatẽ præeſt:idipſum eſt idẽ,quod quædã ſpecies imperij regij.qua-
re Homerus probe de Ioue canit,Hominũ pater atq; deorũ,ſic appellãs omniũ regẽ. atqui
pater ſic liberis imperat.regiũ igitur eſt quoquo pacto huiuſmodi imperiũ. ❡Secũdo.quia
natura regẽ excellere oportet,genere autẽ eſſe eundẽ.quod quidẽ accidit ſeniori ad iuniorẽ
54 & parẽti ad liberos.pręeſt igiẽ imperio quoquo modo regio. ❡Ex his infert, diſciplinę do-
meſticæ eſſe,ipſam magis intentã eſſe circa homines q̃ circa inanimatorũ poſſeſſiões,& ma-
gis circa virtutes hominũ, q̃ circa virtutes poſſeſſionũ, quas diuitias appellam⁹.& iterum
magis circa eorũ mores qui liberi ſunt:q̃ qui domi ſeruilẽ vitã degũt.quare ſi quę poſſidem⁹
curamus vt q̃optima ſint:tanto magis id curare debemus,vt familiã habeam⁹ q̃optimã.&
ſi nobis curę eſt vt bonos habeam⁹ ſeruos:multo magis cordi eſſe debet,ſic & vxorẽ & libe
55 ros virtutib⁹excolere,vt eos efficiam⁹ q̃probiſſimos. ❡Huius gratia ꝙ in calce præcedẽtis
capitis dictũ eſt diſciplinæ domeſticę eſſe circa hominũ virtutes qui domi ſũt,ipſam magis
intentã eſſe oportere q̃ circa virtutes poſſeſſionũ:dubitationes mouet.Primo. Vtrũ præter
corporis obſequia,ſerui ſit virt⁹ quędã alia pręſtãtior,vt temperãtia,fortitudo,iuſtitia,aut
quiuis alius huiuſmodi ſtudioſorũ habituũ:an prorſus nulla?& vtraq; ex parte:id ambigui-
tatẽ affert.nã ſi ſit aliqua:excellentiores erũt ſerui q̃ domini.ſin nulla:abſurdũ id quoq; vide-
bitur, cũ ſerui homines ſint,& ratiõis cõpotes. ❡Secũdo.Vtrũ mulieris & pueri ſint virtu-
tes.& oporteat mulierẽ temperantẽ eſſe,fortẽq; ac iuſtã.& vtrũ intemperãtia & tẽperantia
circa puerũ locũ habeãt:an nõ. ❡Tertio.Vtrũ eius qui natura imperat, & illius qui natura
ſubeſt,eadẽ ſit virt⁹:an alia. ❡Quarto.Si oportet vtroſq; & imperantẽ & parentẽ virtutis
eſſe participes:cur hunc quidẽ oportet penitus parére,illũ vero imperare? Nõ enim poſſũt
eorũ virtutes ſecundũ magis & minus differre.nam imperare & parére: ſpecie differũt,non
ſecundũ magis & minus.ſin autẽ alterũ oportet habere virtutẽ,alterũ vero non:admirabile
id quidẽ fuerit.nã ſi imperans temperatus nõ erit,& iuſtus:quo modo probe imperabit?ſin
vero is cui imperabitur:quo modo bene parebit? intemperatus enim & timidus nihil faciet
56 vt oportet. ❡Hic diluit propoſitas quæſtiones. & domini & ſerui, & mulieris & pueri eſſe
oportere virtutes:ſed differẽtes.quia domini ſunt virtutes,ipſo perfecte conſultãte atq; de-
liberãte:ſerui virtutes ſunt,nõ ipſo ſed domino deliberãte.nã ſeruo ad ea quæ agit:delibe-
randi nõ adeſt facultas.& mulieris ſunt ex deliberatione quidẽ:ſed abrogata,per ſéq; inua-
lida.pueri vero ex deliberatiõe:ſed imperfecta.ſicq; iſtorũ omniũ ſunt moris virtutes:quã-
57 tum cuiq; cõpetit.Et harũ exempla in animi parte rationali ad ſenſualẽ reperit. ❡Id oſten-
dit.tametſi domin⁹ tẽperatus ſit & fortis & iuſtus,& ſeruus identidẽ, etiã & mulier tẽpera-
ta,fortiſq; & iuſta,& ita de pueris: has tamẽ temperãtias,fortitudines & iuſtitias non eſſe
eaſdẽ,ceu ſentiebat Socrates.ſed viri virtutes principes ſunt:mulieris autẽ ſubminiſtræ.ſer
ui nõ ad ſe virt⁹ eſt:ſed ad dominũ.ſimili quoq; pacto,pueri (cũ imperfect⁹ ſit) nõ ipſi ad ſe:
ſed ad ducẽ virtus eſt referenda. & ſeruus : parua virtute indiget (vtpote qui ad neceſſaria
vtilis ſit) & tanta,vt neq; propter intemperantiã,neq; propter timiditatẽ, in operibus quæ
58 illi iniũgũtur,deficiat atq; oberret. ❡Quæſtionẽ de artificibus mouet.An ſi verũ eſt,opor-
tere ſeruos virtutẽ habere:oporteat & artifices virtutẽ habere.& videtur.nã & artifices ſer-
ui eſſe videtur.& propter intemperantiã vt & illi : perſæpe in ſuis operibus deficere oberra-
59 réq;. ❡Diluit.lõge ad rem familiarẽ referre an ſeruus,an artifex virtute ſit præditus. Primo
quia ſeruus adhæret iugiter cõmunione vitę,artifex autẽ nõ:ſed à cõmunionis neceſſitudi-
ne eſt remotior.Secũdo. Quia tantũ artifici cõpetit virtutis:quantum ſeruitutis.nõ enim
omnino ſeruus vilis ſordidúſq; artifex,ſed determinatã quandam habet ſeruitutẽ.Tertio.
Quia ſeruus eſt ſecundũ naturã:artifex autẽ non.nemo enim:aut ſutor,aut alius quiuis ar-
60 tifex natura. ❡Quia ſerui virtus nõ ipſi ad ſe eſt,ſed ad dominum: infert iccirco eiuſmodi
virtutis cauſam eſſe oportere dominũ ſeruo,nõ autem aliũ quẽlibet, qui doctrinã haberet
ad dominos pertinentẽ.quare nõ probe dicũt:qui ſeruos ratione priuãt,& dicentes pręce-
61 pto vti dũtaxat.nã admonẽdi ſunt ſerui:& magis quidẽ q̃ pueri. ❡Cur ad Politicorum li-

bros (id est de republica) oporteat intueri de viri & mulieris, filiorum'q; & patris virtute, &
mutua inter se cõuersatiõe, quid bene, quid perperã, quomodo oporteat vnũ facere, & ab
altero abstinere: causam subdit. quia cũ omnis dom⁹, ciuitatis sit pars, vir autẽ & mulier, pa-
ter & liberi, partes domus: partes igitur erunt ciuitatis. & cũ partis virtus ad totũ respicere
debeat: necessariũ profecto est, ad rempublicã respicientes, filios vxoresq; instituere, si quid
refert momẽtiq; habet ad rectã reipublicæ institutionẽ, pueros & mulieres esse bene insti-
tutas. atqui referat necessarium est. nam mulieres: dimidia pars sunt eorum qui liberam vi-
tam degũt. ex pueris autem œconomi fiunt: & qui rempublicam tandem sint gubernaturi.
quare ad Politicorum libros: hæc expedit consideratio. ¶De propensiore prædictorum de- 62
terminatione se excusat: & ad reliqua in sequentibus libris determinanda transit. & primum
ad ea quæ tradita sunt a Platone & Socrate de optima republica.

ANNOTATIONES AD CAP. OCTAVVM.

Amasis ęgy- VT Amasis inquit de pedũ lotore. sic habet Aristotelis litera ὥσπερ καὶ Ἄμασις 53
ptiorũ rex. ἅπαν τὸν περὶ τοῦ ποδανιπτῆρος λόγον. podanipteros interpretatus est Leonar-
Leonardus dus pedũ lotore: ego dixissem pelui, aut pelluuio. ποδανιπτὴρ enim peluis est, &
vas in quo pedes lauant: quod latine pelluuiũ dicit, sicut malluuiũ peluis in qua
Herodotus lauãtur man⁹. Et ex Herodoto cognoscit historia. Amasin, inquit, qui Aprie extincto regna-
Apries. uit: inter initia, Ægyptij contẽpsere, nec vllius sane momẽti duxere. vt qui plebeius fuisset:
nec insigni familia ortus. Sed hos Amasis solertia nõ asperitate pduxit. erat enim illi peluis
aurea, in qua tam ipse, q̃ omnes, cõtinue semper pedes abluebant. hanc ille cõfregit, ex eáq;
dęmonis statuam fecit: & in apositissimo vrbis loco statuit. Ægyptij simulachrũ adeuntes:
summopere sunt venerati. Id Amasis fieri, è popularibus edoctus: cõuocatis Ægyptijs, ape
rit ex illa pelui in quã pri⁹ Ægyptij euomere, meiere, & in qua pedes abluere consueuissent:
factum esse simulachrũ, quod tunc tantopere venerarentur. itaq; se aiebat perinde atq; pel-
uim esse factũ: qui si ante hac fuisset plebeius, in præsentiarum tamẽ rex esset. & iccirco iu-
bere: vt sibi honor haberetur, atq; reuerẽtia. & hũc in modũ ad se traxit Ægyptios: vt ęquũ
censerẽt illi esse seruiendũ. hæc Herodotus. ex quo intelligitur quidnã hic velit Aristoteles.
Socrates. ¶Nec eadem modestia mulieris & viri. De fortitudine, tẽperãtia, iustitia, & prudentia: dis- 57
serit Socrates in quarto de republica. quas totius ciuitatis dicit easdem esse: neq; eas distin-
guit viri & mulieris. sicut neq; in quinto distinguit disciplinas virorũ & mulierũ: sed easdẽ
esse vult. inquit enim, Easdẽ sint disciplinæ in musica, gymnastica, & artibus bellicis virorũ
& mulierũ, tam in custodibus q̃ auxiliarijs & opificibus. ¶Qui enumerant virtutes quẽad-
Gorgias. modum Gorgias. Dialogus est apud Platonẽ qui inscribitur Menon, vbi Socrates disputat
Plato. de virtute cõtra Menonẽ auditorẽ Gorgiæ. qui vbi quid virtus sit postulatur assignare: vir-
Socrates. tutes multas enumerat ex sentẽtia Gorgię. dic ô Menon (inquit Socrates) per deos obsecro
Menon. quid esse virtutẽ existimes, dic inquam nec inuidias, vt fortunati cuiusdã mendacij redar-
guar si quidẽ tu & Gorgias id cognoscere videamini, cũ tamẽ ego nemini vnq̃ hoc scienti
occurrisse prædixerim. Cui Menõ. At ô Socrates nequaq̃ difficile est id dicere. & primo qui-
dem si libet quæ viri sit virtus. hęc plane est ad ciuiliũ rerũ administrationẽ sufficientẽ esse,
his'q; tractandis amicos iuuare, inimicos lædere, necnon diligenter cauere ne quid ipse tale
aliquãdo patiatur. Quòd si vlterius quæ sit mulieris virtus nosse requiris: neq; id arduum
erit. est enim mulieris virtus: domũ recte gubernare, dũ custodit domestica viróq; obedit.
alia quoq; virtus est pueri, fœminę'q; & masculi, & viri iam ętate maturi. necnõ liberi si ve-
lis & alia serui, atq; aliæ permultæ virtutes existunt. quare haud nobis deest: qui de virtutis
diffinitione dicamus. hæc Menon. vbi virtutes enumerat viri, mulieris pueri, fœminæ, mas-
culi, adulti, liberi, serui. quas Socrates easdẽ putat: vt eandẽ sanitatẽ, & robur, viri & mulie-
ris, liberi & serui, fœminæ & masculi. Et rursus Menon iustitiã virtutẽ esse fatetur, at nõ tã-
tum, verũ etiã & alias virtutes fortitudinẽ, temperãtiã, sapientiã, magnificentiã. & cũ quę-
ritur, quid virtus sit: virtutes enumerat. & nõ quid, sed quot virtutes potius respõdet. vnde
à Socrate redarguitur, vt hæc omnia etiã facile intueri licet dialogũ percurrẽtibus. ¶Sicut
Menander. poëta de muliere dixit. Menãdri Atheniensis Diopithis & Egesistratæ filij, insignis Comœ-
Diopithes. diarũ scriptoris hæc fertur sentẽtia γυναιξὶ πάσαις κόσμον ἡ σιγὴ φέρει: quam & hic Aristo-
Egesistrata teles affert. Verum cũ Aristoteles alienos authores citabit: alienæ curæ diligentiæ'q; sæpius
relinquemus, vt ex authoribus qui velint requirant: nam nostrũ institutũ est: quæ Aristote-
les ex re & sententia dicit aperire, nõ autẽ omniũ aliorũ quorũ meminit aut dicta aut gesta
enodare. id enim nimiũ, & supra vires fuerit: & à cõmentatoris officio nõ minus alienum.

PRIMI POLITICORVM ARISTOTELIS FINIS.

SECVNDVS POLITICORVM ARISTOTELIS.

¶De optima republica Socratis, differente multitudine, æqualitate, sufficientia. Cap. I.

1 QVONIAM propofuimus confiderationem facere Socratis
de ciuili focietate, quæ fit optima omniũ iis, qui prima res-
poffunt viuere maxime ad votum: oportet quoq; publica.
alias confiderare refpublicas, quibus vtũtur ciui-
tates aliquæ earũ, quæ bene legibus inftitutæ vi-
dẽtur. & fi aliquæ fint aliæ ab aliquibus fcriptæ,
quæ bene fe habere videantur: vt recta inftitutio
2 vtilitáfq; appareat. ¶Nec putetur effe ad oftẽta-
tionẽ & fuperfluitatem: quærere quippiam aliud
præter illas. verum quia illæ non bene fe habent: ideò hunc difciplinæ la-
3 borem à nobis effe fufceptum. ¶Incipiendũ eft autem ab eo quod eft fe-
cundum naturã: huius cõfœderationis principium. Neceffariũ eft quidẽ
aut omnia effe cõmunia inter ciues omnes, aut nulla, aut quædã & quæ-
dam non. Enimuero nulla effe cõmunia: impoffibile conftat effe. cum ci-
uitas fit cõmunio quædam. Ac primo neceffe eft locũ effe cõmunem. nã lo-
cus æqualitas eft vnius ciuitatis, ciues autẽ focij vnius ciuitatis. Sed vtrũ
melius fuerit in bene inftituenda republica, quæcũq; recipere cõmunio-
nem poffunt, ea omnia effe cõmunia: an quædam cõmunia effe, quædam
non effe, melius? nam fieri poffet: vt filij & vxores & res quæ poffidẽtur:
cõmunes effent ciuibus adinuicem. quẽadmodũ in Platonis republica. Plato.
Ibi enim Socrates inquit, oportere cõmunes effe filios, & mulieres, & fa- Socrates.
cultates. id vero vtrum præftat ita fieri, vt nunc fit: an fecundũ legem illã
in republica fcriptam? ¶Continet porrò & alias difficultates permultas:
ifta mulierum omnibus cõmunio. ¶Et id propter quod cenfuit hanc le-
gem effe ferendam: non videtur confequi ex rationibus. ¶Præterea ad fi-
nẽ: quẽ inquit oportere ciuitati exiftere (vt nunc quidẽ dictũ eft) impoffi-
bile. Quomodo autem diftinguere oportet: nihil ab eo determinatũ eft.
dico autem, vt quòd vna videlicet fit ciuitas tota: tanq̃ id fit maxime opti-
4 mum. fufcipit enim hanc fuppofitionẽ Socrates. ¶Atqui conftat, quòd Vnitas ciui-
ea fi procedat atq; vna fiat magis: ciuitas non erit. eft enim ciuitas multi- tatis Socra-
tudo quædã fecundum naturã: quæ dum fit vna magis, domus erit ex ci- tica repro-
uitate, & homo ex domo. vnã enim magis domum cenfemus effe q̃ ciuita- batur.
tem: & hominẽ vnum q̃ domum. Quare etiam fi quifpiam poffet hoc fa-
cere: tamen non effet faciundum. quia perimit ciuitatẽ. ¶Nec folum ex
multitudine hominũ conftat ciuitas: verum etiam ex eorum multitudi-
nẽ, qui fpecie differunt. non fit enim ciuitas ex fimilibus. aliud enim ad
bellum confœderatio q̃ ciuitas. illa enim quantitate prodeft, & fi eadem
fit fpecie, cum auxilij gratia fuapte natura fieri nata fit huiufce cõfœde-

ratio:ceu si pondus amplius trahat. Differt autem & eo modo ciuitas à
Arcades. gente quãdo per pagos diuisa non sit multitudo: sed queadmodum Ar-
cades. ¶Ex quibus autem vnum fieri oportet: specie differunt. quapro-
Ethica. pter æquale repensum ciuitatẽ conseruat:vt in Ethicis dictum est prius.
quoniam inter liberos & æquales necessarium est hoc esse. nam omnes si-
mul magistratum gerere, impossible est: sed aut per annum aut per aliã
præfinitionem & tempus. atque isto modo fit:vt omnes gerant magistra-
tum, ceu si mutarentur sutores & fabri, nec semper ijdem fabri & sutores
essent. cum vero melius esset ita se habere ea quæ sunt circa societatem ci-
uilem: manifestum est melius esse si ijdem semper magistratum gererent,
modo id fieri posset. Sed in quibus nequit hoc fieri, propterea quòd om-
nes natura sunt æquales: simul est etiam iustum (siue bonum, siue pra-
uum est gerere magistratum) vt omnes huiusmodi muneris participes fi-
ant, & in eo imitetur vicissim æquales, cedendo inuicem alios alijs, vtpo-
te qui ex principio sint æquales. nam alij regunt, alij reguntur in parte:
tanquam si ipsi alij fiant. eodem modo illorum qui regunt: alij alios ge-
runt magistratus. Patet igitur ex his, quòd non recipitur sic aptam esse
vnam ciuitatem, ceu dicunt quidam. & quod maximum esse cõmodum
ciuitatibus dicebatur: id interimit ciuitates. atqui singulorũ bonum: sin-
gula conseruat. ¶Patet etiam alio modo, quòd quærere nimium vnire ci-
uitatem: non est melius. Domus enim magis sufficiens est: quàm vnus ho-
Primi 8 mo. ciuitas autem quàm domus. & vult ea quidem iam esse ciuitas: cum
habet sufficientiam multorum societas. Si igitur magis expetendum est
quod magis sufficientiam habet: certe minus vnum eo quod est magis,
expetibilius est.

PRIMI CAP. SECVNDI POLITICORVM COMMENTARIVS.

CVm in fine præcedentis libri dixerit se velle illa discutere quæ de optima repu- 1
blica tradita sunt: ad id faciendum insuper ait oportere etiam alias respublicas
considerare, & si quæ scriptæ sunt ab aliquibus, vt quid rectum, quidq; vtile sit
appareat. ¶Se modeste excusat, & candidum lectorem oratum facit: ne putet 2
id opus, ab eo aut superflue, aut arroganter esse susceptum, cum tot de rebus
publicis ante eum scripserint. verum quia res illæ publicæ, quæ ex aliorum scriptis nobis re-
lictæ sunt, non recte se habent: iccirco nobis hunc denuo exarandæ ciuilis disciplinæ laborẽ
suscepit. ¶Proloquium ponit sub disiunctione tricolum: oportere in ciuitate omnia ciuibus 3
omnibus esse cõmunia, aut nulla, aut quædam cõmunia esse, quædam etiam non. secũdum
membrum, nulla omnibus ciuib9 esse cõmunia, tollit. Primo. quòd ciuitas cõmunitas quæ-
dam sit. Secũdo. quòd locus communis sit omnibus ciuibus. nam locus: vnius ciuitatis est
æqualitas, ac æque ab omnibus participatur. ciues autem vnius ciuitatis socij. An primum
membrum, omnia ciuibus omnibus esse cõmunia, tollendum sit: respublica Socratis scripta
à Platone facit ambiguitatem. verum primum mẽbrum tollit: ostendens rationes Socratis
quibus censuit hanc legem esse ferendam, & filios & mulieres, & facultates ciuibus omni-
bus debere esse communes, futiles esse & inanes. Primo quòd hæc mulierum communio,
quódq; omnibus cõmunes existant: multas alias molestias ac difficultates continet q̃ nunc
sint, vbi propriæ sunt & non cõmunes. Secundo quia rationes Socratis inualidæ sunt, & nõ
colligunt id quod vult. Tertio, quia ad finem quem dixit oportere inesse ciuitati vt scilicet
maxime vna sit: hanc mulierum cõmunionẽ (ceu nunc dictum est) efficere impossibile est.
Et de vnitate ciuitatis non sufficientem distinctionẽ ac elucidationẽ Socrates adduxit: sed
omnia obscuritatis nube cõtecta reliquit, hac suppositione nõ sufficienter (ceu dictum est)
enucleata vtens, quòd tota ciuitas sit vna. tanq̃ id sit omnium optimũ. relinquitur igitur ter-

tium proloquij membrum: quædã scilicet ciuibus omnibus esse cõmunia, quædam vero nõ.
4 ¶Ostendit suppositionem Socratis, ciuitatem scilicet vnam esse, ciuitati esse optimum: inualidam esse. primo quòd vnitate semper magis procedente, atque continuo vna facta magis: deperit ipsa ciuitas. nam ciuitas cum continuo magis magis'q; fit vna, tandem fiet domus, & domus si ad vnitatem continue magis accedat, tandem euadet vnus homo. id autem est impossibile. quare si quispiã efficere posset, vt ciuitas esset maxime vna, in vnúmq; conflata omnia: tamen id minime illi faciendum esset. quandoquidem perimeret ciuitatem. ¶Secundo quia non modo ex coaceruatione hominum constat ciuitas: sed ex multitudine eorum qui specie differunt, vt eorum qui seruis, qui natis, qui vxoribus, qui'que ciuitati rei'q; publicæ præsunt, & qui illis subsunt. qui specie differre, & in primo & in quarto primi libri capite præostensum est. non enim ciuitas ex similibus. quare tanta vnitas in ciuitate, quam vult Socrates: minime est requirenda. Neque simile est de ciuitate & de confœderatis ad bellum. nam huiusmodi ad bellicos vsus confœderatio: quantitate prodest, etiam si eadem specie sit, cum suapte natura sit auxilij gratia. quantitate quidem prodest: ceu quantitate maius pondus valentius est ad trahendum. neque simile etiam de ciuitate vt de gente. nam quando per pagos diuisa non est multitudo, sed quemadmodum Arcades. gens est, non ciuitas. quare ciuitatem magis vnam gente, minus vero vnam bello confœderatis esse oportet. ¶Tertio quod ciuitatem conseruat, non est illa maxima vnitas (cum ea ex quibus oportet ciuitatem vnam effici specie differant) sed æqualitas vicissitudinis magistratus gerendi atque parendi vt in institutionũ moralium libris prius dictum est. nam inter liberos & æquales: necesse est huiusmodi vicissitudinem esse. vicissitudinem dico. quando quidem magistratum simul omnes gerere impossibile est: sed vicissim vnus post alium, aut per annum, aut per aliam temporis præfinitionem. fit'que hoc pacto: vt omnes gerant magistratum. quemadmodum si mutarẽtur sutores & fabri: nec semper ijdem fabri essent, nec sutores, sed vicissim nunc hi nunc illi. Cum vero melius esset ita se habere ea quæ sunt circa ciuitatem, vt se res habet circa sutores atque fabros: lucidum esse potest, melius fore si ijdem semper magistratum gererent, modo id possibile esset, perinde ac melius est semper eosdem sutores fabrósque esse. atqui vbi id fieri nequit, eam ob causam quia natura sunt æquales: simul etiam iustum est (seu bonum siue malum sit magistratum gerere) vt omnes huiusmodi muneris euadãt participes, & in eo subeundo imitentur vicissim, æquales æqualibus cedendo, vt qui ex principio sint æquales. nam hac vicissitudine seruata: hi regunt, hi'que reguntur vicissim acsi alij fiant. & eodem modo eorum qui regunt: alij alios vicissim subeunt magistratus. ex ijs igitur constat non fore aptum sic vnam esse ciuitatem, ceu Socrates, & Glauco consentiunt. quódq; maximum bonum autumant ciuitatibus: id interimere ciuitates. veruntamen cuiusque bonum: quodq; conseruat. non igitur ea vnitas ciuitatis bonum: sed ea quæ per vices rependitur æqualitas. ¶Quarto quærere nimiũ vnire ciuitatem, non esse melius: hac ratione perpalam efficitur. nam domus magis sufficiens est quàm vnus homo: & ciuitas magis sufficiens quàm domus. nam ex diffinitione tunc dicitur ciuitas: cum iam plurium societas sufficientiam est assecuta. si ergo magis expetendum quod magis sufficiẽtiam nactum est: profecto minus vnum, eo quod magis vnum est expetibilius est. non est igitur ipsa maxima vnitas: maximum ciuitatis bonum. Socrates. Glauco.

ANNOTATIONES AD CAP. PRIMVM SECVNDI POLITICORVM.

Argumentum secundi Politicorum Aristotelis. In hoc secũdo discutiuntur hæc. Prima & optima respublica Socratis. secunda respublica Socratis. respublica Phaleæ. respublica Hippodami. respublica Lycurgi. respublica Minois. cõparatio. respublica Solonis. & qui de rebuspublicis scripserunt. prima respublica Socratis: nullorum. Secunda: Magnesiorum. Phaleæ: Carthaginensiũ. Hippodami: Milesiorum. Lycurgi: Lacedæmoniorũ. Minois: Cretensium. Solonis: Atheniensium. de prima republica Socratis vnitas ciuitatis. Socratica cõmunitas mulierum & natorum. communitas rerum. Prima respublica Socratis, differitur à primo ad 8. secũda, ab 8 ad 12. Phaleæ, quæ Carthaginensium, à 12 ad 15. Hippodami, quæ & Milesiorũ, à 15 ad 20. Lycurgi & Lacedæmoniorum, à 20 ad 21. Minois & Cretensium, à 21 ad 25. Comparatio Carthaginẽsis, Laconicę, & Cretensis, à 25 ad 27. Solonis & Atheniẽsium, & qui de rebuspublicis scripserunt, a 27 ad finem vsq; secundi. & ex his ordo capitum huius secundi texitur. ¶Et si

aliquæ ſint aliæ. Qui de rebuſpublicis aut tractauerũt aut ſcripſerunt: horum meminit Ari-
ſtoteles, qui ſubiunguntur Socrates, Plato, Phidon Corinthius, Phaleas, Hippodamus,
Lycurgus, Minos, Solon, Draco, Zaleucus, Charondas, Onomacritus, Thales, Philolaus,
Diocles, Pittacus, Androdamas, Telecleus. & niſi ſuperfluum putaremus: poſſemus & no-
ſtrorum, & exterorum plures alios recenſere. ¶ Socrates inquit. Lex Socratis in quinto de 3
republica eſt: vt mulieres, nati & facultates ſint communes. Nulli niſi barbari: mulieres le-
guntur habuiſſe communes, vt de Auſibus circa Tritonidem paludem, Agathyrſis, & Maſ-
ſagetis, qui communibus & in aperto vtuntur mulieribus refert Herodotus. & Mella de Ga
ramantibus, & ſi qui ſunt tales in Africa monſtripara: qui non vt homines, ſed pecudum
more conuerſentur. oblitus etiam pene eram citare Strabonem, qui in quarto anthropo-
phagos carne humana veſcentes, hanc conſuetudinem habere ſcribit, & in propatulo alie-
nis vxoribus miſceri, matribus quoque atque ſororibus. ſed qui ita gignuntur ex parentum
carnibus obſonia parare. & horum exemplo infandam legem, de commixtione matrum &
ſororum & eſu humanarum carnium tulit Chryſippus. Et vt veritatem de lege Socratis
dicamus: ſimilem mulierum, natorum, & facultatum communionem inducere volebat, &
forte eodem ſpiritu, quo & temporibus apoſtolorum Nicolaus Antiochenus. qui vt non
modo facultatum, ſed & mulierum, & natorum eſſet communitas, ſuam primus (quæ &
iuuenis & formoſa erat) in commune produxit mulierem. vnde ſecta orta eſt Nicolaitarum:
quæ inſtar Socraticæ reipublicæ, proprium habet nihil, ſed communia omnia, mulieres, na
tos, facultates. ab apoſtolis damnata & diuino ore deteſtata. in Apocalypſi enim angelum
Epheſi commendat deus: quòd cõmunitatem Nicolaitarum oderit. ſed hoc habes (inquit)
quia odiſti facta Nicolaitarũ: quæ & ego odi. Et angelum Pergami increpat. habeo (inquit)
aduerſum te pauca. quia habes illic tenentes doctrinam Balaam: qui docebat Balac mit-
tere ſcandalum coram filijs Iſrael, edere & fornicari: ita habes & tu tenentes doctrinam Ni-
colaitarum. Quod igitur à deo reprobatũ intelligimus: nemo defendere audeat, nemo pro-
bare. hæc enim doctrina Balaam eſt: hæc Nicolaitarum. ſed & intelligamus eam etiam à
philoſophis fuiſſe irriſam, & reprobatam. ¶ Quomodo autem diſtinguere oportet. So-
crates ciuitatem vnam eſſe: maximum ciuitatis bonum eſſe volebat. at quo modo vnam:
minime diſtinguebat. ſic enim Socrates in quinto de republica. Habemúſne vllum ciuitatis
perniciofius malum: quàm quòd eam diuidit, & ex vna plures facit? vel melius quicquam
eo: quòd ipſam vnit, quódq; & vnam efficit? Non habemus. Nónne voluptatis, dolorísq; cõ
munio vnit: quando ciues omnes, ex earundem rerum acceſſu vel deceſſu, pariter gaudent
ac dolent? Maxime. Horum vero diuerſitas eam diſſoluit: quando eiſdem ciuitatis & eo-
rum qui in ciuitate ſunt caſibus, alij vehementer dolent, alij geſtiunt. Quid ni? Ex hoc au-
5 tem tale quid prouenit: quando non ſimul in ciuitate hæc verba vulgantur meum ſcilicet &
non meum, ac de alieno, eodem modo. Valde. In quacunq; igitur ciuitate complurimi ad
idem ſecundum eadem hæc dicunt meum & non meum: ea optime gubernatur. Proríus.
Et quæcunq; q̃proxime vt vnus homo effecta ſit. & reliqua quæ longo ambitu verborum
circunducit: quæ, & ſequentia (quæ Ariſtoteles refutat) licet ex illo quinto contueri. interlo-
cutor hic Glauco intelligatur. Sed capita ferme, & rerum ſummam de republica Platonis
(quam primam rempublicam Socratis Ariſtoteles appellat) collegimus in primo Hecato-
nomiarũ: quas poſt Politicorũ & œconomicorũ libros ſubiunximus. vt non ſit tantus labor
huius diſciplinæ ſtudioſis: euoluere Platonem. ¶ Sed quemadmodum Arcades. Vitam pa- 4
ſtoriam olim viuebant Arcades, morantes in agris ſeparati, ſæpe loca demutantes & pal-
lantes homines. de quibus Pythia ad Lacedæmonios

Multi apud Arcadiam veſcentes glande viri ſunt.
Qui te reijcient.

Et ex oratione Idanthyrſi: apud Scythas neq; oppida ſunt, neq; culti agri. author Herodo-
tus. ¶ Quapropter æquale repenſum ciuitatem conſeruat: vt in Ethicis dictum eſt. Ex ter-
tio capite quinti Ethicorum cognoſcitur: commune iuſtum per quod ſocietates continen-
tur, æquale eſſe. ſed communium diſtributiuum: æquale ſecundum dignitatem, & geome-
tricam medietatem. commutatiuum autem, quo omnium commutantium & opificum ſo-
cietates continẽtur, conſeruantúrq;, ex quarto eiuſdem quinti ſecundum numerum & arith-
meticam medietatem eſſe æquale. Et capite primo noni: æquale repenſum aut ſecundum
dignitatem aut numerum: amicitias, ciuiléſq; ſocietates ſaluare.

Socrates. Plato. Phidon. Phaleas. hippodam⁹ Lycurgus. Minos. Solon. Draco. Zaleucus. Charõdas. Onomacritus. Thales. Philolaus. Diocles. Pittacus. Androdamas. Telecleus. Herodotus Mella. Strabo. Auſes. Agathyrſi. Maſſagetę. Garamãtes Anthropophagi. Nicolaus. antiochen⁹ Nicolaitæ. Socrates reipublicæ Arcades. Pythia. Idãthyrſus. Herodotus

¶De republica Socratis:improbatio. Cap.II.

5 Nimuero nec si optimū sit vnam q̄maxime esse ciuitatē:non tamen id demonstrari videtur ex sermone:si omnes simul dicant meum & non meū. hoc enim Socrates putat esse signū ciuitatis perfecte vnitæ. At enim verbū omnes,duplex est. Si igitur tanq̄ singuli:forsan esset magis,quod efficere vult Socrates.singuli enim eundem filium suū esse dicerent:& mulierē eandem, & de substātia & facultatibus quibusuis eodē modo.nunc autē non ita dicunt,qui cōmunibus vtuntur mulieribus & filijs:sed omnes quidē,at non vt singuli ipsorum.eodē modo de facultatibus,omnes quidem:sed nō vt singuli eorū. ¶Quòd igitur aberratio quædā sit in verbo omnes,manifestū est.nā & vocabulū omnes & vtraq;: & imparia & paria dicūt propter duplicitatē, & in sermonibus posita litigiosos faciunt syllogismos. quare hoc ipsum omnes dicere,vno quidē modo bonum est,sed nequaq̄ possibile:alio autē modo nihil cōsentaneū. Habet præterea quod dicitur:nocumentū aliud.quod enim multorum cōmune est:in eo minima adhibetur diligentia.nā de proprijs maxime curant homines. de cōmunibus autē minus, q̄ de eo quantū singulis competit.tanq̄ enim alio curante:ab alijs negliguntur.queadmodū in seruilibus ministerijs: famulantes multi interdum deterius inseruiunt q̄ pauci. ¶Fiunt etiam vnicuiq; ciuium mille filij.& ipsi non vt singulorū: sed vt cuiusuis, quiuis similiter est filius . quare omnes similiter negligēt. ¶Prᴂterea hoc modo singuli ciuium,meus est dicent,de eo qui bene agit aut male(quotcūq; cōtigerint numero)dicēt hoc modo videlicet,meus est aut illius de singulis ex mille,vel quotquot ciuitas nacta sit,& hoc dubitantes. nam incertum est:cui contigerit genuisse filium,& saluū esse genitum. Atqui vtrum præstat sic dicere meū,ita vocātes vnūquēq; duorum milliū,& decem milliū:an magis vt nunc in ciuitatibus meū vocāt, hic quidē filiū suum,ille fratrem suum,ille nepotem,aut per aliam quandam coniunctionē ex cōsanguinitate vel familiaritate, & affinitate illius primū,vel suorum, & præterea alium sodalem, alterū cōtribulem? præstat enim esse propriū nepotem: q̄ illo modo filiū. ¶Quinimò nec vitari quidē potest:quin suspicentur à quibusdā fratres & filij,& patres & matres. nā per similitudinem natorum ad parētes:necessariū est vt fidem de se inuicem recipiant.quòd tradunt quidā qui terræ ambitus describunt. esse enim aiunt nonnullis superioris Lybiæ populis mulieres cōmunes: filios tamen partiri secundum similitudines. Sunt enim fœminæ quædā etiam aliorum animalium ceu equæ & boues : quarum ea natura est, vt simillimos genitoribus ædant fœtus,vt equa illa apud Pharsaliam,nuncupata iusta. ¶Præterea huiusmodi molestias non facile erit vitari ab ijs, qui eam statuunt communitatem : puta plagas & neces partim voluntarias partim inuoluntarias,& rixas & iurgia. quæ nefas est committere aduersus parentes & propinquos:magis quàm aduersus extraneos.

Communitas mulierū reprobatur. Socrates.

Lybia superior.

Pharsalica equa.

Sed frequentius illa euenire necesse est, vbi ignorant: q̃ vbi sciunt. & ea si contingant, à scientibus expiationes debito modo fieri possunt: ab ignorantibus vero, ne vna quidem fieri potest. ¶ Illud etiam absurdum: quòd qui filios cõmunes fecerunt: coire solum, amantes vetuerunt, amare vero non vetāt, nec alios vsus, quos esse patri ad filios & fratri ad fratrem, omnium difformissimum est, cum & amare solum, aliquid absurdum sit. & non aliam ob causam coitionē illorum vetuisse, nisi quia nimia voluptas sit inde prouentura: sed quòd pater sit aut filius, aut fratres ob eam rem nihil putare referre. ¶ Videtur autem magis prodesse vt agricolis cõmunes sint mulieres & filij, q̃ custodibus. minus enim erit amicitia si cõmunes sint nati & mulieres. enimuero tales sint quibus imperatur, oportet quo ipsi pareant imperio, nec res nouas in ciuitate moliantur. ¶ Penitus autem contrarium eueniat necessarium est ob huiusmodi legem quàm ea

Socrates. sint quorum causa optimas leges esse oportet, & q̃ id cuius gratia Socrates censet ita instituēdum de natis & mulieribus. amicitiā etenim putamus maximū esse bonum ciuitatibus. nam sic minime seditionibus agi-

Socrates. tabũtur. ¶ Sed vnam esse ciuitatem laudat maxime Socrates: quod & videtur, & ipse ait esse amicitiæ opus vt in amatorijs sermonibus scimus di-

Aristophanes. centem Aristophanem: propter eximiam amantium cupiditatem, applicari simul, & ex duobus fieri vnum. hic ergo necessarium est ambos cor-

Imprudētia Aristophanis. ruptos esse, vel vnum. At in ciuitatibus necesse est amicitiam infirmā fluxámq; fieri propter huiusmodi cõmunitatem: & minime dicere meū aut filium, patrem: aut patrem, filium. ¶ Vt enim parum dulcis multa in aqua diffusum, insensibilem facit mixturam: sic accidit eam adinuicem familiaritatē, quæ ab huiusmodi nominibus prouenit curare minime, esse necessarium in tali republica, vel patrem vt filij interest, vel filium vt interest patris, vel fratres inuicem. ¶ Duo enim sunt quæ faciunt homines curam habere & amare: proprium scilicet & affectio. quorum neutrum sit necesse est in huiusmodi republica. ¶ Insuper translatio illa natorum ex agricolis & artificibus in custodes, & ex his in illos: magnam continet difficultatem quemadmodum tandem fiet. & cognoscant necesse est dantes & transferentes: quibus quos dedant. ¶ Præterea superius etiam dicta magis in his necessarium euenire: puta rixas & plagas, & amores, & cædes. nam non amplius appellant custodes fratres & filios, & patres & matres, qui alijs ciuibus deduntur: & rursus qui ex custodibus, alijs ciuibus, vt caueant tale aliquid perpetrare propter consanguinitatem. De communitate igitur natorum & mulierum: determinatum sit in hunc modum.

SECVNDI CAP. COMMENTARIVS.

OStendit rationem Socratis inualidam esse. vult enim Socrates signum esse ciuitatis perfecte vnitæ: si omnes pariter dicere possint meum, & non meum. id 5
enim non accidit. Primo. Nam omnes vocabulum, anceps est: quod nunc ad vniuersam collectionem refertur, nunc vero ad collectionis singulos. si igitur singuli possent dicere de muliere eadem, de filio eodem, déq; eisdem facultati-

bus, meum: forsitan magis signum esset ciuitatis perfecte vnitæ. nunc autē ita singulos eorum dicere, qui cōmunibus vtūtur mulieribus, filijs & facultatibus, impossibile est. sed omnes: vt tota quædam collectio, non vt singuli eorum. ¶Secundo. quia Socraticam rationē paralogismum quendam esse, ratione vocabuli omnes: statim perspicuū est. nam vocabula omnes & vtraq;, in disceptationibus posita: litigiosos faciunt syllogismos, & paria & imparia dicunt ob duplicitatem. quare omnes posse meum dicere vno modo & vt singuli, consentaneum sit, ad id quod intendit Socrates: sed nequaq̄ possibile. alio autem modo vt omnes, non vt singuli posse id dicere: nihil ad id quod colligere nititur consentaneum. ita enim nunc etiam dicere queant: vbi neq; mulieres, neq; liberi neq; facultates communes existūt. ¶Tertio. Præter id quod ratio Socratis sophisticam hallucinationem continet: sua vxorū, liberorū, facultatúmq; cōmunio, nocumentū aliud habet, quòd ciuitatis res, neglectui habebuntur. nam in eo quod multorum commune est: minima adhiberi solet diligentia. siquidē de proprijs, maxime curant homines: de communibus autē longe minus, quàm de ijs quæ singulis quibusq; competunt. veluti enim alio cōmunia curante: ab alijs negliguntur. ceu in seruilibus ministerijs accidere solet: multos famulantes interdū deterius quàm paucos inseruire. ¶Quarto. Eadē etiā in filijs, quæ in facultatibus: negligentia obtinget. nam ex hac mulierum communi abusione: fiunt vnicuiq; ciuium mille filij. & ipsi non vt singulorū, sed vt omniū: quiuis similiter est filius. quare omnes similiter negligent. ¶Quinto. Præterea non alio modo contingat singulum quenq; ciuium dicere de eo qui bene agit aut perperā, quotquot numero sint: q̄ hoc pacto, videlicet meus est vel illius, hoc modo dicens de singulis ex mille, vel quotquot ciuitas nacta fuerit, & id quoque dubitans. nam incertum est cui contigerit genuisse filium, & saluum esse genitum. sed an præstat ciues sic dicere meū, ita vocantes vnūquēq; duorum millium, & decem millium: an potius vt nunc in ciuitatib⁹ meum vocant, hic quidem filium suum, ille fratrem suum, ille nepotem, aut alia quadam coniunctionis appellatione ex consanguinitate, familiaritate, aut affinitate primū suiipsius vel suorum, & præterea alium sodalem, alium contribulem? Et certe præstat proprium esse nepotem: quàm illo modo filium. ¶Sexto. vitari nequit à quibusdam (esto esset ea cōmunitas) quin suspicentur quibusdam proprij fratres, filij, patres, atq; matres. nam per similitudinem natorum ad parentes: necessarium est, vt fidem de se inuicem recipiāt. quod & tradunt quidam accidere, qui terræ ambitus negociandi causa circumeūtes experti sunt. aiunt enim in superiore Lybia, mulieres quasdam communes esse: attamen filios secundum similitudines dispartiri. sunt autem & aliorum animalium fœminæ quędam, ceu equæ & boues: quarum ea natura est, vt simillimos genitoribus ædant fœtus. vt equa illa apud Pharsalū, iccirco nuncupata iusta. quid mirum igitur: si mulieres nonnunq̄ parentibus similes ædunt filios, & non posse esse illā liberorum communitatē, vt Socrates volebat. ¶Septimo. Si ita instituatur communitas: haud facile erit has vitari erga parentes & consanguineos molestias. plagas inquam, & neces, tum voluntarias, tum inuoluntarias & rixas & iurgia. quę nefas magis est: aduersus parentes & propinquos committere, quàm aduersus extraneos. atqui frequentius illa eueniant necesse est: vbi parentes propinquósq; ignorant, quàm vbi dinoscunt. adde etiam si ista à scientibus perpetrentur: posse expiationes debito modo fieri. at si ab ignorantibus: nulla prorsus expiatio fit. ¶Octauo. Quia Socrates qui hanc communitatem inducit: adamare non vetat, suauiari, & reliqua id genus (concubitu dūntaxat excepto) quæ esse patri ad filios, & fratri ad fratrem, omnium indecentissimum est, cum & adamare solum, quippiam sit absurdum. concubitum autem non aliam ob causam videtur prohibuisse: nisi quia nimia voluptas inde prouentura sit, quòd autē pater sit aut filius, aut fratres adinuicem, ob eam rem nihil putare referre. ¶Nono. Si Socrates mulieres & natos voluit esse communes: id magis agricolas quàm custodes, ciuitatis'q; principes decuisset. nam si nati atq; mulieres cōmunes erunt: minor erit amicitia. at vero tales, minúsq; cōspirātes amicitia sint ij, quibus imperatur oportet: quatinus ipsi pareāt imperio, neq; noua in ciuitate machinētur. cuiusmodi sunt agricolæ. ¶Decimo. Quia ob huiusmodi Socraticā legem: necessariū est contrariū eorū euenire, quorū recte latæ leges, causæ esse debent, & cōtrariū illius cuius gratia censet Socrates, ita de natis ac mulieribus esse instituendū. nā amicitiā existimamus ciuitatib⁹ maximū esse bonū quàm vt visum est: aut tollit aut imminuit, ob huiusmodi cōmunionis inductionem Socrates. ¶Vndecimo. Cæterū ciuitatē vnā esse maxime laudat Socrates, quòd id (inquam) vnū esse, & videtur & asserit ipse esse amicitiæ opus. quemadmodū in amatorijs sermonibus Aristophanes ait: propter scilicet nimiā amātiū cupiditatē cōglutinari, & ex duobus effici vnū. sed id profecto ridiculū. quo pacto enim

coalescũt,& ex duobus fit vnum:nisi aut ambo aut alter eorũ corrũpatur: verum ob huiusmodi cõmunitatem:necesse est in ciuitatibus amicitiã imbecillem, debilem'q; fieri,& minime patrem dicere meum filium,& filium item minime dicere meũ patrem. ❡Duodecimo. Sed esto seniores, filios iuniores appellitent, & contrà iuniores vocent seniores patres: id perparũ valuerit.nam vt parum dulcoris multa aqua dilutum temperaturã insensibilẽ facit: sic accidit in ea familiaritate,quæ ab huiusmodi nũcupationibus prouenit,& minime curare filium eum,quẽ vocat patrem vt deceret patrem curari:& contrà,qui vocatur filius,minime curari vt deceret filium. ❡Tertiodecimo. Duo sunt quæ homines inducunt & ad curandum & ad amandum: proprium scilicet & affectio. atqui in huiusmodi Socratica republica:neutrum assit necesse est.cura igitur perpauca,atq; perpauca amicitia. ❡Q uartodecimo.Translatio natorum ex agricolis & artificibus ad custodes,& contrà ex custodibus ad agricolas,ne nati parentes,& parentes natos agnoscant:non rectè se habet.at difficultatem continet immodicã:quo pacto id fieri tandem queat.nam & dantes & transferentes cognoscant oportet:quibus dent,& etiam quos dent: valeant igitur tandẽ agnoscere parentes natos,nati'q; parẽtes. ❡Q uintodecimo. Et esto per huiusmodi trãslationẽ,neq; parẽtes neq; nati agnoscãtur:tanto magis tamen superius allata grauamina contingent,rixæ inquam, & plagæ,& cædes & illicitæ (maxime cõsanguineis) adamatiões.nam qui alijs ciuib⁹ dedũtur; non amplius custodes,fratres,& filios,& patres, & matres appellant: neq; rursus qui ex ijs qui custodiũt trãsferunt in alios ciues:quo min⁹ caueãt quippiã huiusmodi flagitiorũ ppetrare,ob cognationis reuerentiã. Sed de cõmunitate natorũ ac mulierũ dictũ sit hactenus.

pa- impa-
ria. ria.




Tria & tria
III
III

ANNOTATIONES AD CAP. SECVNDVM.

NAm & vocabulum omnes & vtraq;:& paria & imparia dicunt. Q uomodo paria & imparia dicunt: hoc pacto.tria & tria si totam collectionem respicis:vtraq; paria.sin collectionis singula:vtraq; imparia.texitur paralogism⁹ quòd imparia sint paria hoc pacto.tria & tria vtraq; paria.& tria & tria vtraq; imparia.imparia igitur paria.& ita quatuor ternarijs mõstratis:omnes dicis pares collectum & vt omnes,& omnes dicis impares singulatim & vt singuli. & simili pacto paralogismũ facis:quod imparia sint paria. ❡Nam incertum est cui contigerit genuisse filium.In re illa publica Socratis incertũ esset:tum quòd mulieres cõmunes,quas sine delectu ciues congrederentur,tum quòd statim natis pueris,extra vrbem deferũtur ad ouile,vt ne vnq̃ quide matres agnoscere possint. ❡Q uinto nec vitari.sextam rationem adducit Aristoteles. quia (vt dictum est) iubet Socrates natos pueros,statim ad gregem deferendos,ne à parentibus agnoscãtur. Verum ob similitudinem natorum ad parentes:id aliquando deprehendatur necesse est. Q uòd ex historijs facile est deprehẽdere.& Plinio authore:quædam similes auo pepererunt, quædã geminos alterum sibi,alterum patri similem,quædam semper sibi similes, quædam semper similes patri.vt etiam Homerus dicit Penelopen similem patri peperisse Telemachũ.sunt & quædam quæ neutri similem pariunt.nam Arteon plebeus Antiocho regi Syriæ similis. magno Põpeio Vibius Plebei⁹,& Publicius seruiture liberat⁹ similes.Monogenes coquus: patrem referebat Pompei.& Proconesia (authore Solino) ex duplici adulterio:duos ędidit. vtrunq; suo patri similem.& innumera talia. Et equa Pharsalica,foetus equis qui inibant similes:semper reddebat. Causam dicerent philosophi forsan hora conceptus, similitudinis ineuntium equorum,in parte imaginatiua impressionem:& ita de liberis cum parẽtes referunt.sed an ita an secus sit:nihil ad præsens refert. ❡Aiunt in superiore Lybia. Lybia eadem est quæ Africa.& dicit in Lybia superiore propter Auses vicinos Nomadibus,& Agathyrsos:de quibus in annotatione superiore,numero 3 dictũ est. ❡A scientibus expiari debito modo possunt.certi modi expiandi apud gentiles olim erant:cum quis conuitia, verbera,plagas,aut necem parentibus aut propinquis intulerat:quæ quidẽ purgationes & expiationes pro ritu eorũ à sacerdotibus fiebãt,fallaces quidẽ.at nunc per exomologesin, id est confessionẽ,& poenitentiam verè fiunt scelerũ expiationes,& emũdationes animæ. ❡Vt in amatorijs sermonibus scimus dicentem Aristophanem. Amatorijs sermonibus:id est in sympòsio siue conuiuio Platonis. vbi Aristophanes inducitur narrare impudentissimã (vt ita dicã) fabulam,& merũ deliramentũ, de sectione hominũ ab Ioue facta: vt ex vnoquoq; duo fierent.& de insano amore commiscendi: vt rursus duo in vnum cõflentur.ceu de Salmace& hermaphrodito fabulatur,cũ dicit Ouidius,Corpora iũguntur,faciẽs'q; inducitur illis:Vna.& reliqua.sed afferre fabulam vt Aristophani enarrata tribuitur: neq; cõsilium meũ est,neq; vt quis vnquam ad tam nefaria legenda cõtaminet oculos,consuluerim. incestant enim talia mentem:nisi protinus oblata,tanq̃ præsentanea venena refugiantur.

Pa- Impa-
res. res.



Terna rij
III III
III III

Homerus.
Penelope.
Telemach⁹
Arteon.
Antiochus.
Pompeius.
Vibius.
Publicius.
Monogenes.
Proconesia
Solinus.

Plato.
Aristophanes.
Ouidius.

¶De communitate facultatum,& nonnullis incommodis rempublicam Socraticam sequentibus. Cap.III.

6 HIs consequens est de rebus quæ possidentur considerare: quomodo sit constituendum illis, qui in optima republica versari debeãt. vtrum cõmunes esse debeant, an nõ cõmunes. Hoc seorsum scrutandum est (nec simul cum ijs quæ de natis & mulieribus lege statuuntur) dico autem circa res, vtrum (etsi sint nati mulieresq; separatim: queadmodũ nunc sunt omnibus) præstet tamen res esse cõmunes & vsus. puta vtrum præstet fundos esse seorsum, fructus vero in cõmune conferre: quod apud quasdam fit gentes. vel cõtrà, solum quidem cõmune esse, & cõmuniter coli, fructus autem partiri in proprios vsus: quod etiã facere dicuntur quidã barbarorũ. vel etiam fundos & fructus esse cõmunes. ¶Si ergo alij essent agricolæ: alius esset modus & facilior. sed cum ipsi sibi laborent: ea quæ ad possessiones attinent, plures præbebunt difficultates. nam si in fruendo & laborãdo non sint pares: necesse est incusationes existant contra fruentes quidem & consumentes multa, parum vero laborantes, ab his qui minus consumunt & multũ laborant. ¶Omnino autẽ conuictus & cõmunitas rerum humanarũ omnium, difficilis est, & maxime in talibus. Probant autẽ eorum qui vnà peregrinãtur societates: quorum plærisq; fere inter se dissident, de paruis vilibusq; rebus offensi. Nos quoq; etiam ministris illis plurimũ aduersamur: quibus maxime vtimur ad circularem famulatũ. cõmunes igitur habere res: has & alias huiusmodi continet difficultates. ¶Eo autem modo quo nunc fit si insuper moribus & moderatione legum rectarum honestetur: non parum distabit. habebit enim vtriusq; cõmoda. dico autẽ vtriusq;: videlicet eius q cõmunes sunt res, & eius q propriæ. oportet enim omnino vt res sint propriæ: sed quodãmodo communes. curæ enim diuersæ: incusationes adinuicem non parient. immò proficient: vtpote ad proprium vnoquoq; sedulo incumbẽte. at vero ob virtutem erunt ad vsum (vt est in prouerbio) amicorum cõmunia. ¶Est autem etiam nunc quibusdam in ciuitatibus in hunc modum subscriptũ: ne putetur impossibile. & præcipue in ijs quæ bene gubernãtur, aliqua sunt & aliqua esse possunt. propria enim vnusquisq; possidens: partim vtilia facit amicis, partim vtitur communibus. vt in Lacedæmone seruis vtuntur vicissim tanq̃ (vt ita dicam) proprijs: & præterea equis & canibus si forte in vijs, in agris, per regionẽ quis indiguerit. patet igitur esse melius, vt propriæ sint res: sed vsu facere illas communes. queãdmodũ autẽ hoc fiat: legislatoris erit prouisio. ¶Est sanè inenarrabile: quantũ intersit ad voluptatem, considerare aliquid esse propriũ sui. non enim frustra quisq; ad seipsum amicitiam habet. est vero id naturale. Sed cũ amator sui reprehenditur iuste: non id reprehẽditur quia se amat, sed quia magis q̃ oportet se amat, quemadmodum & amator pecuniarũ. nam amant omnes (vt ita dixerim) talia. attamen & largiri & opem ferre

Communitas rerum Socratis reprobatur.

Lacedæmonij.

amicis aut hospitibus aut sodalibus dulcissimū est:quod fit si propriç sint facultates.hoc autem non contingit illis:qui nimis vnam efficiunt ciuitatem.Et præter hęc,duarum virtutū opera manifeste tollunt,temperantię ergas mulieres alienas(ab ea enim quæ aliena est: honestatis opus est se ob temperantiā abstinere)& liberalitatis circa res possessas. neq; enim discerni poterit liberalis:neq; liberalem operationē faciet vllam.nam in vsu earum rerum,quas ipsi possidemus,liberalitatis est opus.ergo eiusmodi legis positio faciē habet apparentē atq; humana videri possit.auditor enim libenter recipit,putans fore mirabilem quandā amicitiam omnibus erga omnes:prçsertim cum quis incommoda accusat rerum publicarum nunç prouenientia,ex eo quia non sint communes omnium facultates,ceu litigia ex cōtractibus, falsorum testium iudicationes, diuitum adulationes. quorum nihil fit propter proprietatem: sed propter improbitatem. cum etiam res in cōmuni habentes,rerumq; vtentes cōmunione: multo magis inter se dissidere videamus,quàm eos qui separatim possident. sed videmus paucos qui in cōmuni res habent: dissidentes esse aduersus multos congerentes proprias facultates. ¶Insuper æquum erat referre:non solū quantis malis priuabuntur si cōmunitatem rerum habebunt, sed etiam quantis bonis.videtur autem omnino impossibilis esse illa vita. Causam vero Socrati huius erroris putandum est:suppositionē non rectam fuisse. oportet enim quodāmodo vnam esse ciuitatem & domum: sed non penitus. est enim quo si procedat: non erit ciuitas. est etiam quo erit quidem prope, vt non sit ciuitas, deterior ciuitas. veluti si quis concentum faciat vnisonū,& versum pedem vnum:sed oportet cum sit multitudo(vt prius diximus)per disciplinam,cōmunem & vnam efficere. & eum qui disciplinam sit habiturus putantē per illam studiosam facere ciuitatē:absurdum est per talia quædam instituendā putare(ac non per mores & per philosophiam & per leges)veluti ea quæ circa possessiones sunt in Lacedæmone, & comessationes in Creta,quarū legislator cōmunionē induxit. ¶Neq; id sanè ignorandū est:quia oportet ad multum tempus ac multos annos inspicere in quibus haudquaq̄ lateat,si hæc recte se habuerint.ferme eni omnia inuenta sunt quidem: sed alia non inducta, alia ab expertis repudiata.maxime autem id apparet: si quis per opera inspiciat rempublicā sic institutā.non aliter enim poterit fecisse ciuitatē:nisi separet illa atq; distinguat,partim in comessationes,partim in partes tribuū, partim in tribus.Quare nihil aliud continget lege prouisum esse:nisi vt custodes agrū non colant,quod & nunc Lacedæmonij facere tentāt. ¶Modus vero totius reipublicæ, quis futurus sit in cōmunicatione degentibus: neq; Socrates ipse inquit,neq; dictu facile est.& licet ferme multitudo ciuitatis, diuersorū ciuium est multitudo:de illis nihil determinatū est. an & agricolis communes esse facultates oportet:an proprias singulorum. præterea vtrum mulieres & pueros proprios: an communes.si enim eodem modo cōmunia sunt omnia omnium: quid different isti ab illis custodibus,

Lacedęmō
Creta.
Lacedęmonij.

vel quid plus erit ijs qui sustinent eorũ imperium, vel quam ob caussam imperium sustinebunt, nisi forte machinentur aliquid tale quale Cretenses? illi enim cætera omnia seruis permittentes, solum illis gymnasia vetuerunt, & armorum possessionẽ. Quòd si eo modo quo in alijs ciuitatibus apud illos talia erũt: quis modus erit cõmunitatis? necesse enim erit duas ciuitates in vna esse ciuitate: & eas inter se cõtrarias. facit enim alios quidem custodes quasi in munitione: alios autem agricolas & artifices, & alios ciues. Litigia vero, & iudicia, & quæcunq; alia mala ciuitatibus prouenire inquit: omnia prouenient & istis. quanq̃ dicat Socrates fore vt non multum legibus indigeant, propter disciplinã: veluti circa res vrbanas, & circa forum, & alia huiusmodi, legibus, tribuens solum disciplinam custodibus. Insuper dominos facit suarum rerũ, agricolas & tollere permittit. at multo magis verisimile est eos fore difficiles & fastu plenos,

Cretenses. Socrates.

7 q̃ eos quos apud quosdam vocant ilotias & penestias & dulias. ¶ Enimuero siue necessaria sint hæc similiter, siue non, nihil nunc quidem determinatũ est. neq; de consequentibus quæ sit eorum ciuilis administratio, & disciplina, & quæ leges. Est autem neq; facile reperire, neq; parum referens: quales hos esse oportet ad conseruandã custodum cõmunionem. At vero si mulieres facit cõmunes, facultates vero proprias: quis curã ha bebit rei domesticæ, vt habent agriculturæ, viri, quis etiam sint cõmunes facultates, & agricolarum mulieres? ¶ Absurdum etiã ex bestijs facere similitudinem, q̃ conueniat eadem efficere mulieres quę viri: ad quas nequaq̃ cura rei domesticæ pertinet. Periculosa est insuper magistratuum constitutio: quam facit Socrates. facit enim vt semper sint iidem. at hoc seditionis est causa etiam apud illos, qui nullam possident dignitatẽ. quid ergo apud bellicosos & animosos viros? Quòd autem necessariũ sit ipsum eosdem semper magistratus facere: patet. non enim aliorum modo, & mo do aliorum miscetur animis diuinũ illud aurum: sed semper eisdem. inquit autem quibusdã statim à genitura aurum misceri, quibusdã argen tum: æs vero & ferrũ illis, qui & artifices futuri sunt, & agricolæ. ¶ Præterea custodibus felicitatẽ auferens: totam inquit ciuitatẽ facere beatam oportere legislatorem. at impossibile est totam beatam esse: nisi aut plurimæ, aut omnes partes, aut quædam habeant felicitatẽ. non enim eorundem est felicitas: quorum & integrum. nam ipsum contingit toti existere, & si nulli partium: at felicitatem impossibile est. quòd si custodes non erunt felices: qui tãdem alij? non enim artifices quidem, neq; multitudo sordidorum. Illa igitur respublica de qua Socrates locutus est: has conti net difficultates, & alias his non minores.

Socrates.

TERTII CAP. COMMENTARIVS.

6 VT cõmunitatem natorum ac mulierum refutauit superiore capite Aristoteles: æque & hic facultatum rerum'q; cõmunitatem. primam quæstionẽ huiusmodi proponẽs: vtrum si nati & mulieres separatim sint, quemadmodũ nunc sunt passim: præstet tamen atq; melius sit rerum esse cõmunitatem, & cõmunes rerum vsus. id est vtrum prestet fundos proprios esse, & fructus in cõmune ferẽdos: an contrà, fundos cõmunes esse communiter'q; coli, & fructus partiri in vsus proprios,

an vtrosq; & fundos & fructus esse cōmunes. ¶Ostendit non conducere vllo dictorum modorum: rerū, facultatum, possessionum've esse cōmunionē. Primo, quia rerum cōmunitas: facilior esset si alij essent agricolæ, & non de cōmunitare. verū cū nunc ipsi, sibi laborent: res ipsæ si cōmunes erunt, plurimas afferent difficultates. nam si ipsi & vtendo & laborādo non fuerint pares, tantúmq; percipiant, quantū laborauerint: incusationes & querelæ oriētur ab ijs qui minus consument & multū laborant, contra eos qui multis vtuntur cōsumunt'que multa, parum vero laborant. ¶Secundo. quia omnino cōuictus & rerū quarūcunq; humanarum cōmunitas: difficilis est vel maxime talibus, quorū nonnulli multū laborant, alij autem aut parum aut nihil. quod manifesto declarant eorum societates, qui vnà peregrinantur: quorum plæriq; inter se dissident, de calceolis, minutis'q; rebus offensi. & nos etiā ministris illis plurimum succensere solemus: quibus maxime ad ancillarem famulatum vtimur. tanto magis igitur illi ad rerum omnium cōmunionem dissidebunt: quorum alij multū laborabunt, & alij nō. communes igitur habere res: has continet difficultates. ¶Tertio. quia facultatibus eo se modo habentibus quo nūc, si insuper moribus, & rectarum legū moderatione ornentur: non parum id ab illa facultatum cōmunitate differet. nam horū vtriusq;, & quòd res sint cōmunes, & quòd proprię: cōmoda retinebit. expedit nanq; omnino vt res sint propriæ: sed quodāmodo cōmunes. nam cum res erunt propriæ: curæ diuersæ, incusationes & querelas inuicem non parient, quinimò proficient, vtpote vnoquoq; ad proprium sedulo incūbente. sed cum accesserit huiusmodi morum & rectarum legum institutio: tūnc ob virtutem erunt omnia ad vsum (vt est in adagio) amicorum cōmunia. ¶Quarto. Ne id putetur impossibile: est etiam nunc in quibusdam ciuitatibus hoc modo subfiguratum. & præcipue in ijs quæ bene gubernātur: aliqua quæ diximus insunt, & aliqua inesse possunt. nam in huiusmodi ciuitatibus, propria vnusquisq; possidens: quædam facit vtilia amicis, quibusdā vero vtūtur cōmunibus. ceu in Lacedæmone: seruis vtuntur vicissim, ac si essent (vt ita dicam) cuiusq; proprij. & præterea equis & canibus: si forte in via, aut per regionem in agris, quispiā eguerit. patet igitur præstare res proprias esse: sed amicitia & charitate illarum vsus cōmunes facere. verū quo pacto id fiat: legislatoris prouidere propriū opus, atq; officiū est. ¶Quinto. Dictu sane haud facile fuerit: quantū intersit ad voluptatē cōsiderare quippiam esse propriū sui. neq; enī frustra: quisq; ad seipsum amicitiā gerit (est vero id naturale) quare & ad sua. Sed dices, Cur igitur amator sui reprehenditur? prompta est responsio: quæ adhibeatur. nam cū amator sui iuste reprehēditur: nō id reprehenditur ꝙ se amat, sed quòd magis q̄ oportet se amat, quēadmodū & amator pecuniarū. nā omnes (vt ita dicā) talia amāt. ¶Sexto. Enimuero elargiri & opē ferre amicis, aut hospitibus, aut sodalibus: delectabilissimū est. id autē fit: si propriæ facultates assint. nō autē contingat illis qui facultatum omniū cōmunionē inducunt: & qui nimis vnam ciuitatem efficiunt. non expedit igitur facultates atq; res, eæ quę possidentur: omnibus esse cōmunes. ¶Septimo. Præter hęc quę dicta sunt: qui mulierū & facultatum cōmunionē inducere moliuntur, duarum virtutum opera manifeste tollere videntur, temperantiæ videlicet & liberalitatis: temperantiæ quidem erga mulieres alienas. nam ab ea quæ propria non est: honestatis opus est, sese ob temperantiā continere. liberalitatis vero circa facultates, résq; possessas. qui enim fiat vt liberalis appareat, liberalémve operationem faciat vllam? nam in vsu earum rerum quas ipsi possidemus: liberalitatis opus situm est. Huiusmodi ergo legis positio facie tenus est apparens, & quæ possit humana videri. audiens autem, spontaneus alacérq; suscipit: ratus fore admirabilē quādam amicitiam omnium ad omnes, tum maxime cum quis incōmoda accusat rerum publicarum, nunc ea prouenientia de causa, quod nō cōmunes sint omniū facultates. ceu litiū contestationes super contractibus, ex falsis testibus iudicia, assentationes erga diuites, & id genus talia. Verum agnosci operępretium est: nihil horum propter proprietatē euenire, sed propter improbitatem. cū etiā ij qui res in cōmuni habēt, qui'q; rerum cōmunione vtuntur: multomagis inter se dissidere videamus, quàm eos qui separatim possident. videmus etiam eos qui in pauco numero sunt, res in cōmuni habentes: disceptantes aduersus multos, proprias congerentes facultates. ¶Octauo. Æquū præterea erat referre non solū quātis malis priuabūtur, si cōmunitatem rerum habebunt: verumetiā quantis priuabantur bonis. videtur certe omnino impossibilis illa vita: & causam huius erroris, suppositionem non rectam putandum est Socrati fuisse. nam oportet quodāmodo vnam esse ciuitatem, & domum vnam: sed non penitus & maxime vnam, vt putabat Socrates. nam est quo si procedat: non erit amplius (ceu dictum est) ciuitas. est etiam quo si procedat: erit propemodum, vt non sit ciuitas, iam deterior ciuitas. veluti si quis faciat concētum vnisonum, & carmen

pedem vnum. ſed oportet cũ ſit multitudo: per mores, & rectarum legum inſtitutionem (vt dictũ iã eſt) cõmunẽ & vnã efficere. eum porrò qui moderandæ ciuitatis diſciplinã ſit accepturus, & arbitrantem per eam ciuitatẽ fore ſtudioſam: abſurdum eſt per talia quædã qualia ſunt ea quæ circa poſſeſſiones ſunt in Lacedæmone, & comeſſationes in Creta (quarum legiſlator communionem induxit) arbitrari ciuitatem dirigendã, ac non potius per mores, per philoſophiam, & per leges. ¶Nono. Quia id minime latére debet, ad rectã gubernandę ciuitatis diſciplinam: oportere inſpicere ad longinquũ tempus & plurimos annos, in quibus nequaq̃ lateat rectene ſe habuerint an ſecus. nam ferme omnia ſunt adinuẽta: ſed quædam non inducta, alia vero à peritis refutata. quam quidem rem Socratem minime feciſſe conſtat. quod vel maxime apparet: ſi quis per opera huiuſmodi cõſtitutam rempublicã inſpiciat. non enim poterit Socrates ciuitatem conſtituere: niſi ſeparet illa atq; diſtinguat, hęc in cõmeſſationes, iſta in fratrueles, illa vero in tribus. quare ſi inſpicitur: cõtinget nihil aliud Socratica lege prouiſum eſſe, niſi vt cuſtodes agrum nõ colant. quod & nũc facere tentant Lacedęmonij. ¶Decimo. quia quis modus futurus ſit totius ciuitatis, illis quidẽ in omniũ rerum cõmunicatione degentibus: neq; Socrates dixit, neq; dictu facile eſt. & omiſit q̃ plurima. nam tametſi ciuitatis ferme multitudo diuerſorum ciuium ſit multitudo: de illis ab eo nihil diſcuſſum eſt. vtrum ſcilicet agricolis cõmunes eſſe oportet facultates. an cuiq; eorũ proprias: vtrum etiam agricolarum mulieres & pueros cõmunes eſſe oportet, an proprios: nam ſi eodem modo cõmunia erunt omnia agricolis omnibus: quid different hi ab illis cuſtodibus, vel quid amplius erit ijs qui eorum tenent imperium, vel quam ob cauſam eorũ imperium tenebunt? niſi forſitan aliquid tale machinentur: quale Cretenſes. illi namq; cętera omnia ſeruis permittebant: ſola vero gymnaſia illis vetabant, armorũmq; poſſeſſionem. q̃ ſi eo modo quo & in alijs ciuitatibus ſimilia erũt & in Socratis republica: quis modus erit cõmunitatis, quonã ve modo erit cõmunitas? nã neceſſe iã eſt duas eſſe ciuitates in vna ciuitate: & eas inter ſeſe eſſe contrarias. nam facit alios cuſtodes quaſi in munitione: alios autem agricolas, artifices, & reliquos ciues. & revera lites, incuſationes, iudicia & quæque alia mala alijs ciuitatibus prouenire dicit Socrates: omnia & iſtis euenient, tametſi dicat Socrates fore vt non multum legibus indigeant propter diſciplinam. legibus dico circa res vrbanas & circa forum & alia huiuſmodi, tribuens ſolum cuſtodibus diſciplinã. præterea dominos facit rerum ſuarum agricolas, & tollere permittit. aut multo veriſimilius eſt eos fore inſolentes & elatos, magis q̃ ſerui quidam apud nonnullos: quos appellant ἀλωτάας πενεσίας καὶ δουλίας, ita à verſione, paupertate, & ſeruitute dictos. ¶Vndecimo quia nihil nunc determinatum comperitur à Socrate: an quæ pauloante dicta ſunt, cuſtodibus & cæteris ciuibus vt agricolis & artificibus, neceſſaria ſimiliter ſint an ſecus. neq; quæ conſequenter eorũ ciuilis eſſet adminiſtratio. quæ diſciplina, & quæ leges. neq; ſane facile cõpertu eſt, neq; parui momenti res pondus habens: quales agricolas, artifices, reliquóſq; ciues eſſe oportet, vt cuſtodũ conſeruetur cõmunitas. At dicet forſitan quiſpiam: agricolarũ mulieres faciet Socrates communes, facultates vero proprias. ſed tũc quis curam geret rei domeſticæ: vt curam gerunt agriculturæ, viri? Et illud idem accidat etiam: ſi agricolarum cõmunes ſint & facultates & mulieres. ¶Duodecimo. Quia etiam abſurdũ eſt Socratẽ ex beſtijs ſumere ſimilitudinem: quod eadem efficere conueniat mulieres quæ & viros decet. quãdoquidẽ ad beſtias nequaquam rei domeſticæ cura attinet. ¶Tertiodecimo. Quia inſuper periculoſa eſt magiſtratuũ conſtitutio: quam Socrates facit. nam facit vt ſemper ſint iidẽ qui magiſtratum gerant: verum id ſeditionis eſt cauſa: etiam apud illos qui nulla dignitate, nulláq; prędíti ſunt excellẽtia. quid igitur erit apud bellicoſos & animoſos viros? At vero quòd neceſſarium ſit Socratem ſemper eoſdẽ facere qui magiſtratus adminiſtrent: perſpicuũ eſt. nam non modo horum & modo aliorum miſcetur animis diuinũ illud aurum: ſed ſemper eiſdẽ. inquit autem quibuſdam ſtatim ab ipſo ortus exordio, aurum miſceri, quibuſdã argentum: æs vero & ferrum ijs qui & artifices futuri ſunt & agricolæ. ¶Quartodecimo. Quia cum à cuſtodibus felicitatem auferat, vtpote à quibus aufert cõiuges proprias, proprióſq; liberos, & facultatum proprietatẽ, quæ virtutum ſunt organa, nihiloſecius dicit oportere legiſlatorem facere totam ciuitatem beatam. Atqui impoſſibile eſt totam ciuitatem beatam eſſe ac felicem: niſi aut omnes, aut plurimæ, aut aliquæ eius partes habeant felicitatem. non enim eorũdem eſt felicitas: quorum & integrum, eãmq; ſubiens rationem. nam fieri poteſt vt integrum toti conueniat: cum tamen nulli conueniat partium. quod ita de felicitate nõ eſt. at vero ſi cuſtodes felices non erunt: quinam tandem alij? non enim artifices, & vilis reliqua multitudo. pars igitur nulla beata. quare neq; tota beata. hęc itaq; reſpublicą de qua Socra-

tes locutus est: has continet difficultates & alias his etiam non inferiores.

ANNOTATIONES AD CAP. TERTIVM.

OPortet enim omnino vt res sint propriæ. Q. expediat omnino res esse proprias: 6
sic antiquæ leges quæ à deo Mosi mandatæ sunt, cōtinent. mādauit enim omnia
per sortes esse distribuēda, vt libri sacri declarant. ¶Sed cum amator sui repre-
henditur iuste. de amatore sui Cap. octauo noni Ethicorum dictum est abunde:
& quis amator sui iure carpēdus & vituperationi subiaceat obnoxius, & quis nō. ¶Partim
in partes tribuum, partim in tribus. vbi ponitur hic partes tribuum: erat prius genera, ob-
scurius sane in re verbū. verū Aristoteles habet φρατρίας. de qua dictiōe Græci ἐστὶ δὲ φρα-
τρία κυρίως τὸ τρίτον μέρος τῆς φυλῆς, id est, est autē phratria proprie tertia pars tribus. ad
quam exprimendā: cum nō facile succurrat vocabulū latinum, partes tribuū apposuimus.
Socrates. ¶Nisi vt custodes agrum non colant. Custodes appellabat Socrates: qui in re militari ex-
ercitati, vrbem & regionem incolentes, & arma tenentes vrbis & regionis, deputati essent
custodiæ. ¶Solum illis gymnasia vetuerūt. Gymnasium exercitationis locus, & in discipli-
Tria Athe- nis & in militaribus exercitijs. quomodo dicere solent tria Athenis fuisse Gymnasia, Acha-
niensium demiam, Lycion, Cynosarges. ¶Ilotias, penesthas, dulias. Lacedæmonij eos quorū regio-
gymnasia. nes, oppida, ciuitates bello superabāt, aut in deditionem accipiebant: habebant pro seruis.
& huiusmodi seruorū genus εἵλωτας καὶ εἱλωτείας appellabant: id est Ilotes & Ilotias. Et si-
mili modo suos aut superatos aut deditios Thessali πενέστας. & Cretenses suos δουλίας ap-
Plutarchus pellabant. vt & de ijs adhuc in principio capitis septimi huius cognoscetur. Plutarchus in
Lycurgus. vita Lycurgi Ilotes nominat: & alij historici (vt res eorū exigit) horum faciunt mentionē.
Socrates. ¶Absurdū est etiam ex bestijs facere similitudinem. In quinto de republica, de quo supra 7
Glauco. sępe: Socrates Glauconē interrogat, Vtrum inter canes gregis: custodes fœminas ipsas cen-
semus vnà, eadémque custodire debere, quæ & mares, & vnà venari, ac cætera omnia com-
muniter facere? an fœminas quidem intus quasi domesticas asseruare, tanq̄ ad forensia ope-
ra impotentes, propter ipsum catulorum partum & nutrimentū, masculos autem laborem
subire, omnémq; armenti curam gerere? Cōmuniter hæc omnia tribuimus. Fieri ne potest
vt animali aliquo ad eadem vtaris: nisi eadē ratione nutriueris, erudierísq;? Nullo modo.
Si ergo fœminis ad eadem vtemur ac viris: in eisdem erudire decet. Certe. Musica autem &
gymnastica viros in superioribus erudiuimus. Sane. Mulieribus igitur artes hæ similiter, &
res bellicæ tribuendæ sunt, ad eadémq; vti his decet. hęc inibi Socrates & plærisq; alijs in lo
cis: hanc ex bestijs & præsertim canibus, inducit similitudinem. ¶Diuinum illud aurum. In
Socrates. tertio de republica Socrates de magistratib9 disserit: & de illo diuino, at fabuloso auro, cir-
ca finem inquit. Estis vtiq; omnes in ciuitate tanq̄ fratres. sed cum deus vos formaret: qui-
cunq; vestrum ad imperandum idonei nati sunt, aurum in eorum generatione ipsis admi-
scuit. propter quod honoratissimi sunt. illis autem qui ad auxiliandum: argentū indidit. fer-
rum deniq; atq; æs: agricolis, & alijs opificibus. ¶Non enim eorundem est felicitas: quorū
est integrum. Non est felicitas eandem subiens rationem: quam & integrum. nam integrum
soli toti conuenit: nulli autem partium. totum enim dūtaxat integrum & nulla partium in-
tegrum. at totam ciuitatem felicem esse. & nullam partium esse felicem: impossibile est. &
Leonardus quod antiqua translatio et ea quæ est Leonardi (vbi integrum posuimus) par habeant: hoc
fecit vocabuli ἄρτιον (quod Græce habetur) duplicitas, quod nunc par, nunc integrum si-
gnificat. integrum autem & intelligentiæ & analogiæ quadrat: par vero orationem reddit
haud intelligibilem.

¶De republica Platonis, quæ & Socratis secunda respublica dicitur. Cap. IIII.

Socratis se- FErme autem similiter circa leges quoque se habet postea 8
cūda respu- scriptas. quapropter & de illa hic reipublicæ parte: cogi-
blica. tare parum, melius erit. ¶Etenim in republica de pau- 9
Socrates. cis admodum determinauit Socrates: vt de mulierum &
natorum communitate, & de rebus possessis, & de insti-
tutione reipublicæ. Diuisit enim in partes duas, multi-
tudinem habitantiū: in agricolas & propulsatores belli. tertiā ex ijs fecit:
qui consultāt & deliberant: & in quibus summa reipublicæ consistit au-

thoritas.agricolæ vero & artifices vtrum nullius magistratus an alicuius participes sint,& vtrum arma possidere debeāt,& vnà pugnare an secus: de his nihil determinauit Socrates,sed mulieres vnà censet pugnare debere, ac disciplinā habere eandē quam custodes. cætera vero extraneis peregit sermonibus:& disciplinā custodum qualem esse illam oportet. ¶Legum autem maxima quidem pars:leges existunt.pauca vero de republica dixit: quam cum pergit cōmuniorem facere ciuitatibus: paulatim circumagit in aliam rempublicā. ¶Pręter cōmunitatem enim mulierum & rerum possessarū:cætera eadem vtrisq; attribuit rebuspublicis.nā & disciplinam eandem & quòd abstineant viuere ab operibus necessarijs. Et de comessationibus eodem modo. Præterq̄ quòd in illa existimat mulierum quoq; comessationes esse debere,atq; eandem mille habētium arma: hanc vero,quinq; millium.superfluum ergo quiddā & facete captiosum,& nouum & exploratorium omnes Socratis habēt sermones: sed cuncta recte, forsitan difficile:quoniā & de multitudine illa de qua nunc dicebatur(latere id minime decet) quia Babylonia aut quadā alia infinita regione indigebit tanta multitudo,ex qua ociosorum quinq; millia cum mulierum ac ministrātium multiplici turba alantur.suppositiones quidē ad optionem faciendæ:non tamen impossibiles. ¶Dicitur autē debere legislatorē ad duo respicere in ferenda lege,ad regionem & homines: addendum est etiam & ad vicina loca,si oportet ciuiliter viuere ciuitatē. nō solum enim necessariū est ipsam talibus vti ad bellum armis,quæ vtilia sint in sua regione:verum etiā quæ in aliena.quòd si quis huiusmodi non recipit vitā, neq; priuatam neq; publicam ciuitatis:nihilominus tamen oportet terribilem esse hostibus,non venientibus modo in regionē,verumetiā abeuntibus. ¶De modo quoq; rerum possidendarum videndum est: ne forsan melius sit aliter diffinire & clarius. Tantas inquit possidere oportet: vt modice viuatur.perinde ac si quis dicat vt bene viuatur.verum hoc est nimis generale. & est modice viuere,ęrumnose tamen. at melius est dicere modice & liberaliter. separatim enim vtrunq;: alterum luxuriæ accōmodabitur, alterū difficultati. cum soli huiusmodi habitus virtutes sint circa vsum facultatum nostrarū(vt patrimonio mansuete vel fortiter vti non dicimur.at modice & liberaliter dicimur)eam ob rem necessariū est circa illud istas versari virtutes. ¶Absurdū quoq; est cum facultates adæquauerit:de ciuium multitudine nihil disponere,sed indefinitam relinquere filiorum procreationē, quasi sufficiēter æquatā propter sterilitates quotquot nasci cōtingat.quod videtur nunc quoq; euenire in ciuitatibus. sed opus est aliam certitudinē tūc hoc habeat circa ciuitates quàm nunc. nā nunc quidem nemo dubitat:ex eo quòd diuisæ sunt facultates in quantacunq; multitudine.tunc vero cum sint indiuisæ:necessarium erit adiuges nihil habere,siue pauciores sint multitudine siue plures. Magis autē existimauerit quis oportere determinatū esse modum procreandorū filiorū q̄ facultatū:vt numero quodam & non plures q̄ determinatū sit procreen-

Babylonia.

Modice, modeste.

tur.& numerus diffiniendus est, respectu habito ad fortunas, si cōtingat decedere aliquos natorum: & ad defectum procreandi cæterorū. ¶Prætermittere autem id vt in plærisq; ciuitatibus: necesse est egestatis causa sit ciuibus. egestas vero seditiones & maleficia parit. itaq; Phidon Corinthius, vnus ex vetustissimis legū latoribus: familias censuit æquales permanere debere, & ciuium multitudinē, quāuis forte distributiones prius habuissent omnes inæquales secundum magnitudinem. at in his legibus contrarium est. Verum de his quēadmodum statuendū putemus melius se habere: postea erit dicendū. ¶Omissa sunt etiam in his legibus ea quæ ad magistratus pertinēt: quemadmodū differant præsides à subiectis. Inquit enim oportere quemadmodū ex alio, lanæ filum ducitur quàm lini: sic & eos qui præsunt, se habere debere ad eos qui subsunt. ¶Cum vero totam substātiam augeri dixerit vsq; ad quincuplum: quare hoc vtiq; nō erit in regione vsq; ad aliquid. ¶Videndum est etiam ne ædificiorū diuisio non prosit ad rem familiarem. duas enim cuiq; domos attribuit separatim diuidens. at difficile est duas habitare domos. ¶Tota vero constitutio apparet esse neq; popularis status: neq; paucorum potentia: sed horum media quam vocant rempublicam. est enim ex iis qui arma ferunt. si igitur vt communissimā omnium aliarū ciuitatum hāc constituit rempublicam: recte forsitan dixit. sin vt optimam post primā rempublicam: non recte. ¶Forsan enim Lacedæmoniorū republicā quis magis probabit, vel aliam quandam, magis optimatium. sunt qui dicant optimam rempublicā ex omni genere gubernationū admixtam esse debere. atq; ob id Lacedæmoniorū laudant rempublicam. constare quidē illam ex paucorum potentia, item ex vno principe, populariq; statu affirmant: dicētes regnū vnius esse gubernationē, senatum vero paucorū potentiam, Ephoros autem statum popularē, quoniā Ephori ipsi è populo sumuntur. alii ephoriam quidem tyrannidem putant: sed populariter regi per comessationes, & alium quotidianū victum. Sed in his legibus dictum est optimam rēpublicā ex populari statu constare debere ac tyrannide: quas aut nō reponat quis omnino inter species rerūpublicarū, aut deterrimas omnium esse fateatur. melius ergo dicūt: qui plures cōmiscent. nam quæ ex pluribus cōstat respublica: melior est. ¶Deinde nihil videtur habere ex vnius gubernatione, sed ex paucorum potentia ac populari statu: verum ad paucorum potentiā inclinare magis. quod patet ex magistratuū creatione. nam q ex delectis sortitio fiat: commune est vtriq;. sed q necesse sit ditiores cōtionē habere, & magistratus creare, vel aliud quippiam huiusmodi publicorum negotiorū facere, alios vero præteriri: id paucorū potentiæ est. Insuper conari vt plures ex diuitibus ad dignitates sumantur, & ad maximas quidem ex maximo censu: paucorum potentiæ est, & consiliariorum delectio. deliguntur enim cuncti ex necessitate: sed ex primo censu, postea totidem ex secundo, postea ex tertio. verū non omnibus necesse erat iis qui ex tertio vel quarto. ex quarto autē & quartis, solis ne-

Phidon.

n

cesse est primis & secundis. postea ex his æqualē à singulis censibus nu-
merum esse monstrandum inquit. erunt itaq; plures & potētiores qui ex
maximo censu sumuntur. quare necesse non est. quòd igitur ex populari
statu ac vnius principatu non constabit huiusmodi respublica ex his pa-
tet: atq; ex ijs quæ postea dicturi sumus cum de ea specie reipublicæ tra-
ctabimus. ¶Habet etiā circa magistratuum creationē ꝙ ex delectis de-
ligi possint: quippiam periculosum. nam si aliqui cōspirare velint etiam
mediocri numero: semper secundum horum voluntatem fiet electio. In
legibus igitur res illa publica, ita se habet.

QVINTI CAP. COMMENTARIVS.

8 Posteaq̄ monstrauit rempublicam Socratis (quæ decem libris apud Platonem,
qui de republica inscribuntur: comprehenditur) infirmam esse & inualidam, &
plurima cōtinere incōmoda: subinde monstrare intendit, eā insufficientē: quam
Plato in quinto de legibus scripsit. quæ non minus intelligitur fuisse de mente
Socratis. verum quę improbata est, prima & optima à Platone censetur & So-
crate: de qua vero futurus paulo post sermo est, secunda respublica appellatur. Adijcit igi-
tur consimilia fere circa leges, quas postea Plato scripsit: cōtineri. quare cōmodius videtur
9 hic parūper illius reipublicæ considerationi insistere. ¶Narrat Socratem de paucis admo-
dum determinasse: vt de mulierum & natorum cōmunitate, de ciuium facultatibus, & insti
tutione suæ reipublicæ. instituit enim eam multitudinē habitātium: in duas partes secando,
in agricolas scilicet & propulsatores, tertiam ex propulsatoribus cōflat quæ cōsultet & deli-
beret, & in qua summa sit reipublicæ authoritas atq; ciuitatis dominiū. at vero vtrum agri-
colæ & artifices nullius magistratus, an alicuius participes sint, & an arma possidere debeāt,
an secus: nihil determinauit Socrates. sed id censuit: mulieres vnà cum custodibus debere
pugnare, & disciplinam eādem quam & custodes habere debere. cætera satis extraneis, pa-
rūmq; accommodatis, oppleuit sermonibus: & quænam esse debeat custodum disciplina.
10 ¶Narrat insuper de ea republica quam Plato scripsit in legibus: eámq; in plærisq; deficere
coarguit. ¶Primo. Quia librorū legum maxima pars leges existunt: & pauca de republica
illic differit. sed cum vult rempublicā communiorem q̄ deceat ciuitates, facere: in quādam
nouam alienam circūagit rempublicam. ¶Secundo. Quia cætera eadem vtriq; reipublicæ
insunt: præter cōmunitatem mulierum & facultatū, quæ in prima & in secunda aliter dispo-
nuntur. nam vtriq; disciplina eadem est, quódq; ciues custodésq; vrbis à necessarijs operibꝰ,
ceu opificijs & agricultura abstineant, & de comessationibus eodē modo. verūtamen in pri-
ma republica: existimat mulierum cōuiuia esse debere, & rempublicam eādem. qui arma te-
neant: mille possidere. in secunda vero: ponit quinq; millia eorum, qui arma possideant. su-
perfluum igitur quiddam, versutum, nouū, & exploratoriū habent omnes Socratis sermo-
nes. atq; ꝙ recte cuncta se habeant: id forsan difficile. quia minime latere decet: pro dicta
multitudine, opus esse aut Babylonia aut alia quadam intermina regione. qua tanta multi-
tudo nutriatur: quinq; millium inquam ociosorum, cum mulierum ac famulātium alia lon-
ge ingentiore caterua. suppositiones enim etsi ad votum sint faciendæ: non tamen faciendę
impossibiles. ¶Tertio. Quia dicit legislatorem in lege ferenda ad duo respicere: ad regionē
videlicet & homines: verum addendum etiam est & ad vicina loca, si debeat ciuitas vitam
degere ciuilem. nam non solum necessarium est ipsam talibus ad bellum vti armorū pręsi-
dijs, quæ sua in regione sunt vtilia: verum etiam & quæ in aliena. Et q̄uis nulla ciuili vita vi-
uerent, aut propria possidendo aut rerum cōmunionē tenendo: nihilominus oportet se ter-
ribiles præbere hostibus, non solum in regionem venientibus, verum etiam & abeuntibus.
¶Quarto. Quia non satis aperte circa possessiones est definitum. nam inquit tantas esse
oportere: vt modice viuatur, perinde ac si quis dicat vt bene viuatur. id enim nimis gene-
raliter dictū est. nam modice, temperatéq; viuere est: ęrūnose tamen. verum satius est vt di-
catur: modice & liberaliter simul. nam si separatim dicas vt viuatur liberaliter: id luxui accō-
modabitur. si vt modice: & id quoq; penuriæ calamitoseq; vitæ. Cæterum cum soli habitus
hi, virtutes sint circa vsum nostrarum facultatum (nam patrimonio mansuete aut fortiter
vti nō dicimur: at modice liberalitérq; dicimur) iccirco necessarium est circa patrimonium,
nostrarúmq; facultatum vsum has virtutes versari, expediréq; tantas opes possidere vt &

temperate & liberaliter viuatur. ¶Quinto. Quia absurdum est cum in secunda republica, Socrates ciuium facultates adæquet, de ciuium multitudine nō disponere, sed indefinitam relinquere filiorum procreationem, quasi sufficiēter ęquatam propter sterilitates quotquot nasci contigerit, quia id videatur nunc in ciuitatibus contingere. verū oportet: tunc & nunc aliam circa ciuitates habere certitudinem. nam nunc nulla suboritur ambiguitas. quia non æquantur: sed partiuntur facultates in quantacunq; multitudine. tunc vero cum facultates æquatæ sunt & indiuisæ: necesse est eos qui adiūgentur, nihil habere, siue pauci siue numero multi sint. verum operæpretium magis quispiam dixerit, oportere determinatum esse modum procreandorum filiorum q̄ facultatum: vt numero quodam & non plures q̄ definitum sit procreentur. & numerum illum definire: ratione habita ad fortunas, ad decedētes, si quos natorū decedere contingat, & ad aliorum sterilitates. id sane prætermittere (vt in plærisque ciuitatibus) vt ægestatis ciuibus causa sit necesse est. egestas vero seditiones, flagitiáq; parit. quare Phidon Corinthius vnus ex vetustissimis legūlatoribus: familias æquales permanere censuit, & æqualem ciuium multitudinē, tametsi forte distributas facultates, prius inæquales multitudine, obtinuissent omnes. at in ijs quas Plato scripsit legibus: contrariū reperitur. verum de his quemadmodū statuendum melius esse arbitrabimur: posterior habēdus est sermo. ¶Sexto. Quia in illis legibus, omissa sunt nōnulla, quæ ad magistratus pertinent, insufficienter discussa. ceu quemadmodum differant præsides a subiectis. inquit enim oportere quemadmodū ex alio lanæ filum ducitur q̄ lini: sic eos qui præsunt, se habere debere ad subiectos. ¶Septimo. quia cū totam substātiam augere posse dixerit vsq; ad quincuplum: cur etiam & in terra vsq; ad aliquid non admittetur? ¶Octauo. Quia partitio ædificiorū nō satis accōmoda rei familiari videtur. nam cuiq; duas domos separatas attribuit. atqui difficile est duas habitare domos. ¶Nono. Quia neque tota esse videtur popularis gubernatio, neq; tota paucorum potentia: sed horum media, nonnihil vtriusq; participās. quare si vt cōmunissimam cæterarū ciuitatum, suam Socrates constituere intendit rempublicam, recte forsitan dixerit: sin vt optimā (ceu volebat) post primam, id non recte. ¶Decimo. Quia forsan quispiam magis Lacedæmoniorū rempublicā laudauerit, aut aliam quālibet: quæ magis sit optimatium. enimuero sunt qui dicant optimam rempublicā ex omni gubernationū genere intemperatam esse oportere. atq; eam ob causam Lacedæmoniorum laudant rempublicā: eámq; huiusmodi esse, & constare ex paucorum potentia, ex principatu vnius, atq; ex populari statu illam astruunt. inquientes in republica Lacedæmoniorū regnum vnius esse gubernationē, senatum vero paucorum potentiam, & Ephoriā, statū esse popularem. quoniā Ephori desumantur è populo. alij Ephororum potentiā, tyrannidem esse putant: sed ob comessationes & alium quotidianum victum, populariter regi. atq; in ijs quas Plato scripsit legibus: dictum est optimam rempublicam ex populari statu cōstare debere atq; tyrannide. quæ omnino aut non sunt reponendę inter rerūpublicarum species: aut omnium deterrimæ sunt censendæ. rationabilius igitur loquūtur, qui plures respublicas intemperant ac miscēt: vt in Lacedæmonica. nam quæ ex pluribus constat rebuspublicis: melior respublica est ea quæ ex tyrannide & statu populari. ¶Vndecimo. Quia secunda res illa publica, nihil habere videtur ex vnius gubernatione, sed ex paucorū potentia ac populari statu: sed magis ad paucorū potentiam deuergere, quam post illam primā arbitratur optimam. male igitur etiam asserat optimam rempublicam: ex tyrannide constare atq; populari statu. ꝙ vero ex paucorum potentia & ex populari statu cōstet, sed magis inclinetur deuergátque ad paucorum potentiam: exploratum esse potest ex magistratuum creatione. nam ꝙ ex delectis sortitio fiat: vtriq;, & paucorum & populi potentiæ cōmune est. verū ꝙ necesse sit ditiores contionem habere, & magistratus creare, aut quippiam aliud huiusmodi publicorum negotiorum facere, & alios omitti: paucorum potentiæ est. & tentare vt plures ex diuitibus magistratus gerant, & maximos ex maximo censu: paucorū etiam potētiæ est, & cōsilij electio. eligūtur enim necessario ex omni censu: sed primū ex primo censu, postea totidem ex secundo, deinde ex tertio. verum non omnibus necessarios esse dicit tertios aut quartos. sed ex quarto censu quiq; quarto sunt loco: necessarios esse primis & secundis, eorúmq; electioni, subinde ex ijs ęqualem à singulis censibus numerū monstrandum esse dicit. quare si ex primo censu primos eligunt quiq; ex tertio & quarto etiam eos ex primo censu eligant: plures erunt & potentiores qui ex maximo censu deligūtur. quapropter id minime necessarium ita fieri. manifestū igitur ex his est: ex populari statu & vnius principatu non constare huiusmodi rempublicā, atq; amplius ex ijs quæ postea dictum sumus (cū de ea specie reipublicæ tractabimus) dilucebit, sed magis constare ex populari & pau-

corum potentia ad paucorum potentiam se magis inclinantem. ¶Duodecimo. Quia circa magistratuum creationem, quod videlicet ex ijs qui electi sunt eligi possint: rem continet periculosam. nam si aliqui conspirare velint, etiam in pauco numero: secūdum eorum voluntatem absoluetur electio. sic igitur in legibus illis: respublica se habet.

ANNOTATIONES AD CAP. QVARTVM.

8 FErme autē similiter circa leges. In quinto de legibus: rempublicā Socraticā (quam
paulo ante ab Aristotele reprobatā audiuimus) approbat Plato. Certe (inquit) in
hoc praecipue virtutis erit terminus, quo nullus poni rectior poterit: si alicubi aut
fit istud, aut vnq̄ fiet, vt cōmunes mulieres sint, cōmunes & liberi, cōmunis quoq;
omnis pecunia, omni'q; studio quod propriū dicitur, vndiq; è vita remotū sit. vsqueadeò vt
ea etiā quae sunt singulis propria, vt oculi, aures, manus: cōmunia fiant. vt cōmunē in vsum
cernere, audire, & agere videātur: laudéntq; & vituperēt eadē similiter omnes, eisdémq; re-
bus gaudentes, eisdémq; dolentes. ac deniq; pro viribus sub ijs legibus viuant: quae vnam
q̄ maxime ciuitatē efficiunt. talem vtiq; ciuitatē siue dij alicubi, siue deorū filij vno plures,
habitēt: ita viuentes eámq; seruātes, omni certe gaudio referti viuūt. haec prima ciuitas. &
hęc & tam bella de hac prima & optima (vt autumat) Socratica re publica scripsit Plato:
vt Mahumetes illic videatur sui fingēdi paradisi desumpsisse materiā, illámq; Arabib9 tra- Mahumetes.
didisse & Agarenis. proinde haec illi, q̄ Christiani libētius audiāt. Neq; hic Gētes forsitan li-
9 benter audijssent Platonē: vt qui ne Iunonē quidē Ioui propriā relinquebat. ¶Caetera vero
extraneis peregit sermonibus. Cū in quinto de republica dixisset: easdē fore debere discipli-
nas in musica, gymnastica, & ceteris artibus tam viris q̄ mulierib9, & nudas cū vetulas tum
iuuenes viris cōcurrere, & in palęstrā descendere, in bello cōmunicare, cōmunes omnes, cō-
munes itidē habere debere aedes, de pueris, coronatione, osculis, de honoribus vita functis
decemēdis, quo pacto in Gręcos & Barbaros arma exercēda. subinde suae reipublicae guber-
natores: philosophos esse vult. qui ex contemplatione ideae: euadant consummati. & extra-
neis de idea omnia implet sermonibus: vt licet facile intueri, quintū percurrentibus librum.
10 quin & in sexto eadem cōtinuat: & in reliquis q̄plurima miscet extranea. ¶Omnes Socratis
habent sermones. Respublica cuius leges ponuntur in libris de legibus Platonis: respublica Plato.
Socratis secunda dicitur. Et hospitē Atheniensem, qui nunc cum Clinia Cretensi, nūc vero Socrates.
cum Megillo Lacedaemonio disserit: interpretatur Aristoteles Socratem, alij vero interpre- Hospes.
tari solent Platonē. verum id mihi latere nō videtur Aristotelem: quēnam Plato, hospitem Clinias.
illic intelligeret Atheniēsem. consentiebat tamen Plato in vtraq; republica Socrati, & vtrāq; Megillus.
scripsit. quare & promiscuae respublicę Socratis, & respublicae Platonis, atq; leges: dici solēt. Aristoteles.
imò & id Aristoteles facit: nūc appellans Socratis vt hic, aliàs vero Platonis vt capite vlti-
mo huius, circa finem libri. ¶Ociosorū quinq; millia. In quinto de legibus numerū diffinit
5040: & quae non approbat Aristoteles, plaeraq; in quinto habentur. in sexto de magistra-
tibus. in septimo de procreatione & educatione puerorum. in alijs de exercitationibus, iu-
dicijs, poenis, & huiusmodi: & cui curae id fuerit, recurrat ad illos libros legēdos, si modo nō
erunt satis hecatonomiae, quas ad eos (qui hos libros legent) laboribus leuādos, in fine ope
ris vt dictum iam est, adiecimus. adducere enim vbiq; in annotationibus Platonem: fasti-
diosum mihi visum est, & non solum mihi quidem colligenti, sed & lectoribus ipsis ita futu-
rum. ¶Necessariū erit adiuges. Adiuges: adiecti illi qui supercrescunt atq; adduntur multi-
11 tudini, quę pro facultatibus sufficit ac satis est, quos παρασύγας Aristoteles appellat. ¶Sin
vt optimam post primam rempublicam. Primam rempublicam, in qua rerum omnium, Socrates.
vxorum, liberorum, facultatum esset communitas: volebat & Socrates & Plato esse opti- Plato.
mam. secundo autem loco, eam quam scripsit Plato in legibus. vt in prima annotatione
huius capitis dictum est. ¶Sunt autem: qui dicant optimam rempublicam, ex omni gene-
re gubernationum admixtam esse. Polybius vbi rempublicam Romanorū descripsit, quam Polybius.
suo tempore omnium rerumpublicarum pulcherrimam esse dicebat, & optimam: hoc ideo
asserebat, quod ex omni gubernationum genere esset composita, atque contemperata. & eam
quae à Lycurgo Lacedaemonijs tradita fuerat: similiter dicit ex omni gubernationum spe- Lycurgus.
cie fuisse temperatam, regno, optimate, & populari gubernatione. reges enim (inquit) in-
solescere impediuntur, populum timentes: cui & sufficiens in republica pars cōceditur. po-
pulus vero reges despicere non audet, senatores veritus: qui omnes ex optimatibus dele-
cti, sese ipsos iustos exhibituri essent. & reliqua: quae licet in sexto suarum historiarum per-
facile intueri. ¶Constare quidem illam ex paucorum potentia, item ex vno principe po-
pulari'que statu affirmant. Tres species rerumpublicarum esse putabant: regnum qui

est principatus vnius, paucorum potentiam quam & optimatem & senatum, Græci autem
τὴν τῶν γερόντων ἀρχὴν, id est senum principatum appellant, & popularẽ gubernationem
Polybius. vt etiamnum in Polybio videre possis. verum quæ pro veritate sint rerumpublicarum spe-
cies: ex quarti numero 3 agnoscetur. ℭ Ephoria: is magistratus erat apud Lacedæmonios,
qui è populo creabatur, maximam quidem habens potestatem. qui vero magistratum ge-
rebat: Ephorus. & plures ad magistratum gerendum assumpti: Ephori dicebantur. & Epho-
rus & Ephori: illis respõdent qui in republica Romana Tribunus & Tribuni plebis dicebã-
tur. & Ephoria, tribunitiæ potestati respondet. sumebatur enim hic magistratus è populo,
decemuiratu ob iniuriam filiæ Virginij intentatam sublato. est igitur Ephorus: præfectus &
tribunus plebis. & Ephoria tribunatus, ac tribunitia plebis potestas. & hunc magistratum:
Theopõp⁹. regibus Lacedæmonijs addidit Theopompus. ℭ Sed in legibus dictũ est. Socrates & Pla-
to nihil habent stabile & firmum in suis assertionibus. quia quod in vno dialogo assentur:
in altero alterum & plerunq; oppositum, & opposito modo. In libris de republica optima-
tum status optima respublica est. quam suam esse Socrates asserit. & quatuor illi species de-
generes subiungit: quinq; species rerum publicarum faciens, vnam rectã & quatuor lapsas.
in politico regnum ponit rerumpublicarum optimã: & tres asserit rerũpublicarum species,
& tres oppositas labes. In legibus autem optimam rempublicã (saltem vt sua fert opinio)
post illam primã rempublicam Socraticam, ex tyrannide componit & populari guberna-
tione. ℭ Quod patet ex magistratuum creatione. dictum est Platonem in sexto de legibus,
de magistratibus, & magistratuũ creatione determinare. & proinde quę de magistratibus &
electione consilij ex quadruplici censu hic affert (eo sexto lecto) nota erũt. ℭ Nam ꝙ ex de-
lectis sortitio fiat. Sortitio, id est assumptio ad suffragia aut magistratus per sortes: & multi
modi sortiendi, apud priscos erãt. quidã fabis, quidã calculis, vt numero 16 huius cogno-
Veneti. scitur, sortiebãtur. Veneti hoc nostro æuo sortiũtur, & ad suffragia, & ad gerendos magistra-
tus, nunc nominibus in vnam vrnam coniectis, nunc aureis, nunc argenteis pilis inscriptis
quibusdam, secundũ quod præsens magistratus requirit, quibusdam vero inanibus. nunc ex
vna vrna vocantur ad alteram. in quibusdam sola sortitione vtuntur, in quibusdam sola ele-
ctione: in quibusdam vero partim sortione, partim suffragijs, atq; electione. de quibus legi
Sabellicus. potest apud Sabellicum: in eo libro quem de magistratibus Venetorum reliquit.

ℭ De Phaleæ (quæ & Carthaginensium) republica. Cap. V.

Phaleę quę & Carthaginensiũ respublica. SVnt vero & aliæ respublicæ tũ idiotarũ tũ philosopho- 12
rum, & insuper in administratione ipsarũ, versatorum:
omnes etiã propinquiores sunt illis quę cõstitutę sunt,
& illis secundũ quas nũc regũt, ꝙ illæ duæ. nullus enim
alius neq; de cõmunitate filiorũ, neq; de mulieribus ta-
lem aliquã introduxit nouitatẽ, neq; etiã de fœminarũ
comessatiõib⁹, sed à necessarijs magis inchoãt. ℭ Videtur autẽ quibusdã 13
maximũ: vt de facultatibus recte cõstituatur. nã hinc seditiones oriri cun-
Phaleas. ctas, afferũt. Quã ob rem Phaleas Carthaginẽsis ante omnia de hac par-
te cõstituit. inquit enim facultates ciuiũ ęquales esse debere. hoc autẽ per-
facile factũ esse: si statim ab ipsa conditione ciuitatis prouideretur. Postꝙ
vero cõdita esset difficilius quidẽ, attamẽ satis mature adæquari posse: si
diuites, dotes dent, neq; accipiãt. pauperes autẽ contrà: accipant dotes, at
Plato. nõ tradãt. Plato autẽ leges scribẽs vsq; ad aliquid censuit esse permittẽdũ:
supra autẽ quincuplũ earũ facultatũ quę minimæ essent: nemini licere ci-
uiũ possidere, vt prius dixim⁹. ℭ Sed oportet ne id quidẽ latere legislato- 14
res (quod certe nũc latet) ꝙ qui facultatib⁹ modũ imponũt: debẽt etiã filio-
rũ numero modũ imponere. nã si excedat filiorũ numerus, facultatũ mul-
titudinẽ: necessariũ erit legẽ abrogare. & sine illa abrogatiõe: improba lex
erit, vt quę ex diuitibus pauperes faciat. labor enim est: ne tales sint noui-

tatum actores. propter quam sane causam valet aliquid in republica, facultatũ exęquatio. & veterũ aliqui videntur cognouisse: vt Solon lege cõstituit. & apud alios lege cauetur: vt nõ q̃tum quisq; velit, sed q̃tum lex permittit, agri possideat. eadem quoq; ratione proprias facultates alienare leges vetant. vt est apud Locros lege cautum: ne quis patrimoniũ alienare possit, nisi euidentem calamitatẽ ostenderit superuenisse. pręterea vt antiquę hęreditates conseruẽtur. Quod sublatũ apud Leucada valde popularem eorũ ciuitatẽ effecit. non enim amplius euenit: ex taxatione census ad magistratũ assumi. ¶Sed possibile est ęqualitatẽ quidem facultatũ constitui: verũ illas, aut ita amplas esse vt delitiari liceat, aut ita exiguas, vt tenuiter victũ agant. patet igitur ꝙ nõ sufficiat facultates ęquatas fuisse à legislatore: sed mediũ coniectandũ esse. ¶Præterea si quis mediocres statuat omnibus facultates: nulla vtilitas est. magis enim cupiditates adæquãdæ sunt q̃ substãtiæ. hoc autẽ fieri nõ potest: nisi sufficiẽter disciplina ciuitatibus adhibita sit per leges. ¶Sed forsan respõderet Phaleas hoc ipsum se dicere. Censet enim horũ duorum æqualitatẽ ciuitatibus inesse debere, rerum possessarũ scilicet & disciplinæ. Sed quæ tandem hæc disciplina sit: exprimendũ fuit. & vnam eandẽ esse: nihil prodest. nam fieri potest, vt sit vna, eademq; disciplina: verũ eiuscemodi per quam cupidi fiant pecuniarũ, aut honoris, aut vtrorunq;. ¶Insuper seditiones oriũtur: non solum propter facultatũ, verũ etiam ob honorum inæqualitates. & id diuersum in vtroq;. nam multitudo quidem grauiter fert possessionum inæqualitatem: pręstantes autem viri inæqualitatem honorum. vnde illud ortum est, Honori incũbit tam ignauus q̃ bonus. ¶Non solum vero homines propter necessaria iniuriantur, quorum remediũ putant adæquationem facultatum, ne spolient alios propter frigus aut propter famem: verumetiã vt gaudeant, neq; concupiscant. nam si maiorem habent necessariorum cupiditatem: ob huiusmodi cupiditatis medelam, iniurias inferunt. Non ergo ob hanc solũ: verum etiam si concupiscant, vt sine molestia voluptate fruantur. Quod igitur horum trium remedium est? his quidem exiguum patrimonium & opificium, illis autẽ temperãtia: tertium vero si qui velint per se delectari, nõ aliũde q̃ à philosophia quærãt remediũ. nam cætera quidẽ hominibus sunt necessaria. ¶Cũ iniurias inferant plurimũ propter superflua, non propter necessaria: puta tyrannidẽ inuadunt: non vt frigus repellant (quapropter honor maximus habetur non ei, qui furẽ occiderit: sed ei qui tyrãnum) Phaleas itaq; paruis duntaxat iniurijs hac sua reipublicæ cõstitutione occurrit. ¶Pręterea multa statuere pergit, per quę ad seipsos recte instituti erũt: sed oportebat quoq; ad finitimos, ac peregrinos omnes. vt puta necesse est constitutã esse rempublicam ad bellicum robur: de quo ille nihil dixit. ¶Eodem modo de facultatibus. tantas enim esse oportet: vt non solũ ad ciuium vsus, verum etiam ad pericula externa sufficiant. quare nec ita magnas esse decet: vt finitimi potentiores concupiscant, quibus resisti non possit. nec rursus ita

Solon. Locri. Leucas. Phaleas. Phaleas.

paruas:vt cum paribus & ſimilibus bellum nequeant ſuſtinere. illæ vero nihil determinauit. Oportet autem neq; id latêre: quantas facultates habere conducat. forte recta determinatio fuerit:tantas eſſe debere, vt lucrũ ſuperantibus bello, ob exceſſum afferre nõ poſſint, ſed ita ſint quaſi nihil ſuperacquirant. quale Eubolus conſiderare iuſſit Autophradatem cum Atarnea obſidere vellet. vt cogitaret quanto tempore circa expugnationẽ eius loci detineretur, ac exiſtimaret illius temporis iacturam. velle enim pro minori pretio iam tunc Atarnea relinquere. quæ cum dixiſſet: Autophradatem in ſuam ſententiam traxit, & obſidionem prætermittere fecit.

Eubolus.
Autophradates.
Atarnes.

¶Habet igitur vtilitatem exæquatio facultatum inter ciues, ne inde ſeditiones oriantur:verum(vt ita dixerim)non admodũ magnam. nam & præſtãtiores conqueri poſſint:quaſi ipſi plus habere debeant. ex quo fit: vt ipſi ſæpe inſurgant ac ſeditiones concitent. ¶Præterea improbitas hominum inſatiabilis eſt. & primo quidẽ ſufficere dicunt pauca:vt duo æra minuta ſolum. mox vero vbi illa ſunt conſecuti, plura appetunt ſemper, quouſq; in infinitũ procedant. infinita eſt enim cupiditatis natura:ad cuius expletionem plurimi viuunt. horum igitur principium eſt magis q̃ tales facultates æquare:vt boni quidem & æqui ſuapte natura viri(pluſq̃ ſibi competat)habere non quærant. improbi autem, & ſi quærant:habere non poſſint. hoc autẽ fit:ſi pauciores ſint, nec iniuriã patiãtur. ¶Nec vero in hac ipſa exæquatione facultatum: recte eſt ab eo diſpoſitum. nam fundos & agros exæquat ſolum. ſed ſunt ſeruorum quoq; armẽtorumq; & pecuniarum diuitiæ, & apparatus ingens earum rerum, quam ſupellectilem vocitamus:an igitur omniũ horum exæquatio quęrenda eſt, vel moderatio quædã mediocris, an cuncta omittenda? ¶Videtur etiam ex ipſarũ legũ poſitione: ciuitatẽ exiguã cõſtituere. ſiquidẽ artifices omnes, publici erunt, nec multitudinem augebũt ciuitatis. ſed certe publicos eſſe eos qui publica faciunt opera oportet:quemadmodũ Epidamni, & quẽadmodũ Diophãtus quãdoq; Athenis cõſtituit. De Phaleæ igitur republica, fere ex ijs deprehẽdi poteſt:ſi quid ab eo bene ſit dictũ, aut nõ bene.

Epidamni.
Diophãtus
Athenæ.

QVINTI CAP. COMMENTARIVS.

OStendit alias eſſe reſpublicas, tum illiteratorũ, tum in ſapiẽtiæ ſtudio verſato-
rum, atq; etiã qui ciuiliter vixerunt:& vniuerſas quidẽ ijs quæ conſtitutæ ſunt, 12
& ſecundũ quas nunc degunt viciniores q̃ duæ illæ ſint de quibus ſuperior ha-
bitus eſt ſermo. nam nullus aliorum, neq; de filiorum cõmunitate, neq; de com-
munitate mulierum:talem aliquam introduxit nouitatem. neq; etiam de fœmi-
narum comeſſationibus : ſed ab ijs quæ magis neceſſaria ſunt, inchoant. ¶Tranſit ad illas
alias reſpublicas enucleandas:& primũ ad Carthaginenſem, quam poſuit Phaleas. narrans 13
quo pacto quibuſdam videtur maximũ eſſe:vt de facultatibus, ijs´q; quæ poſſidẽtur rebus,
recte ſtatuatur. nã hinc vniuerſas ſeditiones (niſi recte prouiſum ſit) oriri arbitrãtur. eã quoq;
ob cauſam Phaleas Carthaginenſis ante omnia de hac re diſpoſuit. inquit enim facultates
ciuium, æquas eſſẽ debere. hoc autem perfacile factu eſſe:ſi ſtatim ab ipſo ciuitatis exordio,
& q̃primum conditur prouideatur. ſimulatq; condita erit difficilius quidem: attamen tem-
peſtiue ſatis, ſi diuites, dotes dent, neq; accipiant. pauperes autem contrá:accipiant quidẽ,
& non tradant dotes. at Plato in legibus quas ſcripſit:vſq; ad aliquid cenſuit diuites accipe-
re dotes, ſed nullis licere ſupra quincuplum minimi cenſus, earũmq; facultatum quæ mini-
mæ eſſent poſſidere, ceu prius dictum eſt. ¶Oſtendit Phaleæ ordinationẽ circa facultatum 14

257

æquationem,nõ fuiſſe ſufficientem. Primò.nam id minime latère decet legiſlatores (quod adhuc profectò latet) eos qui facultatibus modum imponunt,debere etiam filiorũ numero imponere modum.nam ſi numerus filiorum,facultatum quantitatem excedat:neceſſarium erit abrogare legẽ, irritámq; facere.& ſine illa abrogatione lex erit improba: vtpote quæ ex diuitibus pauperes efficiat. vix enim fiet:ne tales nouitatum ſint actores,ſeditioſi ve fiant. Et qua de cauſa vtilitatem aliquam in ciuitatis adminiſtratione habet facultatum adæquatio:veterum etiam nõnulli cognouiſſe videtur,vt Solon,quia ea de re legẽ ſanxit. Et apud alios etiã lege cauetur:vt nõ quantum quiſq; velit,ſed quãtum lex permittit,agri poſſideat, identidem & proprias facultates venditioni exponere,leges vetant:vt eſt apud Locros lege cautum,ne quis vendat,niſi ingentem aduerſæ fortunæ calamitatem accidiſſe monſtrauerit.præterea & lege cautum eſt:vt antiquæ hæreditates conſeruẽtur. quod ſublatũ apud Leucada:valde popularem reddidit eorum ciuitatem.nam non amplius euenit Leucadis: à determinatis cenſibus,ad magiſtratus ſubuehi. ¶Secundo.Quia poſſibile eſt facultatum æqualitatem cõſtitui:verum eas eſſe ita amplas,vt delitiari & ad luxũ viuere liceat,aut ita tenues & modicas,vt inopia & pauperie,vita laboret. perſpicuũ igitur eſt,non ſufficere facultates à legiſlatore æquatas eſſe:verũ medium coniectare oportet. ¶Tertio.Quia tametſi legiſlator mediocres ciuibus omnib[9] ſtatuat facultates:neq; hoc quidem vtile ſatis ſit. nam magis cupiditates:q̃ ſubſtantiæ,facultatéſq; æquandæ.quod ſane fieri nunq̃ poſſit,niſi ſufficiẽter ciuitatib[9] diſciplina ſit per leges adhibita.debet igitur legiſlator:huiuſmodi legũ diſciplina, prius atq; accuratius ciues imbuere, q̃ facultates atq; opes æquare. ¶Quarto. Eſto dicat Phaleas hoc ipſum ſe dicere: arbitrari enim horum duorum, facultatum videlicet & diſciplinæ æqualitatem ciuitatibus ineſſe oportere. verum id non ſat eſt: ſed quæ tandem hæc eſſet diſciplina dicendum fuit. At dicit Phaleas:ciuium vnam & eandẽ ſcientiam eſſe oportere. Verum id dicere nihil iuuat.nam fieri poteſt vt omnium ciuium. vna eadẽq; ſit diſciplina:ſed quæ ſit eiuſmodi,per quam cupidi fiant pecuniarũ,aut honoris,aut vtrorunq;. ¶Quinto. Quia ſeditiones oriũtur inſuper non ſolum propter facultatum, verum etiam & propter honorum inæqualitates, contrario autem modo circa vtraq;. nam multitudo grauiter fert facultatum inæqualitatem,præſtantes autem viri:inæqualitatem honorum. vnde opus habeant honore:ſed hoc quidem Plebeus & inelegans,illo vero probitate præſtans. debuit igitur Phaleas & de honorũ æquandi ratione determinaſſe. ¶Sexto. Quia non ſolum homines propter neceſſaria,quæ à facultatibus proueniunt iniuriantur,quorum quidem malorum remedium eſſe putant facultatum adæquationem ne alios ſpolient propter frigus aut famem:verum etiam vt gaudeant,neq; concupiſcentia moleſtentur,iniuria laceſſunt. nam ſi maiore torquentur neceſſariorum cupiditate: propter illius medelã iniurias irrogant.& certe non propter hanc ſolũ:ſed & ſi non neceſſariorũ moleſta eſt concupiſcentia,etiam cõtumeliantur,vt ſine moleſtia voluptate fruantur.debuit igitur Phaleas:nõ modo de facultatum adæquatione, ſed concupiſcentiarum remedijs prouidiſſe. Sed quæres, Quod igitur horum trium concupiſcentiũ videlicet neceſſaria,concupiſcentiũ non neceſſaria,& volentium ſine moleſtia voluptate frui,remediũ eſt? Primis facultates paucæ,& aliquod opificium. ſecũdis temperãtia. tertijs philoſophia. nam ſi qui velint per ſeipſos ſine moleſtia gaudere,non aliunde q̃ à philoſophia remedium quærant. cæteræ enim medelæ: potius hominibus neceſſariæ,q̃ vere & per ſe voluptariæ. ¶Septimo. Quia homines maxime afficiunt iniuria propter abundantias quę neceſſarię non ſunt,non autẽ maxime propter neceſſaria. vt verbi cauſa tyrannidem inuadunt,non vt frigus repellant: ſed dominandi libidine atq; exceſſu. quapropter magnus honor habetur non ei qui furem ob neceſſaria interficit:ſed qui tyrannũ. minus igitur eſt facultates ęquaſſe,quę voluptates & cõcupiſcẽtias neceſſarias reſpiciunt:q̃ ſi concupiſcentijs exceſſuum,& rerum non neceſſariarum prouidiſſet. quare manifeſtum eſt: Phaleam paruis iniurijs in ſua reipublicæ conſtitutione occurriſſe,& magnas omiſiſſe. ¶Octauo. Pergit præterea Phaleas conſtituere multa,per quæ ciues inter ſe recte inſtituti erunt:ſed oportebat etiam ipſum inſtituiſſe per quæ ipſi ad finitimos ac exteros omnes recte ſe haberent. vt neceſſe eſt conſtitutam eſſe rempublicam ad bellicum robur,quod eſt ad exteros: de qua re nihil locutus eſt Phaleas. conſtat igitur ipſum:inſufficienter rempublicam conſtituiſſe. ¶Nono. Quia ſimili quoq; modo de ipſis facultatibus,male eadem de cauſa prouidit. nam eas tantas eſſe oportet:vt non ſolũ ad ciuium vſus,ſed & etiam vt ad externa pericula ſufficiãt. quare nec ita magnas eſſe oportet: vt finitimi potentiores concupiſcant,quibus reſiſti non poſſit. neq; rurſus ita exiguas,vt cũ paribus & ſimilibus nequeant bellũ ſuſtinere. at ille de earum quantitate: nihil determina-

uit. Sed dices. Quantas oportet esse facultates? & recte quidē. nam id minime latere decet: quātas cōducat esse facultates. Et forte recta huius rei determinatio est: tantas eas esse debere, vt lucrum hostibus, si forte bello superent, ob earum excessum afferre non possint. sed ita eis sit, vbi etiam superarint: quasi nihil superacquirant. quale Eubolus considerare iussit Autophradatem: cū Artanea obsidere vellet. iussit enim vt cogitaret quanto tempore circa expugnationē eius loci detineretur: ac æstimaret illius temporis iacturā. velle enim pro minori pretio etiam tunc Artanea relinquere. quæ cum dixisset: Autophradatem in suā sententiam traxit, fecit'q; vt solueret obsidionē. ¶ Decimo. Quia q̄uis facultatum adæquatio vtilitatē habeat inter ciues, ne seditiones oriantur: non tamen admodū validam (& vt ita dixerim) efficacē. nam præstantiores cōquerí possint: quasi indignū sit, si cæteri æquale ipsis percipiant. quapropter frequenter insurgūt: & seditiones concitant. ¶ Vndecimo. Insuper parū est facultates æquare. quia hominū improbitas insatiabile quiddā est: & primo quidem aiūt sufficere pauca, vt duo trientes duntaxat, mox vero vbi sunt illa pauca consecuti, semper plura auent, quousq; in infinitum euadant. nam infinita, interminaq; est cupiditatis natura, ad cuius expletionē q̄plurimi viuūt. ab his igitur potius incipiendū: q̄ ab huiusmodi æquatione facultatū. vt boni quidem & æqui natura viri, plusq̄ sibi competat habere nō quærāt: improbi autē, etsi quærāt, habere nō possint. hoc autem erit si pauciores sint & virib⁹ inferiores, nec iniuria afficiātur. ¶ Duodecimo. Quia etiā de facultatū æquatione: nō recte diffiniuit. nam solum fundos & agros equat. at sunt seruorū & armentorū, & pecuniarū diuitiæ, & ingens reliquæ supellectilis apparatus: an igitur horum omniū exæquatio quærenda est, aut moderatio quædam mediocris, an prætermittenda sint cūcta? ¶ Tertiodecimo. Quia etiā videtur Phaleas: ex legum suarum positione, ciuitatē exiguam cōstituere. nam in re sua publica: artifices omnes publici erūt. neq; quisq̄ eorum in ciuem assumetur: ad ciuitatis cōplementū. attamen par est publicos & negotia publica tractātes: esse (sicut Epidamni) ciuitatis participes, & quemadmodū Diophantus quandoq; instituit Athenis. de Phaleæ igitur republica. ex his fere deprehendi potest, si quid ab eo recte, an perperam dictum est.

ANNOTATIONES AD CAP. QVINTVM.

Aristoteles.
Plutarchus
Vlysses.
Eubolus.
Autophradates.
Plutarchus
Pyrrhus.
Cyneas.
Demosthenes.

QVàm illæ duæ. Socraticæ scilicet. Prima quæ in republica, & maxime vna. & se- 12
cūda quæ ex tyrannide & populari gubernatione composita. ¶ Non solum vero 14
homines propter necessaria. Necessaria dicit vt cibus, & potus ad vitæ necessitatem: non ad voluptatem, & stomachi lenocinia. vestitus ad defendendā nuditatem: non ad luxum, & vanam ostentationem. & hæc necessarias & naturales afferunt voluptates. sicut pulmenta, moreta, oxygara, vnguenta: & id genus superfluas & innaturales. & de his necessarijs & eorum voluptatibus, & non necessarijs & cōsimilibus voluptatibus: Aristoteles cap. vndecimo tertij Ethicorū. & Plutarchus in eo dialogo: in quo inducit Vlyssem cum Grillo vno suorum sociorum in porcum à Circe mutato, disputantem introducit. ¶ Nam cætera quidem hominibus necessaria. alia duo priora remedia hominibus sunt necessaria, & necessarias ac naturales afferunt delectationes. Tertium vero remedium, quod à Philosophia petitur: non iam necessarium sed honestum, & nobiliorem conditionem sortitum est: honestissimas afferēs voluptates. necessarium enim ad esse: honestū vero ad bene esse. necessariū vtilitatem: honestum vero continet dignitatem. ¶ Quale Eubolus considerare iussit Autophradatem. simile Plutarchus in vita Pyrrhi Epirotarum regis pene affert de Cynea Thessalo, qui fuerat Demosthenis auditor. illud exemplum aliquando me adduxisse memini: in annotationibus quarti capitis, quarti Ethicorū: vbi de modestia tractatur.

¶ De Hippodami & Milesiorum republica. Cap. VI.

Hippodami & Milesiorum respublica.
Euryphon.

HIppodamus autem Euriphōtis, Milesius: qui & ciuita- 15
tum diuisiōes inuenit, & Pireū incidit: cū esset quoq; in cætera vita morosior propter gloriæ cupiditatē, vsqueadeo vt quibusdam videretur vitæ esse superfluæ, capillorum prolixitate & ornatu sumptuoso, præterea vestitu frugali quidem, sed admodum calido non in hyeme solum, verum etiam in æstate. studiosus autē de omni natura esse volens: primus omnium qui non in republica versati essent, aggressus est aliquid
dicere de optimo ciuitatis statu. ¶ Constituit autem ciuitatem multitu- 16

dine quidem decem millium virorū:in tres diuisam partes.faciebat enim vnam partem artifices, alteram agricolas, tertiā propulsatores belli atq; arma tenentes. ¶Diuisit quoq; regionem in tres partes: vt esset pars vna sacra,alia publica,tertia priuata. Vnde cultus fieret dijs:sacra.vnde vero belli propulsatores alerentur:publica.quę autem agricolarum foret:priuata. ¶Legum quoq; tres esse species solum putabat:de quibus vero iudicia fierent,totidē esse numero,iniuriam,damnū,cędem. ¶Lege quoq; statuebat vnum iudiciarium forum principale:ad quod omnia quæ male iudicata viderentur reuocarentur.idq; constituebat ex senibus quibusdam delectis. ¶Sententias vero in iudicijs non calculis ferendas esse censebat:sed vnumquēq; iudicem tabellam afferre,in qua scriberet,si condēnaret simpliciter, sententiam. sin absolueret simpliciter: vacuam.sin partim condēnaret,partim absolueret:idipsum definiret.nam vt nunc quidē fit, non recte prouisum à lege existimabat: quia cogantur homines peierare,aut hoc aut illud iudicantes. ¶Ferebat quoq; legem:de ijs qui vtile quippiam ciuitati reperissent,vt honoribus afficerentur. ¶Filios autem eorū qui pro patria bellando occubuissent:ex publico alendos esse.quasi id nondum apud alios fuisset lege prouisum.nam est Athenis ea lex nūc: & in alijs quibusdam ciuitatibus. ¶Magistratuū vero omnium electiones populo attribuit.Populum autem faciebat:illa tria genera ciuiū.qui vero delecti essent: eos reipublicæ curam habere debere,& peregrinorū, & pupillorū. Plurima igitur ac maxime digna memoratu in Hippodami constitutione:ista sunt. ¶Sed primo dubitabit aliquis de partitione ciuium.Nam & artifices,& agricolæ,& qui arma tenēt:omnes in reipublicæ communione versantur.verum agricolæ quidem arma non habent, artifices autem neq; arma neq; agros.quare quodam modo eorum serui fiunt qui habēt arma.Participes igitur esse omnium honorum impossibile est.quādoquidem necessariū sit ex ijs qui habent arma cōstitui belli duces,& custodes ciuiū,& principalissimos(vt ita dixerim)magistratus. q; si participes non sunt reipublicæ:quomodo bono animo esse poterunt in republica? ¶Enimuero potentiores oportet esse illos qui arma tenent ambabus partibus:id autē non facile est,nisi multitudine exuperent.q; si hoc erit:quid opus est alios participes esse reipublicæ,& suffragia magistratuum habere? ¶Præterea. agricolæ quid vtilitatis afferunt ciuitati? artifices autē esse necessariū est. nam omnis ciuitas artificibus indiget:& possunt proficere ex artibus, quemadmodū in alijs ciuitatibus. sed agricolæ si habentibus arma,victum parant:merito essent pars aliqua ciuitatis.at illic priuatim habent agros, priuatimq; colunt. ¶Præterea.publicos agros ex quibus propulsatores belli victū habere oportet, si ipsi ijdē colant, non esset ab agricola aliud propulsator belli: quod legislator esse vult.sin alij quidem ab agricolis & propulsatoribus: quartū erit mēbrū ciuitatis nullius particeps, sed alienum à republica.Q; si quis dicat eosdē agricolas,& proprios colere & publicos agros:tūc fructuū multitudo

Athenæ.

17 Reprobatio

non sufficeret, ex quibus singuli binis domibus habeât ministrare. deinde quam ob rem non statim ex eisdẽ agris pro sua sorte sibi alimenta sumant, & propulsatoribus exhibeant. hæc sane omnia magnam continent turbationem. ¶ Nec de iudicio quoq; recte se habet lex: quæ iudicare dignum ducit separatim lite simpliciter scripta: ita vt ex iudice fiat arbiter. hoc enim in arbitrario iure, & pluribus, recipitur (nam conferunt inter se de sententia ferenda) sed in iudicijs non recipitur. imò legum latores pleriq; contrà statuunt: ne iudices inter se colloquantur. ¶ Deinde quomodo nõ erit litigiosa sententia: cum iudex debere quidem arbitrabitur, nõ tãtum autem quantũ petitor. nam si petitor viginti minas postulabit: iudicum autẽ vnus decem minas iudicet, aut hic quidẽ plus, alius quinq;, alius quatuor, & hoc modo videlicet partiantur, & alij in totũ condemnent, alij in nihilum: quis erit modus sententiarum concordandarum? ¶ Pręterea nemo peierare cogit simpliciter condẽnantẽ vel absoluentẽ, siquidem simpliciter accusatio scripta est iuste. non enim cum absoluit, nihil debere iudicat: sed viginti minas non debere. At ille iam peierat qui cum putet viginti minas non deberi: tamen condẽnat. ¶ De eo autem q; inuenientibus aliquid cômodum ciuitati, honores aliqui tribuendi sint: non est tutum lege cauere. sed bono vultu talia audienda sunt solum. cõtinet enim calumnias, & motum forsan reipublicæ. ¶ Et incidit in aliam quæstionem & considerationẽ aliam. nam dubitant nonnulli: vtrũ damnosum sit vel vtile ciuitatibus leges patrias mutare, si sit alia melior. quapropter non est facile dicto statim assentiri: siquidem non conducit mutare. fieri autẽ potest: vt inducatur aut aliquarũ legum, aut reipublicæ dissolutio, tanq̃ cômune bonũ. ¶ Sed cum in hanc mentionem inciderimus: 18
etiam pauca de eo perstringẽda sunt melius. habet enim (vt diximus) dubitationẽ: & melius videri potest, vt mutationem recipiant. nam in alijs quidẽ scientijs: hoc prodest. ceu si medicina ab institutis patrijs mutetur: & gymnastica, & aliæ artes atq; facultates. quarum cum vna sit ponenda ciuilis disciplina: patet in ea quoq; eandem rationem esse tenendã. ¶ Probari autem hoc dicet aliquis: & in ipsis rebus. antiquæ enim leges nimiũ rudes erant & barbaræ. armati siquidem ferro, incedebât Græci: & vxores emebât inuicem. & quotcunq; vetusta iura alicubi extant: penitus rudia sunt. ceu apud Cumas de cęde lex est: si accusator multos testes inducat ex agnatis proprijs: reum esse cædis, contra quem probatur. ¶ Quærunt autem omnino non patriũ: sed bonũ omnes. Putandũmq; est priscos illos homines, siue ex terra geniti fuerint, siue ex corruptione aliqua seruati, similiter fuisse ignaros & imprudentes, ceu de terra natis dicitur. quare absurdum fuerit in eorum opinionibus persistere velle. ¶ Præterea neq; leges scriptæ meliores sunt: si sint immutabiles. vt enim circa artes alias: sic etiam circa ciuilem institutionem impossibile est singula exacte scriptis comprehendere. nam necesse est vt generaliter scribantur. at actiones circa singula existunt. ex his ergo videtur: & quasdam leges: & quan-

Græci.

Cumæ.

doq; esse mutandas. ¶Alio autem modo considerantibus:cauendum vi-
detur esse maxime. nam cũ id fuerit: vtilitatis quidem accessio parua fit.
assuescere vero facile leges mutare:improbandum. ¶Constat vero errata
quædam esse toleranda & legum latorum & magistratuũ.non enim tan-
tum proderit qui corrigere perget:quantũ nocebit assuefactio superiori-
bus non parendi. ¶Mendax & de artibus exemplum. neq; enim simile
est mutare artem atq; legem.nam lex nullam vim habet ad suadendũ:nisi
ex more.mos autem non fit nisi temporis longitudine.quare facile muta-
re leges ex præsentibus in alias nouas:infirmã facere est vim legis. ¶Pre-
terea si mutandæ sunt leges:vtrum omnes & in omni republica,an non?
19 & vtrũ à quocũq; an à quibusdam? ¶In his enim magna est differentia.
quapropter nunc quidem omittamus considerationem hanc. nam alio-
rum est temporum.

SEXTI CAP. COMMENTARIVS.

15 QVisnam & qualis Hippodamus, qui de optima republica scripsit,fuerit: nar- Instituta
rat.fuit enim Milesius Euryphontis filius,laudis & gloriæ appetitor,& in otio Hippod-
16 vitam egit,à fori strepitu & negocio semotus. ¶Paucis'que & strictim:reipu- mi.
blicæ Hippodami cõstitutionem institutis nouem comprehẽdit. Primũ.Hip- 1
podamus ciuitatem,decem millia virorum cõtinere voluit: quam in tres par-
tes diuisit,artifices,agricolas,& propulsatores belli qui arma tenerent. ¶Secundũ.regionẽ 2
diuisit in tres partes, sacram,publicam, priuatam.sacram vocabat:vnde cultus dijs fieret.
publicam:vnde belli propulsatores alerẽtur.priuatam:quæ esset agricolarum. ¶Tertium. 3
Hippodamus tres duntaxat legum species esse censuit:de iniuria videlicet,de damno,& de
cæde.& totidem esse:de quibus iudicia fierent. ¶Quartum.lege sancijt vnum iudiciarium 4
forum præcipuum:ad quod (si quid male iudicatum videretur) prouocaretur,id'que voluit
esse ex senibus quibusdam delectis. ¶Quintum.sententias in iudicio non calculis esse fe- 5
rendas voluit: sed quenq; iudicum tabellam afferre: in qua scriberet sententiã si simpliciter
condemnaret.sin absolueret simpliciter:afferret vacuã. si vero partim condemnaret & par-
tim absolueret:idipsum definiret.nam vt nunc fit:non recte putabat lege cautum fuisse, q
cogãtur homines deierare,aut simpliciter condẽnantes,aut absoluentes simpliciter. ¶Se- 6
xtum. legem tulit: vt ij qui quippiam ciuitati vtile comperissent, honoribus afficerentur.
¶Septimum.aliam tulit legem:filios eorum qui pro patria in bello occubuissent,ære publi- 7
co esse alendos.sed id ante apud alios:lege erat prouisum.nam ea lex:Athenis,& plærisque
alijs ciuitatibus adhuc perdurat. ¶Octauum. omnium magistratuum electiones populo 8
attribuit. populum autem vocat:quem tria genera ciuium,artificum scilicet,agricolarũ &
propulsatorũ constituunt. ¶Nonum. eos qui in magistratum delecti essent:voluit curã rei- 9
publicæ habere debere, & peregrinorum atq; pupillorũ.hæc sunt quæ maxime memoratu,
17 scituq; digna sunt : in constitutione reipublicæ Hippodami. ¶Ostendit cõstitutionem rei-
publicæ Hippodami:non satis rationabiliter stabilitam.Primo.Quia quis iure dubitauerit:
de partitione ciuiũ,quam facit Hippodamus,in artifices,agricolas,& tenentes arma,quos
omnes munium reipublicæ participes esse vult.sed agricolæ arma non habent: artifices ve
ro neq; arma neq; agros.quare & agricolæ & artifices:quodãmodo serui fient eorum,qui ar
ma tenent. qui igitur fieri possit: vt omnium honorum participes sint? id profecto impos-
sibile.& maxime quidem cum necessarium sit ex ijs qui arma tenent,constitui belli duces,
& custodes ciuium : & maxime præcipuos (vt ita dixerim) magistratus. quòd si participes
non sint omnium reipublicæ munerum:quomodo bono animo esse poterunt in republica?
¶Secundo. Quia in ea republica:potentiores esse oportet, reliquis duabus partibus eos,
qui arma tenent, cum magistratuum summa penes eos esset, & reprimendarũ seditionum
& aliarum iniuriarum potestas. atqui id non facile est: nisi multi existant. q si multitudine
sunt sufficienti:quid opus iam alios munerum reipublicæ esse participes,& suffragia magi-
stratuum habere? ¶Tertio.Quid præterea agricolæ,suæ ciuitati vtilitatis afferũt?artifices
autem necessarij,illi sunt.nam omnis ciuitas:artificibus indiget.& potest sua ciuitas sensim

ex artibus proficere,ceu in alijs ciuitatibus fieri videmus.at non sic est de agricolis.nã illic
agricolæ priuatim habent agros, priuatimq; colunt. verum si agricolæ victum pararẽt ha-
bentibus arma: merito pars aliqua ciuitatis statuerẽtur. ¶Q uarto.Q uia publicis insuper
agris erit opus: ex quibus propulsatores ipsos, armáq; tenentes,victum habere oporteat.
quos si ipsi ijdẽ colant:non erit propulsator belli & agricola aliud:quod legislator esse vult.
sin alij ab agricolis & à propulsatoribus, publicos agros illos colant: quartũ inducetur ciui-
tati membrum,nullius particeps,sed a sua republica alienum. At vero si dicat eosdem agri-
colas,proprios & publicos colere agros: tũc fructuũ multitudo non sufficiat,ex quibus sin-
guli binis domibus habeant subministrare. præterea cuius gratia propulsatoribus belli mini-
strabunt ex terra,& ijs quæ suæ sunt sortis:& non potius sibijpsis alimẽta sument? hæc sanè
omnia magnã continent difficultatem. ¶Q uinto. Q uia lex ab eo de iudicio lata:nõ recte
se habere videtur. quæ dignum existimat separatim iudicare lite simpliciter scripta:& iudi-
cem fieri arbitrum.id enim in arbitrario iudicio fit,& pluribus committitur (nam plures illi
inter se cõferunt de sentẽtia ferenda) sed in publicis iudicijs, id non admittitur. imò legũla-
tores plæriq; contra statuunt:ne iudices inter se colloquãtur. ¶Sexto.Q uia hæc circa iudi-
cia ordinatio:sententiã facit controuersam, & nulla fultam concordia. verbi causa si iudices
arbitrabuntur non tantũ reum debere, quãtum exigit petitor. nam si petitor viginti minas
exiget,& iudicum vnus decem minas iudicet,& alius quinq;,& alius quatuor,& hoc pacto
particulatim,& alij in totum condemnent,alij in nihilum:quis erit tandem sententiarũ con-
ciliandarum modus? ¶Septimo.Q uia id præterea non recte se habet:q̃ censet nunc peie-
rare iudices aut condẽnantes simpliciter,aut simpliciter absoluentes: nã nemo peierare co-
git,simpliciter aut condemnantẽ aut absoluentẽ: si accusatio simpliciter iuste scripta est. vt
verbi causa q̃ debeat viginti minas.quòd si non: neq; etiam peierat.nã cum absoluit: neu-
tiquam nihil debere iudicat, sed viginti minas non debere. verum ille iam peierat, qui cum
putet viginti minas non deberi,tamen condẽnat. ¶Octauo.Q uia non est tutum eam legẽ
ponere,quam posuit Hippodamus: de ijs qui quippiam vtile inueniunt ciuitati,vt hono-
re aliquo afficiantur. sed huiusmodi legibus: oculis duntaxat est annuendũ. nam ita facere:
continet calumnias,& mutationẽ forsitan reipublicæ. ¶Nono.Q uia ex illa lege q̃ ciuitati
quippiã vtile reperiẽtes honore afficiantur: alia grauis irrepit dubitatio. vtrũ videlicet dam-
nosúmne sit,an vtile ciuitatibus leges patrias mutare, si alia quæpiam melior comperiatur
atq; vtilior.quare haudquaq̃ facile est ilicò dictæ legi assensum præbere:si non conducit pa-
trias leges mutare.nam fieri potest:vt inducatur aliquarũ legum,aut reipublicæ dissolutio,
tanq̃ cõmune bonum. ¶Cum ratione illius legis Hippodami de rerum inuẽtoribus,incide- 18
rit Aristoteles in illam quæstionẽ:an obsit an prosit ciuitatibus leges patrias mutare,si me-
liores inueniãtur,discutit exactius illam,ad vtrãq; partem.& primũ melius,conducibiliúsq;
esse:vt mutationẽ recipiãt. Primo.Q uia in alijs scientijs:prodest melioribus inuentis,prio-
ra tollere:vt medicinã,gymnasticam,& alias facultates omnes,ab institutis patrijs demuta-
ri:melioribus inuentis.cum igitur huiusmodi facultatũ,disciplina ciuilis vna sit: constat in-
uẽta meliore,ratione,iuréq; eodem esse mutandã. ¶Secundo.Q uia id experientia præter-
itarum rerum monstrat.nã antiquæ leges nimium rudes erãt:vt Græcos incedere armatos,
& vxores emere inuicem.& quotquot vetusta iura alicubi reperiuntur,rudia sunt omnino:
vt ea lex quæ apud Cumas de cæde, si accusator plures testes inducat ex agnatis proprijs,
reum esse cædis qui accusatur.et iam leges illæ & instituta mutata sunt.iuuat igitur patrias
leges mutare:si meliores inueniãtur. ¶Tertio.Q uia omnes omnino quærunt non patrium:
sed bonũ.& putandũ est priscos illos homines siue ex terra geniti fuerint,siue ex corruptio-
ne aliqua saluati:simili modo rudes fuisse & imprudẽtes,ceu de terrigenis dicitur.quare ab-
surdum fuisset:in eorum opinionibus perstitisse.& nunc quoq; absurdũ,vbi meliora reperta
erunt:in rudioribus,deterioribúsq; persistere velle. ¶Q uarto. Q uia nõ iccirco leges scriptæ
meliores erunt si sint immutabiles. nam vt in alijs artibus:sic & in ciuili institutione impos-
sibile est cuncta exacte scriptis comprehendere.quandoquidẽ necesse est: vt generali cõpre-
hensione scribãtur.at actiones circa singula versantur.Ex his igitur videri potest:quasdã pa-
trias leges,etiam quãdoq; esse mutandas. ¶Differit ad partem alterã.cauendũ esse vel ma-
xime patrias leges mutare. Primo.quia cum fiet huiusmodi mutatio:parua fieri solet vti-
litatis accessio.& etiam assuescere facile leges mutare:improbum esse videtur. ¶Secundo.
Q uia manifestum est: errata quædam & legumlatorũ & magistratuũ esse toleranda. nã qui
corrigere perget: non tantũ proderit,quantũ ciuitati oberit superioribus nõ parendi assue-
factio.quare etiam patriæ leges tolerandæ erunt, non corrigendæ,aut mutãdæ. ¶Tertio.

Q uia captioſum & fallax eſt:de artibus ſupra adductum exemplum. nam ſimile non eſt ar
tem mutare & mutare legem. quia lex nullam vim habet: quo ſtabilis ſit & ſuaſa ſufficien-
ter,niſi ex conſuetudine.conſuetudo vero non niſi longo temporis paratur interuallo.qua-
re qui prompti ſunt mutare leges ex præſentibus in alias nouas:infirmam vim legis faciunt.
¶Q uarto. Q uia ſi mutādæ ſunt leges:vtrum omnes,& in omni republica,an non,& vtrū
à quocunq;,an à quibuſdam?hęc difficultatem ingerunt.ſatius igitur videtur:ipſas non eſſe
19 mutandas. ¶Se excuſat de vlteriori quæſtionis determinatione. quia in his reuera ad par-
tem vtranq; adductis rationibus:magna controuerſia eſt.quare ſatius videtur:hanc in præ-
ſentiarum miſſam facere conſideratione. nam in aliud tempus:eius diſcuſſio eſt reſeruāda.

ANNOTATIONES AD CAP. SEXTVM.

18 PVtādum eſt priſcos illos homines: ſiue ex terra geniti fuerint. De prima hominū
generatione ſcriptorum antiquiſſimus Moſes. Formauit (inquit) dominus deus Moſes.
hominē de limo terræ: & inſpirauit in faciē eius ſpiraculum vitæ. & hæc hiſtoria
ſacra,& vera eſt.ex qua videtur mutuatus rerū geneſim Ouidius. Poſtq̄ (inquit) Ouidius.

Ceſſerunt nitidis habitandæ piſcibus vndæ,
Terra feras cæpit,volucres agitabilis aër,
Sanctius his animal mentis'q; capacius altæ
Deerat adhuc,& quod dominari in cætera poſſet
Natus homo eſt.ſiue hunc diuino ſemine fecit
Ille opifex rerum mundi melioris origo.
Siue recens tellus,ſeductáq; nuper ab alto
Æthere:cognati retinebat ſemina cæli
Q uam ſatus Iapeto mixtam fluuialibus vndis,
Finxit in effigiem moderantum cuncta deorum.
Sic modo quæ fuerat,rudis & ſine imagine tellus:
Induit ignotas hominum conuerſa figuras.

¶De Lacedæmoniorum republica Cap.VII.

20 DE Lacedæmoniorum autem republica,& Cretenſium, Lycurgi &
fere autem & de aliorum rebuſpublicis:duo ſunt conſi- Lacedæmo
deranda.vnum ſi quid recte an non recte ad optimā cō- niorum re-
ſtitutionem lege ſit ordinatū.alterum ſi quid ad ſuppo- publica.
ſitionem & modū ſubcōtrariæ ipſis ſuppoſitæ republi-
cæ.Q; igitur neceſſariū eſt in bene cōſtituenda republi-
ca,neceſſariorū adeſſe facultatē: omnes fatentur.ſed queādmodū id futu-
rum ſit:non facile eſt comprehendere.nā & Peneſtiæ Theſſalorū,frequē- Theſſali.
ter inſurrexerunt.ſimiliter autem & Ilotes Lacedæmoniorū.nam in caſi- Lacedæmo nij.
bus eorum aduerſis: nunq̄ inſidiari deſtiterunt.Verum apud Cretenſes Cretenſes.
nihil adhuc tale accidit.Cauſa forſan eſt. quia vicinæ ciuitates,quamuis
inuicem bellum gerāt: tamen aduerſus nullam rebelles bello coadiuuāt.
quoniam id non conducit: quādo & ipſas poſſeſſiones habent, domibus
eorum finitimas.at Lacedæmoniorū finitimi omnes, inimici erāt:Argi- Lacedæmo
ui,Meſenij,& Arcades.nam & Theſſalis ab initio rebellarunt:dum cum nij
finitimis Acheis, & cum Perrebis & Magneſijs gererent bellum. ¶Vi- Argiui.
detur autem etſi nihil aliud:attamē hoc ipſum eſſe cura perdifficile, quē- Meſenij.
admodū cum eis ſit conuerſandum. nam ſi remiſſe erga illos te geras: in- Arcades.
ſoleſcunt illi quidem,ac ſe pares dominantibus exiſtimant.ſin aſpere tra- Theſſali.
ctentur: inſidiātur, atq; odio habent. patet igitur:non reperire optimum Achei.
modum eos,quibus iſta contingunt,erga ſubiectos. ¶Præterea remiſſio Perrebi.
in mulieres:& ad propoſitum reipublicæ nocet & ad concordiā ciuitatis. Magneſij.

Vt enim domus partes sunt vir & vxor: ita propemodũ & ciuitatem bifariam diuidi censendũ est in virorum multitudinẽ ac mulierum. quocirca in quacũq; republica male prouisum est circa mulieres: in ea putandũ est medietatẽ ciuitatis lege esse male ordinatã. quod ibi contingit. volens enim legislator totam ciuitatem esse duram ac laborum patientẽ: in viris quidẽ id fecisse constat, in mulieribus autem omisisse. Viuunt enim molliter, ac in omnem licentiã dissolutæ. Quare necessariũ in tali republica, diuitias haberi in pretio: multo magis q̃ si à mulieribus abstinerẽt. quod

Celtæ. accidit plærisq; militaribus, bellicosisq; generationibus, præter Celtas, & si qui alij coitum masculorũ palàm receperunt. Videtur autem, qui primus fabulatus est: non irrationabiliter venerem marti coniunxisse. nam omnes huiusmodi homines proni videntur ad eam quæ masculorum aut ad eam quæ mulierum conuersationẽ. Quapropter apud Lacedęmonios hoc fuit. Multáq; in eorum principatu a mulieribus administrabantur. Etenim quid refert vtrum mulieres ipsæ gubernẽt: an eos qui gubernãt, à mulieribus gubernari? idem enim accidit. Cúmq; audacia ad nullũ obsequium vtilis sit, nisi forte ad bellum: maxime nociue etiã ad hoc ipsum

Thebani. Laconum mulieres erant. patefecerunt hoc in Thebanorũ aduentu. non enim magis vtiles præstiterunt se, q̃ aliarum ciuitatum mulieres: & turbam inferebant magis q̃ hostes. Ab initio igitur rationabiliter contigisse Lacedæmonijs videtur in mulieres indulgẽtia. nam propter militiã mul-

Argiui. tum temporis domo absfuerant: aduersus Argiuos, deinde aduersus Ar-

Arcades. cadas & Mesenios bellum inferentes. exercentes enim seipsos: legumlato-

Mesenij. ri præstabant assuefactos propter militarem vitam. multas enim: cõtinet

Lycurgus. virtutis partes. Mulieres autem fertur Lycurgus deducere conatus, ad leges: at vbi repugnabant, abstinuisse tandem. Causæ igitur factorum hę sunt. quare manifestum q; & huius peccati. Sed nos non id consideremus cui venia danda sit, vel non danda: sed rectúmne sit, an non rectum. quæ autem circa mulieres non bene se habent: videntur (vt diximus ante) non solum ipsa indecentiam quandã facere in republica, sed impellere quoq; ad cupiditatem pecuniæ. ¶Post certe illa quæ nunc dicta sunt: inæqualitatem rerum possessarũ, quispiam illis increpare possit. nã eorũ quibusdam hoc euenit: vt magnã nimium opulentiam haberẽt: alijs vero vt penitus exiguam. quaptopter ad paucos deuenerũt agri. hoc autem ex eo accidit: quia male fuerat lege prouisum. emere enim, aut vendere quod habeas: ordinauit non esse honestum, & recte id quidem. sed donare ac testamento relinquere concessit: atq; idem accidat necesse est per hunc modũ & illum. nã sunt mulierum fere ex quinq; partibus totius regionis duæ: multis hęredibus institutis. Et ob traditionem dotum magnarum. atqui melius erat aut nullam, aut paruam, aut mediocrẽ esse cõstitutam. nunc autem licet donare ex testamento cuicunq; libuerit: etiam si nullo instituto hærede decesserit, ipse cuicũq; voluerit, dat. ex quo factum est vt regio sufficiens mille & quingentos equites alere, peditum autem triginta mil-

lia:ne mille quidem totos habeat.probarunt autẽ opera ipsa:praue apud illos in hac parte fuisse prouisum. nam ne vna plaga suscepta: ciuitas ea corruit,ob hominũ paucitatem. Aiunt etiam per tempora primorum regum:nouos homines permultos ciuitate donatos, ob numerum ciuium (qui bello diminuti multo tempore fuerant)adaugendum.et aiunt fuisse quandoq; Spartiatis decẽ millia. attamen siue sint ista vera, siue nõ sint: melius est per adæquationem possessionũ implere hominibus ciuitatem. Spartiatæ, id est Lacedæmonij. ¶Cõtraria etiã quodãmodo est huic prouisioni: lex illa circa prolis procreationẽ. Volens enim legislator q̃ plurimos fore Spartiatas: induxit ciues ad multitudinem procreandã. Est enim illis lex: qui tres genuerit filios,eum esse immunẽ à custodia.qui vero quatuor:immunẽ esse ab omnibus.atqui patet:q; si multi gignantur in regione sic distributa,necessarium multos fieri pauperes. ¶Enimuero & quæ circa Ephoros cõstituta sunt:praue se habent. Ephori qui & tribuni plebis. Hic enim magistratus maximarũ apud illos rerum potestatem habet.sumuntur autem ad eum,ex plebe omnes. quare sæpe cõtingit homines valde pauperes in hac potestate cõstitui: qui propter egestatẽ venales fiunt.ostenderunt & sæpe prius,& nunc in Andrijs. Andrij. corrupti enim pecunia quidã: quantũ in se fuit totam rempublicã euerterunt. & propter eius magistratus nimiam potestatẽ ac tyrannidi parẽ: etiam reges ipsos populares fieri compulerunt.vt in hac quoq; parte respublica læderetur.nã popularis status:ex optimate resultauit.Continet tamen rempublicam magistratus ipse. acquiescit enim plebs ex eo: quia maximi magistratus capax est. quare siue per legislatorem, siue per fortunam hoc euenit:cõducibiliter se rebus habet.Oportet enim rempublicam(quæ duratura sit)velle:vt omnes ciuitatis partes constẽt atq; in statu suo permaneãt.reges ergo propter honorẽ suum ita se habebunt.præstantes autem viri propter senatum.nam ea dignitas virtutis est præmiũ. plebs autem propter Ephoriam.nã constituitur ex omnibus.Sed oportebat hunc magistratum sumi quidem ex omnibus:non tamen per hunc modum,per quẽ nunc fit. est enim nimiũ puerile.præterea & iudicandi de rebus magnis potestatẽ habent homines vtcunq;. itaque melius esset non secundũ propriam mẽtem eos iudicare: sed secundũ literas & leges. ¶Est etiam Ephororum viuendi modus: nequaq̃ conueniens proposito ciuitatis.nam Ephori quidẽ molliter viuunt:in cæteris autẽ tanta asperitas est vitæ,vt nequeãt homines illam perferre,sed clàm trãsgredientes legem,corporis voluptatibus fruuntur. ¶Senatorũ quoq; potestas non recte apud illos constituta est.nam si sint viri æqui & boni ac sufficiẽter ad virtutẽ eruditi:dicet forsan aliquis ciuitati conducere.attamen q; per omnem vitam magnis de rebus discernendi potestatẽ habeant:periculosum est.est enim vt corporis:sic etiam mentis senectus. per hunc autẽ modum eruditis:vt & legislator ipse diffidat tanq̃ non bonis viris,nequaq̃ tutum. ¶Videntur autem ij qui in hac potestate constituti sunt: dona largiendi gratificandiq; ex cõmunibus permultã facultatẽ habere.quapropter me-

lius erat eos non esse absq; vlla correctione.nunc autem sunt. ¶ Videtur autem Ephororum magistratus omnes alios magistratus corrigere. hoc autem Ephorię nimiũ certe permissum est munus.& non per hunc modũ dicimus correctiones effici oportere.¶ Insuper creatio ipsa senatorũ quã per suffragia faciunt:perleuis est.ac ipsum petere magistratum qui eligendus sit:nõ recte se habet.oportet enim & volentem & non volentẽ ad magistratum assumere: si dignus sit eo magistratu.nunc autẽ idem facere in hoc videtur legislator:quod & in alia republica.ambitiosos enim faciens ciues:illis vtitur ad senatorũ delectum. nemo enim magistratũ petit: nisi honoris sit affectator. attamen plæraq; eorũ quæ homines iniuste faciũt: per ambitionẽ & auaritiam cõmittuntur.¶ De regia vero potestate vtrũ melius sit eam in ciuitatibus existere nécne:alia fuerit disputatio. Verumtamen melius (non vt nunc quidem) sed pro vita cuiusque regis iudicare. ¶ Q; autẽ ne ipse legislator credit posse se facere bonos & honestos: manifestum est.diffidit enim:quasi non sint ad suifficientiã boni viri. Itaque legatos simul mittebant inimicos:ac salutem ciuitatis esse putabant,seditiones regum.

Phiditia. ¶ Non bene etiã circa comessationes,quæ illi Phiditia nominant:lege constitutum est ab initio. Oportebat enim magis ex publico

Cretenses. Lacedæmonij. esse conuentũ:quemadmodũ Creta.sed apud Lacedęmonios vnusquisq; conferre habet:etsi sunt quidam longe pauperrimi, qui huiusmodi sumptum nequeãt sufferre.ex quo fit:vt legumlatori contrà eueniat q̃ ipse voluerit. Voluit enim ciuitatem facere popularem per comessationes.fit autem minime popularis ex tali legis prouisione.nam non facile est pauperibus:comessationũ esse participes.more enim patrio sic apud eos definitur:vt qui comessationũ particeps esse nequeat,is ad reipublicę gubernationem non admittatur.¶ Legem vero quæ est circa præfectos classis: & alij quidã improbarunt.& recte quidẽ improbarunt. est enim seditionis causa. nam cum reges sint belli duces: præfectura illa perpetua,fere alterum est regnũ. ¶ Et simili pacto suppositionem legislatoris:quis repre-

Plato. hendere possit.quod & Plato in suis legibus reprehendit.ad partem enim virtutis:tota ordinatio illarum legum cõtendit,scilicet bellicam. hæc autem vtilis ad victoriã obtinendã. itaq; saluabantur bellum gerentes:peribant vero vbi rerum potiebantur.quoniã nec otium agere:neq; quicquã aliud exercere sciebãt præstabilius,q̃ rem militarem.¶ Illud quoq; erratum non sanè minus.nam putabant bona illa,quæ ad bellum pertinent: ex virtute magis q̃ ex vitio fieri.& in hoc quidem recte.sed quòd hæc potiora q̃ virtutẽ ipsam putant:in hoc non recte.¶ Male etiã circa pecunias publicas apud Spartiatas cõstitutũ est. quia nec in publico habẽt quicq;: & magna bella gerere coacti,pecunias ægre cõferunt.nã quia Spartiatarum est plurimũ agri: non scrutãtur inuicem quantũ quis conferre possit.& euenit legislatori:cõtrà q̃ quod cõmodum est.nã publice inopiam: priuatim auaritiam induxit. De Lacedęmoniorum igitur republica:intantum dictum sit.nam hæc sunt:quæ maxime quis reprehendat.

SEPTIMI CAP. COMMENTARIVS.

20 OStendit in præcedenti capite Milesiorum rempublicā ab Hippodamo non irreprehensibiliter fuisse ordinatam: illud idem ostēdit de republica Lacedæmoniorum, proponens in republica Lacedæmoniorum & Cretensium, & reliquis, fere duo esse perquirenda. Primum si quid recte an non recte in illis sit ordinatū. Secundum si quid subaduersetur ad propositam intentionem & modum reipublicæ, quam ipsi intēdunt. Primo igitur apud Lacedæmonem non scitè ordinatū esse videtur: è vicinis vrbibus, vbi compugnarent aut rebellarent suis magistratibus, dedititios accipere in seruitutem & clientelam, quos ilotas vocabant. nam certum est omniū consensu, oportere in bene constituta republica necessariorum adesse facultatem. sed quo pacto id tandem faciendum sit: haudquaq̄ cognitu facile. non enim eiusmodi extraneorum in clientelam susceptio: eorum est, quæ reipublicæ necessaria sunt. nam & penestiæ Thessalorum, frequēter insurrexerunt, & simili modo ilotes Lacedæmoniorum, in casibus eorum aduersis insidiari persistunt. verum apud Cretenses nihil adhuc tale accidit. causa forsan est: opposita ordinatio. nam tametsi vicinæ vrbes inter se bella gerunt: abstinent tamen, vt cum nulla earū aduersus aliam compugnent, neq; admittant in clientelam. quoniā contra eos pugnare non cōducit: quibus possessiones & agros habent finitimos. at contrà Lacedæmonijs euenit. nam omnes finitimi, Agiui, Messenij, Arcades: Lacedæmonijs fuerūt inimici, postq̄ & ipsi à Thessalis, eorūmq; principatibus defecerunt, dum cum finitimis Acheis, Perrebis, & Magnesijs gererent bellum, quos Lacedæmonij contra eos bello iuuerunt. ¶Secundo. Qui admittūt in suam clientelā huiusmodi inter se dissides, aut suis magistratibus rebelles: & si nihil aliud, attamen id perdifficilem curam affert, quonā pacto cum eis cōuersandum sit. nam si remisse erga illos te geras: insolescunt, & seipsos dominātibus pares existimant. sin aspere tractētur: insidiantur & oduunt. patet igitur eos qui hæc erga ilotiam, suósq; subditos patiuntur: non reperisse optimum reipublicæ modum. ¶Tertio. Quia in republica Lacedæmoniorum: remissio in mulieres & ad propositū reipublicæ nocet, & ad ciuitatis decorum atq; condecētiam. nam vt domus partes sunt vir & vxor: ita statim censendū est ciuitatem diuidi in virorum multitudinē ac mulierum. quare in quacunq; republica male circa mulieres prouisum est: in ea putandum est, ciuitatis medietatē legibus male esse dispensatam. quod in illa republica factitatum comperitur. volens enim legislator totam ciuitatem duram, & laborū patientem efficere: in viris quidem id effecisse cōstat, in mulieribus autem omisisse. nā molliter viuunt, & in omnem licentiam, atq; vitæ luxum dissolutæ. quare necessarium est, in tali republica diuitias haberi in pretio: multo etiam magis q̄ si mulieribus non essent obnoxij. & mulieribus quidē deditos esse atq; obnoxios: omnibus ferme militaribus, bellicosis'q; generationibus accidit, præterq̄ Celtis, & si qui alij masculorum infandam venerem palàm receperunt. videtur sanè qui primus fabulatus est: non irrationabiliter venerem marti coniunxisse. nā omnes huiusmodi homines: proni sunt ad venerea, illis'q; dediti. quare & apud Lacedæmonios idem fuit: multáq; in eorum principatu à mulieribus ministrantur. enimuero quid refert vtrum mulieres ipsę gubernent: an eos qui gubernant, à mulieribus gubernāri? idem profecto accidit. Et cum temeritas ad nihil, nisi forte ad bellum vtilis sit: maxime etiā nociue ad hoc ipsum fuerunt Lacedæmonicæ mulieres. quod patefecerūt in Thebanorum aggressu. nam nō magis vtiles se præstitēre: q̄ aliarum ciuitatū mulieres, & tumultum turbationémq; inferebant magis, q̄ hostes. Et ab initio forte non irrationabiliter contigisse videtur Lacedæmoniorū mulieribus: huiusmodi vitæ licentia. nam longo temporis interuallo domo viri abfuerant, nunc aduersus Argiuos, subinde aduersus Arcades & Messenios bellū inferentes. exercentes enim seipsos: legumlatori se præstabāt assuefactos propter militiam. vita nanq; militaris: multas continet virtutis partes. Et fertur Lycurgus, conatus deducere mulieres ad suas leges: verum vbi reluctabantur, abstinuisse tandem. causæ igitur cur in luxum, mollitiémq;, & huiusmodi vitæ licentiā inciderunt Laconicæ mulieres: hæ sunt. quare (vt manifestum est) & peccati earum. Sed nos non id cōsideremus, cui venia danda aut nō danda: sed rectúmne sit an non rectum. quæ vero circa mulieres non recte se habent: vidētur (ceu dictum est prius) nō solū indecentiā quandā, indecorúmq; & incōcinnitatem facere in republica: sed ad cupiditatem quoq; impellere pecuniæ. ¶Quarto. Quia quispiam iure carpere possit inæqualitatē possessionum. nam hinc effectum est: vt eorum aliqui magnā nimiū facultatum opulentiā haberent, alij vero penitus exiguā. quare ad paucos eorum deuenerunt agri. & hoc certe accidit illis, ea de causa: quia male lege prouisum fuerat. quoniam legislator legem tulit, emere ab altero aut vendere quod habeas non esse licitum, & id quidē

recte:sed donare ac testamento relinquere concessit. Verũ idem accidat necesse est:per hunc donãdi,testandi'q; modum,ac per emptionem,venditionémq; propriarũ facultatum. nam mulieres,ferme duæ sunt partes è quinq; partibus totius regionis: quarum multæ constitutæ sunt hæredes. ¶Q uinto.Respublica Lacedæmoniorum:ob dotes argui reprehendi'que potest. nam magnarum dotum annuit traditionem. atqui melius erat aut paruam,aut nullam,aut mediocrem esse institutã.nunc etiam licet donare ex testamento cuicunq; libuerit: & q̃uis nullo instituto hærede decesserit ipse qui è vita migrat,cuicũq; voluerit dat. ex quo factum est vt regio sufficiens mille & quingentos equites alere, peditum autem tria millia: ne mille quidem totos habeat. probauit autẽ rerum euentus:praue apud illos hac in parte fuisse prouisum.nam ne vnam quidem plagã sufferre potuit ciuitas: sed dissipata est ob hominum paucitatem. Aiunt etiam per tempora primorum regum nouos homines permultos ciuitate donatos:ob numerum ciuium adaugendum,propter eos qui (plurimo tempore durante bello) diminuti fuerant. ferúntq; fuisse quandoq; Lacedæmoniorum decem millia.attamen siue hæc vera sint,siue non:melius est per æquationem facultatum,implere hominibus ciuitatem. ¶Sexto.Q uia circa liberorum procreationem: non recte videtur lege prouisum. nam facultatũ æquationi aduersatur.volens enim legislator q̃plurimos fore Lacedæmonios:induxit ciues ad procreandæ multitudinis studium.nã illis lex est:qui tres genuerit filios,eum immunem esse à ciuitatis custodia.qui quatuor: immunem esse ab omnibus.atqui perspicuum est si q̃ plurimi gignãtur in regione sic distributa:necessariũ fore multos fieri pauperes. ¶Septimo.Q uia circa Ephororum præsidúmq; magistratũ:in republica Lacedæmoniorũ,non recte prouisum est.nam is magistratus maximarum apud illos rerum potestatem habet,& è populo omnes assumuntur Ephori.quare sæpenumero contingit homines valde pauperes:in hac potestate constitui.qui propter egestatẽ:venales fiunt. ostẽderunt id sæpe prius:& nunc in Andrijs.corrupti enim quidam pecunia: quantum in se fuit, totam rempublicam Lacedæmoniorũ euerterunt. & propter nimiam huius magistratus potestatem,ac tyrannidi parem: reges ipsi se cogebant,fauore populum tractare ita vt in hoc læderetur respublica.nã ex optimorum gubernatione:popularis status inductus est. At dices,Continet hic magistratus rempublicam.nam populus reipublicæ acquiescit:quia maximi magistratus est capax.quare siue legislatoris prudentia,siue fortuna id acciderit:cõducibiliter sese rebus habet.nam oportet rempublicã quæ duratura sit:velle vt omnes ciuitatis partes constent,suóq; in statu permaneant.ergo reges propter honorẽ ita se habebũt: probitate autem præditi viri, propter senatũ (nam ea dignitas, virtutis est premiũ) populus autem propter Ephoriam.nam constituitur ex omnibus.Ad id respondemus, oportere quidem hunc magistratum sumi ex omnibus : non tamen per hunc modum, per quẽ nunc fit.est enim nimiũ puerile.præterea iudicandi de rebus magnis habent homines qualescũq; potestatem.verum satius esset:non secundũ propriam mentem,sed secundũ literas & leges iudicare. ¶Octauo. Q uia Ephororum viuendi forma: subaduersatur proposito ciuitatis. nam Ephori laxe,remisseq; viuentes,ætatem transigunt:in cæteris autẽ tanta est vitæ asperitas,vt nequeant homines illam perferre.sed clàm legem transgredientes: corporis genio, voluptatibúsq; indulgent. ¶Nono.Neq; apud Lacedæmonios:senatorum potestas recte est instituta. nam si sint viri æqui & boni, ac sufficienter ad virtutem eruditi:annuat forsan aliquis ciuitati conducere.attamen quòd per omnem vitam magnis de rebus hanc decernendi potestatẽ habeant,periculosum est.est enim vt corporis:sic etiam prudẽtiæ senectus.hoc modo autem institutis,vt & legislator ipse diffidere possit tanq̃ non bonis viris,nequaquã tutum illi videri debuit per totam vitam illis annuere magistratus administrationẽ. ¶Decimo.Q uia hæc potestas facultatẽ permultã habet dona elargiendi,gratificandi'q; ex cõmunibus bonis.Ideò satius videtur:vt correctioni,reddendę'q; rationi subiecta esset,neq; essent ipsi magistratum hunc gerẽtes sine correctione. nunc autẽ sunt. ¶Vndecimo.Q uia magistratus Ephororum:videtur omnes alios magistratus corrigere.& in hoc certe nimiũ Ephoriæ potestati permissum est munus,neq; hoc modo dicimus correctiones fieri oportere,repetundásq; esse rationes. ¶Duodecimo.Q uia creatio ipsa senatorum,quam per suffragia faciunt:admodum leuis est.quódq; magistratum petat qui eligendus sit:non recte se habet. nam oportet & volentem & non volentem (modo eo magistratu idoneus sit) ad magistratum assumere.nunc autem legislator hoc statuendo:idem facere videtur,quod & in alia republica.ambitiosos enim,honoris'q; cupidos ciues reddens: eis vtitur ad senatorũ delectũ. nam nemo magistratũ petit: nisi sit honoris affectator. sed certe quamplurima eorum quæ homines iniuste perpetrãt:per ambitionem & auaritiam committuntur. ¶Tertiodecimo.

Q uia nõ recte circa regiã potestatẽ diffinitũ esse videtur. iudicãt enim solũ per tẽpus. at satius (nõ vt nũc quidẽ) per totã cuiusq; regis vitã, iudicare. verũ de regia potestate, cõducibilius sit ne in ciuitatibꝰ existere, an secus, alia sit disceptatio. ¶Q uartodecimo. Q uia ex ordinatione legislatoris cõstat: eũ nõ credidisse se posse facere honestos, probósq; ciues. nã diffidit quasi nõ sint ad sufficiẽtiã boni viri. quocirca censuit vt cũ res efflagitaret: legatos sibi vnà mitterent inimicos, ac salutẽ ciuitatis esse putaret, seditiones regũ. ¶Q uintodecimo. Neq; comessatiões (quæ Phiditia nũcupãt) recte sũt ab initio lege ordinatę. nã magis oportebat huiusmodi cõuẽtũ ex publico esse: quẽadmodũ in Creta. Verũ apud Lacedęmonios: vnusquisq; cõferre habet, tametsi quidã sunt lõge pauperrimi, & qui huiusmodi sumptũ nequeãt perferre. quare euenit cõtrariũ legislatori: atq; ipse volebat. volebat enim: per huiusmodi comessatiões, ciuitatẽ efficere popularẽ. at ex tali legis ꝓuisiõe: minime euadit popularis. nã nõ facile est pauperibꝰ comessationũ esse participes. quandoquidẽ more patrio sic apud eos diffinit: vt qui comessationũ particeps esse nequeat, is ad rei publicæ administrationẽ nõ admittat. ¶Sextodecimo. Q uia eã legẽ quę est circa pręfectos classis: & aliorum nõnulli iã improbauerũt. nec ab re quidẽ. est enim seditiõis causa. nã cũ reges, belli sint duces: pręfectura illa perpetua, fere alterũ est regnũ. ¶Septimodecimo. simili modo quis reprehẽdere queat legislatoris suppositionẽ atq; ꝓpositũ: quod & Plato in legibꝰ facit. nã ad partẽ virtutis, tota Lacedæmoniorũ legũ ordinatio cõtendit, ad bellicã videlicet. hæc autẽ ad cõparãdã victoriã dũtaxat: vtilis est. quare saluabãtur Lacedęmonij belligerãtes. at vbi rerum erant potiti: peribant. quoniam nec otium agere, neq; quicq̃ aliud pręstabilius q̃ rem militarem exercere sciebant. ¶Duodeuicesimo. Q uia id erratum nõ sane minus est: ꝙ arbitrentur ea bona quę ad bellum pertinẽt, ex virtute magis quàm ex vitio fieri. & esto in hoc arbitrẽtur recte: sed ꝙ hęc ipsa virtute potiora sint, in hoc nõ recte putãt. ¶Vndeuicesimo. Male etiã apud Lacedęmonios circa publicas pecunias dispensarũ est. quia neq; in publico habent quicq̃: & vbi magna bella gerere coguntur, ęgre pecunias erogãt. nam quia Lacedęmoniorũ est plurimũ terræ: nõ explorant inuicẽ, quãtum quis cõtribuere possit. & accidit legislatori cõtrarium eius: quod reipublicę cõducit. nã publice inopiã: priuatim auaritiam induxit. Et hęc de republica Lacedęmoniorum: quę quis maxime reprehendere queat.

ANNOTATIONES AD CAP. SEPTIMVM.

20 DE Lacedęmoniorũ autẽ republica. Lacedęmoniorũ respublica tribuit Lycurgo.
Vetuit tamẽ illã scribi. nã fertur vna legũ Lycurgi (quas rhetras appellant) hæc
fuisse. legibꝰ scriptis nõ vtendũ. suspicãtur enim id tulisse Lycurgũ: vt omnia futura
instituta, sua esse viderẽtur, sicq; leges suę nũq̃ interiturę. quas si scripto reliquisset: facile
fuisset internoscere, quę postea ad formationẽ reipublicę adiecta essent, nõ fuisse Lycurgi.
¶Viuũt eni molliter, ac in omnẽ licentiã dissolute. de licẽtia mulierũ Lacedęmoniarũ: ex
ijs quę Xenophõ scribit de republica Lacedęmoniorũ, cognoscere licet. scribit eni Lycurgũ Xenophon
noluisse mulieres Lacedęmonicas educari vt cęteras, nõ domi clausas esse, nõ lanificia tra- Lycurgus.
ctare, & reliqua aliarũ in alijs ciuitatibꝰ mulierũ opera: sed huiusmodi, voluit eas quę seruę
essent agere. mulieres autẽ ipsas in certamẽ descẽdere, cõcurrere viris, & nudas exercere pa-
lęstras. neq; cõgressionẽ earũ militibꝰ inhibuit vbi cõcupitę forẽt: dũmodo id clãculũ & in oc
culto patrarẽ, & multa lõge stultiora. & cũ Plutarchus ad maiorẽ Lycurgi cõmẽdationẽ de Plutarchus
mollitudine Lacedęmoniarũ taxare voluisset Aristotelẽ, quasi non recte illas accusasset: sta- Lycurgus.
tim ferme quasi sui oblitꝰ inducit quẽdã interrogãtẽ quãdã Lacenã, cur mulieres Lacedæ- Aristoteles.
monię solę, viris suis dominarent? respõdisse autẽ quia solę viros pãrerẽt. quo subiũcto: earũ
& pẽtulantiã, & licẽtiã cõfirmat. ¶Pręter Celtas. Celtas: Gallos interpretant. & cõsimile de
Gallis Clemẽs in recognitionibꝰ Petri habet. & Gallia Celtica cõtineri diffinit limitibꝰ suis Galli celtici
Rhodano, Garona & Secana fluminibꝰ: lõgissime nũc ab hoc infãdo vitio abhorrẽs. quod si Aristoteles.
vspiã forte cõtingit, quod perrarũ cognoscit: statim tã sceleratũ, tã immane facinꝰ vlciscit,
vindicibꝰ flãmis. quę si aliquãdo infecta hoc horrẽdo vitio notat, cũ forte diti litaret & in-
ferno Ioui: postq̃ Christũ agnouit, misericordiã cõsecuta, tantũ facinꝰ, & quicquid tale esset
vel maxime exhorruit, nomẽ etiã tã infame nõ ferẽs. Christꝰ igit (cui gratię debent) omnẽ
gentẽ à tã infãda peste liberet. ¶Patefecerũt hoc in Thebanorũ aduẽtu. Q uia hi Politicorũ
libri rebꝰ gestis quę ex historijs cognoscunt scatẽt, & si ex vnaquaq; quippiã q̃uis exiguũ in
mediũ inferret, maior moles succresceret q̃ ipsum sit Politicorũ opus: iccirco nõ est consiliũ
cũ de Thebanis, Atheniẽsibꝰ, Lacedęmonijs & huiusmodi innumeris res gestas paucis ad
suũ ꝓpositũ tãgit Aristoteles, & quod sane ad politicã intelligẽtiã sufficit, & satis esse duxit:
historias illas adducere. quod enim superadderet, ad curiositatẽ magis, & superfluũ, q̃ intel-
ligẽtię necessariũ. verũ qui forte erũt curiosiores, cũ Lacedęmoniorũ res memorãdas citat:

Lycurgus. Agis. Cleomenes Lysander. Agesilaus. Aristides. Alcibiades. Cimon. Demosthe. Euagoras. Pericles. Nitias. Photion. Solon. Pelopida. Epaminũd. Hanibal. Euristheus Agis. Archestrat⁹ Charillus. Lycurgus. Nummus ferreus.

legãt Plutarchi Lycurgũ, Agidẽ, Cleomenẽ, Lysandrũ, Agesilaũ. cũ Atheniensiũ: Aristidẽ, Alcibiadẽ, Cimonẽ, Demosthenẽ, Euagorã, Periclẽ, Nitiã, Photionẽ, Solonẽ. cũ Thebanorum: Pelopidã, & Epaminũdã. cũ Carthaginẽsiũ: Hanibalẽ. & ita cũ reliquorũ: alios secundũ regiões & loca. ¶ Etiã reges ipsos fieri populares cõpulerũt. duo apud Lacedęmonios erãt reges: & illi in bellica expeditione, omnẽ habebãt authoritatẽ. itaq; Lacedęmoniorum rex: imperator belli. quod ex numero 91 quinti: amplius intelliges. ¶ Aiunt etiã per tẽpora primorũ regũ. primi reges Lacedęmoniorũ: Euristheus, Agis, Archestratus fuisse leguntur. hi enim tẽpora Charilli siue Leoboti & Lycurgi pręcesserunt. ¶ Est enim vt corporis sic etiã mẽtis senectus. Non hic senectã secundũ substãtiã intellige (mens enim essentia, substãtiaq; immortalis) sed secundũ prudẽtię habitũ. nã seniũ, rerũ memoriã delet, obliuiosósq; reddit: & ad agẽda cõsiderãda reddit impotes. bene igit ea ex parte: mentis quædã & perspiciẽtiæ senecta intelligitur. Et græce habetur καὶ διανοίας γῆρας: vbi dianœas non proprie mentẽ, sed sententiã & cogitationẽ significat. loco cuius pro subiecta materia in literę elucidatione posuim⁹ prudentiã. nã sunt qui ex hoc loco conẽtur, ad impiorũ sectã traducere Aristotelẽ: quasi hominũ mẽtes & animas senserit cũ corpore interituras. verũ taliũ & cõsuetudinẽ & contentionẽ salubre est cognoscere: semper esse deuitãdas. ¶ Circa comessationes quę Phiditia. Phiditia quasi Philitia ab amicitia volũt Græci huiusmodi cõuiuia esse dicta. ¶ Non facile est pauperibus. authore Plutarcho quisq; μεδίμνους, id est modios, quinq; inferebat. ¶ Male etiã circa pecunias publicas. In vita Lycurgi cõtinetur: quo pacto vulgares artes & pecuniarũ studiũ tanq̃ non necessariũ, prohibuerit, q́ꝙ; seruilis esset opificũ & parantiũ pecunias occupatio. verũ & nummũ ferreũ statuit pene inutilẽ: magno quidẽ põdere, & minimo valore. vbi enim primũ (inquit Plutarch⁹) nũmũ omnẽ aureũ & argenteũ irritũ reddidisset: ferreo solo vtẽdũ imperauit. fecitq; vt ex vasto põdere & magnitudine, valeret parũ: ita vt nummus decẽ minarũ instar: magno domi penu indigeret, iumentisq; ad vehendum.

¶ De republica Cretensium. Cap. VIII.

Minois, & Cretẽsium respublica. Lycurgus. Charillus. Lyctij qui & Cretẽses. Minos. Pelopõnesus quę & insula Pelopis Triopium. Rhodus. Sicilia. Camerina. Phiditia. Andria.

CRetensiũ vero respublica: huic finitima est. Habet autẽ 11
pauca nõ deterius quidẽ: sed plurima min⁹ nitide. enimuero videtur & fertur Lacedęmoniorũ respublica: in plurimis imitata Cretẽsem. vetusta autẽ plęraq; rudiora sũt nouis. Ferũt enim Lycurgũ post dimissam Charilli regis tutelã: cũ lõgo tẽpore peregrinaretur in Creta, tũc plurimũ tẽporis fuisse diuersatũ ꝓpter cognationẽ. erãt enĩ Lyctij Lacedęmoniorũ coloni. susceperãt autẽ ij qui in eã coloniã venerãt instituta legũ: quę tunc in antiquis habitatorib⁹ obtinuerãt. quapropter & nũc accolæ eodẽ modo illis legib⁹ vtũtur: quomodo eas Minos cõstituit primus. Videtur autẽ hęc insula ad principatũ Gręciæ nata, ac præclare sita. cũcto nãq; imminet mari. cũ fere Gręci õnes, circũ mare sint positi. abest enim, hinc modicũ à Pelopõneso: illinc vero ab Asia, à loco qui circa Triopiũ & Rhodũ. quare imperiũ maris obtinuit Minos: ac insularũ alias subegit, alias vero dudũ incultas habitari fecit. tãdẽ Siciliã aggress⁹, circa Camerinã defũct⁹ est. ¶ Habet autẽ 12
cõueniẽtiã Cretica institutio cũ Laconica. nam agriculturã exercẽt apud hos quidẽ Ilotes: apud illos vero Perieci, id est accolę. Et comessationes sũt apud vtrosq;. & antiquitus nũcupabãt Lacedęmonij hæc nõ Phiditia, sed Andria: queadmodũ Cretenses. ex quo palã est: inde prouenisse. Insuper autẽ & reipublicę institutio. Ephori nãq; eãdẽ vim habẽt: quã in Creta ij qui Cosmi appellãtur. nisi q Ephori numero quinq; sũt: Cosmi autẽ decẽ. Senatores autẽ: pares sũt senatorib⁹, quos vocãt Cretes cõsiliũ. Regia autẽ potestas fuit primo apud Cretas: postea illã sustulerunt, imperio in bello ad Cosmos trãslato. Cõcio autẽ õnib⁹ cõmunis est: sed aliam nullã ha-

bet authoritatē,q̄ ea cōprobandi quæ à senatorib⁹ & Cosmis fuerint ante
13 decreta. ¶Quę igitur de comessatiōib⁹ cōstituta sūt:meli⁹ se apud Cretas q̄ apud Lacedæmonios habent.nā apud Lacedæmonios vnusquisq̨ certū quid in singula capita taxatū soluit:quod nisi faciat,à republica lex repellit,vt prius dixim⁹.at in Creta cōmuni⁹ est.ex cūctis eni qui oriūtur fructib⁹ & armētis, ex publicis & ijs allatiōib⁹ quas ferūt accolę:diuisio fit. vt pars vna ad deorū cultū & ad publica onera,pars ad comessationes deputetur.atq̨ ita fit vt ex publico educētur omnes:& mulieres,& pueri, atq̨ viri.ad tēperantiā autē cibi, quasi vtilis sit:multa legislator philosophat⁹ est.& de mulierū diuortijs,de earū cōgressione ad viros:ne superfluā pariāt multitudinē etiā prospexit.quod vtrū praue an nō praue cōstitutū sit:aliud erit cōsiderādi tēpus.sed q̨ circa comessatiōes melius pro
14 uisum sit apud Cretas q̄ apud Lacedęmonios:manifestū est. ¶Ac circa Cosmos deteri⁹:q̄ circa Ephoros.quod enim mali habet Ephororū magistrat⁹:id est & in illis.Sumūtur enim quiuis:sed quod in his prodest reipublicæ,illic nō est.nā hic quia ex omnib⁹ assūptio est,particeps popul⁹ amplissimi magistratus,vult manere rēpublicā:illic autē nō ex omnibus sumūtur Cosmi,sed ex quibusdā familijs,& senatores ex ijs,qui iā Cosmi fuerūt. ¶De quibus idē dici potest:quod de ijs qui apud Lacedęmonios fiūt.nā esse liberū magistratū atq̨ perpetuū:maius est munus,q̄ dignitas eorum mereatur.& nō secundū legē scriptā iudicare,sed secundū quod sibi videtur:periculosū est.Quiescere autē plebē non participantē: nullū signū est bene cōstitutę ciuitatis. ¶Nec quicq̄ susceptiōis fit Cosmis:queadmodū Ephoris.abeúntq̨ per insulā lōge à cōtendētibus.Medicina vero quā huic delicto adhibēt,ridicula est:nec ciuilis, sed potētatus.sępenumero enim aut collegę illorū,aut priuati homines insurgētes per seditionē Cosmos expellūt. ¶Licet autē Cosmis seipsos magistratu abdicare.enimuero hęc ōnia pręstabat lege fieri,quā pro hominū volūtate.non enim secura est regula. ¶Omniū vero deterrimū:potentiū à Cosmatu depositio.quā sæpe cōcitant:cū non sentētias dare volūt. qua etiam ratione manifestū est,habere illā institutionē aliquid reipublicæ: sed nō esse rempublicā,at potentatū magis.consueuerunt autē cōcitata plebe & amicis:ad vnius arbitriū rem conficere,seditionésq̨ & prælia inter se miscere.at vero id quid differt ab eo:quod tandē ea ciuitas non sit,dissoluta ciuili societate? ¶Est autē periculosus hic reipublicæ stat⁹:si qui velint, possintq̨ inuadere.sed(vt supra dixim⁹)seruatur ꝑpter locū.procul enim aduenas expulit.quapropter accolæ manēt Cretēsibus:verū Ilotes persępe à Lacedæmonijs defecere.nō enim erat in Creta externorū vllus princípat⁹. sed nuperrime bellū peregrinū irrupit in illā insulā:quod patefecit imbecillitatē legū suarū.De hac igitur republica:hæc dixisse sufficiat.

OCTAVI CAP. COMMENTARIVS.

21 Hic de republica Cretensiū.Narrat Cretensem rēpublicā habere pauca,nō deteriora quidē:sed plurima min⁹ dilucide q̄ Lacedęmonica.nā videt̄ & ita inuulgat fama: rēpublicā Lacedęmoniorū in plurimis imitatā esse eā, quæ est Cretensiū.modo plęraq; vetustiora rudiora sunt,& minus elaborate tradita nouis.

& quomodo Lycurgus leges quas imitaret, quoquo pacto à Cretẽsib⁹ accepit. dilucida est
& aperta in litera narratio. ¶Cõueniẽtia Laconicę reipublicę & Cretẽsis. qꝫ'qꝫ Cretẽsis anti- 22
quior sit, vtpote ad cui⁹ imitationẽ, Lycurg⁹ Lacedęmonicã formauerit. litera apertã cõti-
net narrationẽ. ¶Melius ordinatũ fuisse circa comessationes in republica Cretensiũ q̃ La- 23
cedæmoniorũ: qꝫ illic publicarum opũ pars ad cõmessationes deputaretur, hic vero non ex
communibus sed proprijs conuiuant. ¶Apud Cretenses deterius esse lege prouisum circa 24
Cosmos & consiliũ, q̃ apud Lacedęmonios circa Ephoros & senatũ. primo qꝫ apud Lace-
dęmonios Ephori ex omni populo eligãtur: quod cõtinet, saluátqꝫ rempublicã. illic vero ex
certis familijs, & qꝫ ex illis qui fuerũt Cosmi, eligitur consiliũ. sic autẽ apud Lacedæmonios
non fit. ¶Secundo. Quia ea quæ de Ephoris adducta sunt in superiori capite incõmoda: de
Cosmis afferri possunt. nam liberum correctioni repetendis'qꝫ rationibus non subiacentẽ, &
perpetuum esse magistratum: maius est munus q̃ Cosmorum mereatur dignitas. & secundũ
arbitriũ iudicare, & non secũdum legem scriptam, vt Cosmi faciunt: nequaq̃ est tutum. & si
populus quiescit neqꝫ insurgens seditiones mouet, q̃uis huius dignitatis minime sit parti-
ceps: id nullum est signũ bene institutæ ciuitatis. ¶Tertio. Quia à Cosmis, respublica nul-
lam sumit vtilitatem: vt ab Ephoris. nam Cosmi per insulam longe à contendentibus diua-
gantur. Et medicina quam huic delicto adhibent: ridicula est, & paucorũ potentiæ. quia vi-
delicet (nisi per insulam diuagentur) sæpenumero comprincipantiũ aliqui, aut quidam con-
spirantes: seditiones excitant, ac expellunt Cosmos. ¶Quarto. Quia licet Cosmis seipsos
magistratu abdicare. verum hæc omnia lege fieri præstabat: q̃ pro hominum volũtate. non
enim secura est regula: hominum voluntas. ¶Quinto. Quia omnium deterrima turbatio:
ipsorum potentum a Cosmatus dignitate depositio, quæ sæpe concitatur, quoties senten-
tias ferre nolunt. vnde manifestum esse potest: Cretensium institutionem habere aliquid rei-
Dynastia potẽtatus. publicæ, sed nõ esse rempublicam, sed paucorum potentiam magis atqꝫ Dynastiam. consue-
uerunt autem (cum quis à Cosmatu deponitur) concitata plebe & amicis: ad vnius arbi-
trium, ceu monarchæ, rem conficere, seditionésqꝫ & prælia inter se miscere. at vero quid hoc
tandem differt ab eo: vt ea ciuitas non sit dissoluta ciuili societate atqꝫ concordia? ¶Sexto.
Quia hic status reipublicę periculosus est: si qui velint, possint'qꝫ inuadere. Sed (vt superius
dictum est) conseruatur propter loci aptitudinem, optimúmqꝫ situm. aduenas enim procul
excludit. quapropter accolę immanent: neqꝫ vnq̃ deficiunt à Cretensibus. verũ Ilotes: per-
sæpe à Lacedęmonijs defecere. neqꝫ enim Cretes exteris principare soliti erant: vt Lacedę-
monij Ilotibus. Sed nuperrime bellum peregrinum (quod in Cretam irrupit) patefecit im-
becillitatem legum suarum. sed de republica Cretensi: hæc dixisse sufficiat.

ANNOTATIONES AD CAP. OCTAVVM.

FErunt enim Lycurgum. Sic Herodotus de Lycurgo. ferunt Lacedæmonij Ly- 21
curgũ cum esset tutor & patruus Leoboti Spartiatarũ regis: Creta hęc attulisse.
siquidẽ cõprimum tutor factus est: omnia iura immutauit. dedit'qꝫ operã ne quis
ea pręteriret. deinde quæ ad bellum pertinerent, iusiurãdum, conuẽtus, comessa-
tiones: super hęc instituit tribunos plebis, Ephoros, ac senatores. ¶Nũcupabant Lacedæ- 22
monij hęc nõ Phiditia: sed Andria. cõuiuia sua Cretenses nõ ἀπὸ τῆς φιλίας, ἀλλὰ μὲν ἀπὸ
τῶν ἀνδρῶν, id est à viris nũcupabãt: qꝫ soli viri, illis interessent comessationibus. ¶Quã in
Creta ij qui Cosmi appellantur. Cosmus id est ornamentũ: magistratus quidã apud Cretas
ex plebe creatus qui Ephoriæ Lacedęmonicę, & tribunitiæ potestati Romanæ respõdebat.

¶De superiorũ rerũpublicarũ cõparatione. Cap. IX.

Cõparatio. Tres respublicæ: Cretẽsis, Lacedæmonica & Carthaginensis.

VIdetur autẽ Carthaginensiũ respublica bene constituta: 25
multáqꝫ habere pręter alias, quędã vero maxime similia
Lacedęmonijs. tres enim istæ respublicæ quodammodo
inter se proximę sunt: multũqꝫ distãt ab alijs, Cretica di-
co, & Laconica, & earũ tertia Carthaginẽsium, multáqꝫ
apud illos prouisa sunt recte. Signũ autem reipublicę bene institutæ est:
qꝫ populus manet in institutione reipublicę: neqꝫ seditionem vllam (quod
dictu dignũ sit) vnq̃ fecit, neqꝫ tyrannũ. Cõtinet similia autẽ Lacedęmo-
niorũ reipublicę: comessationes quidẽ sodalitiorũ, phiditijs. centũ autem
& quatuor virorũ potestas, Ephoris. pręter q̃ qꝫ non deterior. nam illi ex

265

quibuscūq; sunt:hanc autē potestatē suscipiunt optimates.Reges vero &
senatus:cōueniūt Lacedæmoniorū regibus & senibus.melius autē,ꝗ re
ges nō secundū genus, neq; id temere:sed si quid præstātius est eorū qui
eligūtur,ꝗ quod affinitas afferat,aut ætas.nā qui magnā habēt potestatē:
si ipsi nullius pretij sint,multū nocent: nocuerūtq; iam Lacedæmoniorū
26 ciuitati. ¶Plurima igitur eorū quę reprehendi solent propter trāsgressio
nem:cōmunia sunt omnibus antedictis. ¶Sed quātū ad intentionē opti
matū attinet & reipublicę:quædā ad popularē statū magis declināt,quę
dam ad paucorū potentiā.nam referendi quidē ad populū aut nō referē
di aliqua:reges vnà cū senatu domini sunt,si omnes cōcordēt.si nō cōcor
dent:dominus ipsorū populus est. quæcūq; autē retulerint magistratus:
nō approbādi modo sententias quę magistratibus visæ sint,potestas per
missa est populo, verūetiā pro arbitrio cōstituēdi prouidēdiq;, & cuiuis
cōtradicere relatis eorū licet,quod nō est in alijs rebuspublicis.quinque
uiratū vero qui multarū ac magnarū rerū potestatē habet ab illis eligi,&
centūuiratū hos eligere qui est maximus magistratus, & hos pluri tem
pore ꝗ alios imperiū retinere(nā & perfūcti magistratu,imperāt, & desi
gnati ad magistratū) ad paucorū potentiā spectat. esse autē sine mercede
& sine electione quæ sorte fit,optimatiū est ponēdū,& si quid aliud tale:
& iudicia omnia à cunctis magistratibus iudicari,& non ab alijs alia,vt
apud Lacedęmonios. ¶Transgreditur autē maxime ab optimatibus ad
paucorū potentiā institutio Carthaginensiū,secūdū quādā intelligentiā:
ea ratione quā etiā multi cōprobāt.nō solū enim optimos,verū etiā ditis
simos censent in magistratibus esse ponēdos:quasi impossibile sit,qui ege
nus existat,eū bene magistratū gerere,& quiete agere.si igitur sumere di
uitē paucorū potētiæ est,per virtutē autē optimatū:ista quidē fuerit spe
cies tertia,per quam cōstituta est apud Carthaginēses respublica.creant
enim magistratus ad hęc duo respiciētes:& præsertim maximos, vt reges
& duces bellorū. ¶Putādū est autē huiusmodi excessum ab optimatibꝰ:
esse errorē legis cōditoris.nā ab initio prouidisse,valde necessariū fuit:vt
optimi valerēt quietē agere, nec quicq̄ indecorū facere,non solū in magi
stratu, sed nec etiā in vita priuata. Qꝫ si inspicere oportet ad opes gratia
quietis:prauū est maximos magistratꝰ esse venales,regnū & belli ducatū.
hęc enim lex:pretiosas magis facit diuitias ꝗ virtutē,ac ciuitatē totam ad
studiū pecuniarū cōuertit.nā quicquid apud ciuitatis principes habetur
in pretio:necessariū est & aliorū ciuiū opinionē subsequi.vbi autē nō ma
xime honoratur virtus:ibi non est possibile firmū optimorū esse in repu
blica statū.assuescere vero ad lucra rationabile est vendendo: quando per
largitionē adipiscūtur dignitates.absurdū est enim si pauper quidē ali
quis,verū bonę mētis lucrari velit:improbior autē non velit, cū sumptus
fecerit.quocirca oportet eos, qui possunt optime gerere magistratum: ad
magistratū assumere.satius quoq; fuisset,si author legis opulentiā pręstā
tiæ bonorū virorum prouidisset: ac eorū qui in magistratu forent, quieti

prospexisset. ¶Prauũ etiam videri potest, plures magistratus ab vno homine geri: quod in honore est apud Carthaginẽses. vnicum enim ab vno optime perficitur op⁹. hoc autẽ vt fieret: prouidẽdũ fuit à legislatore, atq; iubendũ nõ eundẽ tibicinẽ esse atq; sutorẽ. quare vbi nõ parua est ciuitas: magis ciuile est vt plures sint participes magistratuũ, magisq; populare. cõmunius enim vt dicimus: & melius singula cõficiũtur, atq; celeri⁹. patet autẽ hoc in bellicis rebus & nauticis. in his enĩ ambab⁹ per õnes (vt ita dixerim) trãsit imperare & parẽre. Sed cũ ad paucorũ potentiã vergat respublica: optime illud effugiũt, vt semper aliqua plebis pars ditetur ad oppida mittẽtes. per hoc enim arbitrãtur, ac efficiũt: statũ ciuitatis permanere. sed hoc est fortunæ opus. oportebat vero nõ per fortunã sine seditionibus esse: sed per legislatorẽ id fieri. nunc autem si aduersa fortuna quępiã incidat, & plebs a gubernatoribus secedat: nullũ est remediũ legis ad quietẽ adhibitũ. Lacedæmoniorũ igitur, & Cretensiũ, & Carthaginẽsiũ respublicæ, quæ merito insigniores habẽtur: in hunc modum se habent.

NONI CAP. COMMENTARIVS.

DE republica Carthaginensi: apertã litera continet narrationem. ¶Tametsi res- 25
publica Carthaginensiũ, quædam melius cõstituta cõtineat q̃ Lacedæmonica:
non tamen optima respublica est, optimẽq; instituta. Primo, quia plurima cõ-
munia sunt ijs, quæ de republica Lacedæmoniorum adducta sunt: quę ratione
consimili reprehendi queũt. ¶Secũdo. Quia quædã suppositioni, intẽtioni'q; 26
& proposito legislatoris subaduersantur. nam quantũ ad intentionẽ optimatũ attinet, & rei-
publicæ: quædã ad popularẽ statũ magis declinãt, & quędam ad paucorũ potentiã. nam re-
ges cũ senatu, nõnulla ad populũ referendi aut nõ referẽdi domini sũt, si omnes cõcordent,
si non cõcordent dominus ipsorũ populus est. quæcũq; autẽ magistratus ipsi retulerint, nõ
solum nõ approbandi sententias quæ magistratibus visæ fuerint, populo permissa est pote-
stas: verũ etiã pro arbitrio constituendi prouidendi'q;, & cuiuis eorum ijs quæ à magistrati-
bus relata fuerint contradicere licet. quod quidem nimis populare est: & quod in cæteris re-
buspublicis non est. at quinqueuiratum qui multarũ ac magnarũ potestatem habet, ab illis
eligi, ab his autem quinqueuiris centumuiratũ qui maximus magistratus est, in quo qui ma-
gistratu fungũtur pluri tempore authoritatẽ retinent (nam & perfuncti magistratu imperãt,
& designati ad magistratũ) ad paucorũ attinet potentiã. at esse sine mercede, & sine ea quę
sorte fit electione, & si quid aliud tale, & iudicia omnia a cũctis magistratus iudicari, & non
alia ab alijs, vt apud Lacedæmonios: optimatiũ esse ponendũ est. ¶Tertio. Quia maxime
respublica Carthaginensium intelligentia quadã vt etiã multi comprobant: trãsgreditur ab
optimate ad paucorũ potentiam. nam non solũ optimos, verum etiam ditissimos censent
in magistratibus esse ponendos: quasi sit impossibile, eum qui inopia laboret & bene magi-
stratum gerere, & contentũ abstinentẽmq; ab aliorum bonis viuere. quare si sumere ad ma-
gistratum diuitem, paucorũ potentiæ est, & per virtutem optimatium: ista species, per quã
respublica apud Carthaginenses constituta est, tertia sit, neq; optimorum status neq; pau-
corum, sed ex vtrisq; nonnihil participans. nam creant magistratus ad hæc duo (virtutẽ in-
quam & diuitias) respicientes: & præsertim maximos, vt reges & imperatores, ducẽsq; bel-
lorum. ¶Quarto. Quia videtur hic error & ab optimorum statu lapsus, ex culpa legislato-
ris contigisse. nam à principio prouidisse valde necessariũ fuit: vt optimi sic nulla paupertate
premerentur quin valerent quietẽ agere, nec quicq̃ indecorũ admittere, nõ modo in magi-
stratu, verum etiã ne in vita quidem priuata. atqui si inspicere oportet ad opes, vt quis in
magistratu quiescat, rẽmq; nõ concupiscat, neq; quærat alienam: prauũ est maximos magi-
stratus, regnum & imperiũ diuitijs emereri, atq; esse venales. nam hæc lex magis pretiosas
facit diuitias q̃ virtutẽ: ac ciuitatẽ totam ad studiũ pecuniarũ cõuertit. nam quicquid apud
principes ciuitatis habetur in pretio: necessarium est & apud reliquos ciues identidẽ haberi
in pretio. vbi autem non maxime honoratur virtus: ibi haud quaq̃ possibile est firmũ opti-
miorum in republica esse statutũ. assuefacere vero ad lucra vendendo: rationi cõsentaneum

eſt eos,qui per elargitionem adipiſcũtur dignitates.nam abſurdũ fuerit: ſi pauper quidem aliquis,verũ bonæ mentis lucrari velit,improbior autẽ non velit, cũ ſumptus fecerit.quare oportet eos qui poſſunt optime gerere magiſtratũ, ſeu pauperes, ſeu diuites:ad magiſtratũ aſſumere.& ſatius quoq; ſi legiſlator,præſtãtiæ bonorũ virorũ opulentiã prouidiſſet:ac eorum(qui in magiſtratu forent collocandi) quieti cõſuluiſſet. ¶Q uinto. Q uia prauũ etiam videri poteſt:plures magiſtratus ab vno eodẽ'q; homine geri,quod in honore eſt apud Carthaginẽſes.nã vnicũ ab vno:optime perficitur opus.hoc autẽ,ne fieret:prouidendũ fuiſſet. neq; iubendũ eũdem eſſe tibicinẽ,atq; ſutorẽ.quare vbi non parua eſt ciuitas,ſed immodica atq; ingens,cuiuſmodi eſt Carthago:ciuilius eſt vt plures ſint magiſtratuũ participes,magis'q; populo accommodatũ.nam communius(ceu diximus) meliuſq; atq; celerius:ſingula cõficiũtur.id enim ita eſſe:in bellicis,nauticis'q; rebus liquido cõſtat.in his enim vtriſq;:per omnes trãſit(vt ita dicatur) imperare & parẽre.Sed forſitan dicet aliquis,Cũ eorũ reſpublica,ad paucorũ potentiã deuergat: ſummopere deuitãt,ne ſemper aliqua pars populi ditetur,ad oppida mittentes.per hoc enim efficere arbitrantur,ac certe efficiũt:paucorũ ciuitatis ſtatum permanere.Verũ illi dicemus:q̃ permaneat,eſſe fortunæ opus. atqui oportebat non per fortunam ſine ſeditionibus eſſe:ſed per legiſlatorẽ id fieri. nũc autẽ ſi aduerſa quædam incidat fortuna,& populus à gubernatoribus(alijs ad alias vrbes,& oppida miſſis) deficiat, ſeditionéq; inſurgat: nullũ eſt remediũ legis ad quietẽ, ſedandámq; huiuſmodi defectionẽ adhibitũ.hæc de Lacedæmoniorum,Cretenſiũ,& Carthaginenſium republica.

ANNOTATIONES AD CAP.NONVM.

26 SEd quantũ ad intentionẽ optimatũ attinet & reipublicæ.Optimatũ ſtatus,& reſpublica:ſtatus eſt optimorũ.vbi qui pręſunt:virtute pręſunt.& qui parẽt:virtute parent.& qui præſunt,ſtudioſi ac boni. Res autẽ publica ea eſt:quam vocãt cenſupoteſtatem.& eſt laudabilium & mediocrium reſpublica.ſed de optimate & republica in quarto huius. ¶Q uinqueuiratũ vero.Q uinqueuiratus magiſtrat⁹:qui à quinq; viris geritur.& centumuiratus: qui à centum viris. & ij magiſtratus & qui ab alio virorum numero denominantur vt decemuiratus,qui Romæ ſummus fuit exactis regibus:ſolent in paucorum potentia inueniri.& nihil prohiberet & in optimate republica:dũmodo ſola prudentia & virtute,omnia peragerentur moderamina.

¶De republica Solonis,& inſtitutoribus rerũpublicarum. Cap.X.

27 EOrum autẽ qui de republica aliquid tradiderũt: quidã nunq̃ verſati ſunt in gubernatione ciuitatis, ne vlla quidem:ſed in priuata vita ocioſi vixerũt.de quibus ſi quid dignũ relatu fuit:de omnibus fere ſupra diximus. quidam autẽ legũlatores fuerunt: gubernauerũtq; hi quidem in proprijs ciuitatibus,illi vero in alienis.& horum quidã ſolũmodo legũ actores fuere:quidam etiã reipublicę conſtituẽdæ, veluti Lycurgus & Solon.hi enim leges & reſpublicas cõdidere.Lycurgus quidẽ Lacedæmonijs, vt dictũ eſt:Solon autẽ Atheniẽſibus.¶Exiſtimãt autẽ quidã, Solonẽ legiſlatorẽ fuiſſe præclarũ. nã & paucorũ potentiã ſuſtuliſſe,quæ nimis intemperãs erat:& plebẽ à ſeruitute liberaſſe, ac ſtatũ popularẽ in patria cõſtituiſſe,optiméq; rempublicã tẽperaſſe. nã eſſe cõſiliũ Ariopagi:paucorũ gubernationis eſt.delectus vero magiſtratuũ: optimatiũ. iudicia vero: populare.Sed videtur Solon illa duo(cum eſſent prius)nõ ſuſtuliſſe,cõſilium Ariopagi,& magiſtratuũ delectus:ac popularẽ ſtatũ cõſtituiſſe,ex omnibus iudicia efficiẽs.Quapropter quidã illi ſuccẽſent,q̃ alterũ diſſoluerit: cũ authoritatẽ omnẽ ad iudiciũ traduxerit,quod per ſortitionẽ eſt.nã cũ hoc inualuit,tanq̃ tyranno gratificantes populo: in eum(qui nũc eſt) popularẽ ſtatũ, rempublicã redegerunt, & conſiliũ Ariopagi Ephialtes inhibuit,& Pericles.iudicibus vero ſala-

Solonis,& Atheniẽſiũ reſpublica. & qui ſcripſerunt.

Lycurgus. Atheniẽſes

Ephialtes. Pericles.

ria Pericles indixit. ac per hũc modũ vnusquisq; eorũ qui apud plebem posse voluerũt, populi vim augere perseuerarũt: donec in istã quæ nũc est

Solon. populi licentiã peruenit. ¶ Apparet autẽ hoc non tam Solonis volũtate 29
q̃ casu euenisse. naualis enim potẽtię aduersus Medos, cũ populus causa fuisset: maiora de se sapere cœpit, & accepit patronos seditiosos, cõtra bonos & honestos ciues, qui rempublicã gubernabant. cũ videatur quidem Solon eã (quę maxime necessaria fuit) potestatẽ populo tradidisse: vt magistratus crearet, & malefacta corrigeret. nisi enim populus hanc habeat potestatẽ: seruus erit & inimicus. At magistratus omnes cõstituit ex nobilibus & locupletibus ex ceusu quingentorũ modiorũ, & iugerũ, & tertio fine: qui equestris nominatur. quod autẽ quartũ est: seruile, & ex opificibus sordidis, quibus nullũ magistratus assequẽdi ius erat. ¶ Fuerũt 30

Zaleucus. Charõdas Catanẽsis. Chalcidici. Onomacritus. Thales. Lycurgus. Zaleucus. Charõdas. Philolaus. Diocles.

autẽ legum positores Zaleucus apud Locros occidẽtales: & Charondas Cataniensis ciuibus suis, cęterisq; ciuitatibus Chalcidicis, quę sunt circa Italiã & Siciliã. Tentãt vero quidã inducere, quasi Onomacritus fuerit primus legũ ferendarũ peritus: hũc vero exercitatũ in Creta, cũ esset Locrus. profectũ autẽ Thaletem: per artẽ diuinationis, eius familiarẽ fuisse. Thaletis autẽ auditorẽ fuisse Lycurgũ & Zaleucum. Zaleuci autẽ Charondã. sed qui ista dicũt: tempora nõ supputãt. Fuit enim Philolaus Corinthius legũlator Thebanis. erat autẽ Philolaus ex familia Bacchiadũ, amicus vero Dioclis: qui in Olympijs vicit. sed vbi ille ciuitatẽ deseruit, cõmotus ob amorẽ matris Alcyones, Thebas migrauit: atq; ibi ambo defuncti sunt. mõstranturq; etiã nunc illorũ sepulchra, quæ ab inuicẽ facile spectãtur. sed hoc quidẽ à regione Corinthiorũ cõspici potest: illud vero minime potest cõspici. fabulãtur enim ita esse cõstituta: vt ex Dioclis quidem sepulchro nõ sit prospectus in Corinthiũ agrũ, ob animi infensionẽ. ex Philolai autẽ sit prospectus. habitarunt igitur ob huiusmodi causam apud Thebanos. Legésq; illis Philolaus descripsit & de alijs quibusdã, & de sobole procreãda: quas illi leges proletarias appellãt. Et hoc est pręcipue ab illo prouisum: vt numerus hæreditatum cõseruetur. Charondę autẽ nihil est propriũ, nisi mulctę falsorũ testiũ. Primus enim de his legẽ posuit. diligentia autẽ & claritate etiã elegantior q̃ ij qui nũc sunt legum cõditores. Philolai propriũ est: patrimoniorũ disparitas. Platonis autem mulierũ, & natorũ, & patrimoniorũ cõmunitas & comessationes fœminarũ. & præterea lex circa ebrietatẽ, vt qui præsides sunt conuiuiorũ, sobrij sint: & in rebus bellicis exercitatio, & per quam ambidextri fiant per exercitium: cum oporteat non alteram manum vtilem, alterã inutilẽ habere. Draconis quoq; leges sunt: sed iam constituta republica leges tulit. propriũ autem Draconis est nihil quod sit memoria dignum: nisi rigiditas, ob magnitudinẽ pœnarũ. fuit quoq; Pittacus legum conditor: sed nõ in republica versatus. Lex est propria illius, ebrios (si quem pulsauerint) maiori pœna dãnari, q̃ si sobrij fecissent. ꝙ enim plures delinquũt ebrij q̃ sobrij: nõ ad id respexit, quod magis esse debeat ebrijs venia, sed ad vtili-

Charõdas. Philolaus. Plato. Dracon. Pittacus.

tatẽ. Fuit etiã Andrõdamas Reginus legũ cõditor Chalcidẽsibus qui sũt Androda-
in Thracia: de homicidio, & de hęreditatibus. nihil tamen huius propriũ mas.
referre quis potest. De ijs ergo rebuspublicis quę principales sũt: & de ijs Chalciden-
quæ sunt ab aliquibus scriptæ: in hunc modũ cõsideratũ fuisse sufficiat. ses.

DECIMI CAP. COMMENTARIVS.

27 TRansit ad rempublicam Solonis, quæ est Atheniensium: conditionem eorum,
vitámq; qui circa institutionẽ rerũpublicarũ duplicẽ fuisse narrãs, hanc priua-
tã & in otio degentiũ, vt Socratis, Platonis, Hippodami, & similiũ: illorũ vero
vitã publicã, & in negocio rerúmq; publicarũ administratione viuentiũ, vt Ly-
28 curgi, & Solonis & similiũ. litera aperta est & conspicua. ¶Non approbat eos:
qui aiunt Solonẽ sustulisse paucorũ potentiã quæ erat in Ariopago, & magistratuũ creatio-
nem, quæ electione in optimos & secundũ virtutẽ fiebat. Nã insolescẽtia populi (victoria,
eorũ causa, cõtra Medos parta) illã infregit: & Ariopagũ Ephialtes inhibuit, & Pericles po-
puli authoritatẽ atq; potentiã adauxit, quousq; peruenisset Atheniensiũ respublica, in eã vi-
tæ licentiam quæ Socratis Platonis'q; & Aristotelis tẽpestate crassata seuiret. litera clara est.
29 ¶Quę causa fuerit vt respublica Atheniensiũ ad popularẽ statũ ex optimorũ gubernatione
demigrauerit: & quædã quæ Solon ordinauit, vt q; populus magistratus eligeret, & errata
corrigeret. quæ maxime necessaria est populo potestas: alioqui seruus habetur & inimicus.
Cõstituit omnes magistrat⁹ ex nobilibus & locupletibus: ex primo cẽsu quingẽtorũ medim-
norũ, ex secundo totidẽ iugerũ, ex tertio qui iam finis esset, eorũ qui equũ alere sufficerent,
qui equestris census nũcupatus est. a quarto autẽ censu qui erat opificũ, seruiliũ atq; sordi-
dorum: nullũ ordinauit magistratũ esse sumendũ, neq; illis magistratus assequẽdi ius vllum
30 erat. narratio: in litera est manifesta. ¶Tertio, in transitu citat eos qui rerumpublicarũ curã
gerẽtes, ciuitatibus leges posuerunt, & si quid eorum est propriũ. posuerunt quidem leges,
Zaleucus: Locris occidẽtalibus. Charondas Catiniensis: ciuibus suis, & ciuitatibus nõnullis
quę ad Carthaginẽses spectant, Siciliæ & Italiæ adiacẽtibus. Philolaus: Thebanis. Plato: Ma-
gnesijs. Dracon: Atheniensibus. Pittacus: Prieneis. Androdamas: Thracibus. Philolai: pro-
priæ sunt leges proletariæ, & vt numerus hæreditatũ saluetur. Charondæ: mulctæ falsorum
testium. Platonis: mulierum, natorum, & facultatum cõmunitas, & comessationes fœmina-
rum. Draconis: rigiditas ob magnitudinẽ pœnarũ. Pittaci: ebriosos (si quẽ pulsauerint) ma-
iori pœna plectendos, q̃ si sobrij pulsassent. Androdamantis: nihil afferunt proprium. Hæc
paucis perstricta sint: quia litera clara satis, aliena luce non videtur indiga.

ANNOTATIONES AD CAP. DECIMVM.

27 QVidã nunquã versati sunt in gubernatione ciuitatis: vt Hippodamus Milesius. at Hippoda-
Lycurgus & Solon rempublicã administrarunt: & legũlatores pariter extiterunt. mus Mile-
¶Lycurgus quidẽ Lacedæmonijs. illud Græce nõ habetur: sed loco eius id dún- sius.
taxat. & de ea quę Lacedęmoniorũ est, dictũ est. Verũ id intelligẽtiæ nihil præiudi- Lycurgus.
29 cat. dimissa igitur litera est: vt traduxit Leonardus. ¶Nauale enim potentiæ aduersus Me- Solon.
dos. de victoria illa Atheniẽsiũ in Medos, bello cõmisso in Maratone, ducibus Atheniẽsium Leonardus
Melciade & Callimacho: legatur sextus Herodoti, vbi cõflictus ille ingens narratur, deuictis Melciades.
barbaris. Medis atq; Persis, oppetijt tamen in bello Callimachus. ¶Ex cẽsu quingentorum Callimach⁹
modiorũ. Illic est quingentorũ medimnorũ. verum pro medimnis: latini (vt dictũ est) modi- Herodotus
os ponunt. magistratus à tribus cẽsibus omnes sumi voluisse aiunt Solonẽ. primus census
erat quingentorũ medimnorũ: secundus eorũ qui equos alere possent ad equestrem militiã.
tertij qui trecentorũ medimnorũ censum attingerẽt. Cęteri vero infra hos census: seruiles &
mercenarij, quibus nullum inire magistratũ fas erat, sed contionis & nonnullorum aliorum
30 publicorum, solum erãt participes. ¶Platonis autẽ mulierum & natorũ. Quas respublicas
præcedẽtibus cap. Socratis appellauerat: hic easdẽ Platonis appellat. nec abs re quidẽ. nam
Plato & libros de republica & de legibus scripsit: motus dictis Socratis, qui eam sententiã Plato.
defendebat. ipse vero Plato (vt & iam dictum est) eadẽ cum Socrate sentiebat. ¶Proprium Socrates.
autẽ Draconis est nihil. Draconis leges abrogauit Solon. quibus: vna ferę õnibus mors, pœ- Plato.
na definita erat. dãnati otio: capite mulctẽtur. olera aut fructus furati: vt homicidæ mortis Draco.
suppliciũ pendãt. quare Demades dicere solebat: Draconẽ non atramento, sed sanguine le- Solon.
ges suas exarasse. sed hæc frequẽter sunt audita: & qui plura desiderat, legat Plutarchum. Demades.

SECVNDI POLITICORVM ARISTOTELIS FINIS.

¶ De ciuitate, ciue, ciuitate donatis, magiſtratibus, de iuſte & iniuſte ciuibus. Cap. I.

Ciuitas.

QVi de republica conſiderat, quæ ſit vnaquæq; & qualis: fere prima illi cōſideratio occurrit videre, quid ſit ciuitas. nam ea nonnunq̄ in controuerſiā venit: cum alij dicant à ciuitate factum, alij non à ciuitate, ſed à potentibus quibuſdā, vel à tyrāno. ciuilis autē viri ac legum poſitoris: totū negociū verſari videmus circa ciuitatē. Eſt autē reſpublica eorum qui in ciuitate degunt: inſtitutio quædam. 1

Quid reſpublica.

¶ Cum vero ſit ciuitas compoſitū quiddā, 2
quemadmodum alia tota ex pluribus partibus conſiſtētia: manifeſtū eſt primo de ciue eſſe perquirendū. nam ciuitas, eſt ciuium multitudo quædam: quare & quem oporteat ciuem vocari, & quid ſit ciuis, eſt conſiderādum, nam de ciue ſæpe contenditur: nec eundem omnes fatentur ſemper eſſe ciuem. & qui in populari ſtatu ciuis eſt: perſæpe in paucorum gubernatione non erit ciuis. ¶ Eos igitur qui alio quodā modo hanc appellatione ſortiuntur, ceu eos qui ciuitate donati ſunt: omittamus. Nec habitatio ciuem facit. nam iſto modo aduenæ & ſerui ciues eſſent, cum habitatione cōmunicent. Nec rurſus hoc pacto qui fori ac iudicij ius habent. nam hoc exiſtit etiam illis: qui ſimul contrahunt, cum per contractum forum ſortiantur. quanq̄ multis in locis peregrini ne id quidem perfecte habeant: ſed neceſſe eſt vt patronū accipiant. ex quo fit vt imperfecte quodā modo ſint fori, iudiciorūmq; participes: ſed vt pueri nondū ob ætatem inſcripti, & ſenes à muneribus publicis vacantes, nō multum ſimpliciter ciues dicendi: ſed cum adiecto, illos quidem imperfectos, hos autem tranſactos, aut quippiam aliud adiungentes. at nos quærimus eum, qui ſimpliciter ciuis dicatur: nec habeat aliquā adiunctionem, quæ reſtringat & corrigat. quoniā etiā de infamibus & exulibus eodē modo (vt ſupra) dubitari, & reſpōderi poteſt. 3

¶ Ciuis ſimpliciter, nulla alia re diffinitur magis, quàm participatione poteſtatis publicæ, iudicādi atq; gerendi magiſtratus. 4 magiſtratuū autem alij ſunt determinati ſecundū tempus: ita vt non liceat interdū, niſi ſemel eundem habere, aut per alia temporis ſpacia. alij ſunt indeterminati: ceu illius qui iudicat, & qui cōcionatur. quāq̄ fortaſſe diceret aliquis: tales non eſſe in magiſtratu conſtituros. Atqui ridiculum fuerit: eos qui maxime principantur, magiſtratū dicere non habere. Sed nihil referat. nam de nomine eſt quæſtio. eſt enim abſq; nomine publica poteſtas iudicantis decernentiſq; in concione, & nondū inditum quo pacto oporteat vtrunq; nominare: ſed ſit definitionis gratia, indeterminatus magiſtratus. Ponimus autē eos eſſe ciues, qui huius poteſtatis,

vnà cum alijs participes sunt.maxime igitur proprie ciuis super omnes,
5 qui ciues dicuntur:fere talis est. ¶Nec latere nos debet,ꝙ in rebus quarum subiecta differũt specie,& aliud eorum est primum,aliud secundũ, aliud consequens:aut omnino nihil est(qua talia sunt) eis commune, aut vix.respublicas autem videmus specie differre abinuicẽ:& alias esse posteriores,alias vero esse priores. Quæ enim aberrauerunt ac prolapsæ sunt: necesse est vt posteriores sint integris & incorruptis.quomodo autem dicamus eas labi:postea patebit.quare ciuem quoqꝫ esse alium atqꝫ aliũ necesse est secundũ differentiã rerum publicarũ. Itaqꝫ ille de quo diximus: in populari quidẽ statu,maxime est ciuis.in alijs vero speciebus esse quidem potest: non tamen necesse est. in quibusdam enim,neqꝫ populus est, neqꝫ concionis vsus:sed conuocationes habent & iudicia ad partẽ. vt apud Lacedæmonios: de contractibus cognoscunt ij qui Ephori nuncupãtur, alij alia.de cæde autem senatus:& forsan alius magistratus de alijs ius dicit.eodẽmqꝫ modo apud Carthaginẽses: de omnibus quidẽ causis magistratus quidam cognoscũt.Sed recipit correctionem diffinitio ciuis. ꝙ in alijs rebuspublicis nõ est indeterminatus magistratus ille,qui in concione decernit & iudicat:sed secundum magistratum determinatus. horum enim aut omnibus,aut quibusdã:concessum est & deliberare,aut iudicare,vel de omnibus,aut de quibusdam. Quis igitur sit ciuis:ex his patet. cui enim habilitas est participandi potestatis publicæ deliberatiuæ,aut iudiciariæ,ciuem iam esse dicimus eius ciuitatis : ciuitatem vero talium multitudinem: quæ ipsa per se sufficiens sit (vt simpliciter dixerim)ad viuendum.

Huius 13

Lacedæmonij.

Carthaginẽses.

Quid ciuis

Quid ciuitas.

6 ¶Consueuerũt autem dicere eum esse ciuem, qui ex ambobus ciuibus ortus sit:& non ex altero solum,ceu ex patre aut matre. Alij vero magis vltra requirũt:ceu auos,& proauos,& tritauos,vel plures. His itaqꝫ diffinitis ciuiliter & succinctè:dubitant quidã quomodo tertius ille aut quartus erit ciuis. Gorgias quidem Leontinus partim dubitãs forsasse,partim ludens inquit:queadmodum mortaria sunt illa quę à factoribus mortariorum fiunt,sic Larisseos esse qui ab artificibus eorũ fiunt. esse nanqꝫ aliquos Larissæorum factores. est autem simplex. si enim participarent administratione reipublicæ,secundum determinationẽ iam dictam essent vtiqꝫ ciues. etenim neqꝫ possibile est congruere deffinitionem illam primis cõditoribus aut habitatoribus:vt ex patre matréqꝫ ciuibus
7 sint exorti. ¶Sed forsan magis de eo dubitari potest: cum facta mutatione recipiuntur quipiam ad cõmunionem reipublicæ.queadmodũ Athenis fecit Clisthenes post tyrannorum eiectionem.complures enim in tribus descripsit peregrinos,& seruos,& inquilinos:de quibus dubitari potest non quis ciuis,sed vtrum iuste an iniuste. Atqui & de eo insuper quis dubitabit:an si non iuste ciuis,nũquid ciuis non sit:quasi idem va-
8 leat iniustus & falsus. ¶Sed cũ videamus quosdã iniuste se in magistratibus gerere: quos tamen magistratus esse dicimus,sed nequaq̃ iuste, ciuis autem quodãmodo magistratu diffinitus sit(nã qui particeps est ta-

Gorgias.

Larissæi.

Clisthenes.

lis magistratus: est ciuis vt diximus) patet ꝙ hos quoqꝫ ciues esse dicendum est. Iuste autē an iniuste:pertinet ad primā illam quæstionē,in qua quæritur,nunquid a ciuitate factum sit,an non à ciuitate:ceu cū ex potentia paucorū,vel ex tyrannide:ad popularem statum fit mutatio.tunc enim neqꝫ pactam pecuniam soluere quidā volūt: quasi non ciuitas eam suscipiat sed tyrānus,nec alia huiusmodi permulta.quasi respublicę quędam:vi atqꝫ victoria cōstent,non publica vtilitate. Si igitur per hunc modum quædam in populari statu geruntur:similiter dicēda sunt esse illius reipublicæ acta,& paucorum potentiæ,& tyrannidis.

PRIMI CAP. TERTII POLITICORVM COMMENTARIVS.

PRimum proponit de ciuitate quęrendū esse ei,qui recte rempublicam statuere 1
voluerit:quid sit.nam frequenter cōtrouersum est,sit'ne quippiam factum à ci
uitate,an secus.finit'qꝫ rempublicam ꝙ sit eorum qui in ciuitate degunt insti-
Quid respublica. tutio quædam,recta videlicet.alioqui si non recta:non iam respublica,sed rei-
publicæ quædam labes, corruptela, prolapsióqꝫ esset. quæ diffinitio profecto,
Quid ciuitas. nunq̄ cognoscatur:nisi cognoscatur quid sit ciuitas. ¶Diffinit ciuitatem:multitudinē quan-
dam esse ciuium,ad bene videlicet probeqꝫ degendam vitam,sufficientem:vt ex calce capi
tis monstrat. quæ diffinitio minime cognoscatur:nisi primum cognoscamus quid sit ciuis.
tum ꝙ ciuitas totum sit:ciuis pars.totum autem non nisi cognitis partibus: haudquaq̄ suf
ficienter agnosci potest.tum ꝙ in ciuitatis diffinitione collocatur:& obscuritatē habet.nā de
ciue sæpe contendunt:nec eundē omnes fatentur semper esse ciuem. nā si popularis status
mutetur in paucorū potentiam:nequaq̄ omnis is ciuis erit in paucorum illa potētia,qui ci-
uis erat in populari statu. ¶ Reijcit à nuncupatione ciuis simpliciter:ciuitate donatos, in- 3
quilinos,eos insuper qui solū ius fori iudicij cōmune habent,siue pro se causam dicere pos-
sint,siue cogātur patronum,aut qui dicat aut defendat accipere,pueros,senes,nota quadā
insignis infamiæ notatos,& exules.nam aut hi ciues absolute non dicuntur: aut cum adie-
ctione: vt vrbe donati ciues, imperfecti ciues, emeriti ciues, infamis ciuis, aut exul ciuis.
Quid ciuis ¶Diffinit simpliciter absolutáqꝫ nuncupatione ciuem. eum esse qui publicæ potestatis de- 4
liberandi,consultandi,iudicandi qꝫ,atqꝫ magistratus subeundi particeps sit. Et partitur ma-
gistratus:in determinatos & in indeterminatos. Potestatē autem deliberandi,consultandi &
in concione iudicandi:indeterminatū appellat magistratū, alios autem qui extra cōcionem
geruntur,determinatos. patet igitur hunc esse ciuem simpliciter:qui indeterminati & deter
minati magistratus ciuitatis,sit particeps.sed hanc diffinitionē: paulopost emendabit. quia
non in omni republica inuenitur hic indeterminatus magistratus,qui est in tota ciuium cō-
munione potestas concionandi,deliberandi videlicet atqꝫ iudicandi:sed maxime in popula-
ri. ¶Ostendit ciuem à ciue specie differre:quemadmodū & subiectæ respublicæ,quarum ci- 5
ues existunt,specie differunt. & non modo ciuem nō vniuoce dici:sed & analogice.quēad-
modum respublica primò dicitur de recta republica:posterius autē & secundo de republica
lapsa,quibus nihil cōmune vniuocum,aut vix reperias.& quia nō in omni republica est cō-
cio & indeterminatus concionādi magistratus,vt apud Lacedæmonios & Carthaginenses,
magistratus omnes definiti determinati qꝫ sunt:ideò diffinitionē ciuis secundum intelligen-
tiam superiorē emendat,facit'qꝫ cōmunem ad omnē reipublicæ speciem,& analogice ad re-
rumpublicarū prolapsiones. videlicet ciuem alicuius reipublicæ esse:cui participādi publi-
ci magistrat⁹ illius reipublicæ, facultas adest,siue deliberatorius sit is magistratus, siue iudi
catorius . Diffinitionē etiam ciuitatis amplius declarat q̄ expresserat prius: ciuitatē scilicet
eam ciuium multitudinē esse:quæ per se sufficiat (vt simpliciter dicatur) ad viuendū. Hæc
præcedentiū summa. ¶Duas diffinitiones ciuis cōfutat. Primā ciuē esse:qui vtroqꝫ paren- 6
te ciue,natus sit.secundā:qui vtroqꝫ parēte ciue natus,auos,proauos,abauos,tritauos plu
résqꝫ habuerit ciues.nam de tertio illo aut quarto requiratur:qua ratione ciuis sit,& tandem
aut datur non sic esse ciuis,aut in infinitum fiet euasio. Et prima diffinitio:primis cōditori-
bus,habitatoribúsqꝫ ciuitatis,conuenire non potest,à quibus nihilominus per successiones
cæteri sunt exorti:quare nulli omnino erunt ciues. & simplex est,inefficax & ieiuna Gorgiæ
respōsio.sic ciues ab artificibus ciuium fieri,ceu mortaria ab artificibus mortariorū, & ceu
Larissæos ab artificibus Larissæorum.& satius respondisset ciuē eum esse:qui (ceu dictū est)

7 in republica publici magistratus esset particeps. ¶Duas de ciue dubitationes proponit. Pri
ma est. vtrum cum status vnius reipublicæ in alium mutatur, vt paucorũ potẽtia in popu-
larem: si qui ad ciuitatis administrationẽ de nouo admittuntur, ciues sint? & si ciues: an iu-
ste an iniuste ciues? Secunda. si ciuis iniuste, quispiã est: nunquid ciuis est? an iniustus & fal-
8 sus ciuis: idem valeat? ¶Diluit dicẽs illos ciues esse. nã ciuis participatione magistratus dif-
finitus est. quãdiu igitur functionis magistratuũ participes erunt: tãdiu dicẽdi erunt ciues.
sed an iuste an iniuste ciues sint: cognoscetur, si à ciuitate id factũ erit. nã in huiusmodi mu-
tatis rebuspublicis, iuste ciues sunt: in paucorum potentia qui à paucis potentibus ciues fa-
cti sunt, & in populari statu qui à populo, & in tyrãnide cui tyranni fauor accessit ac volun-
tas. Contrà iniuste ciues essent: si à tyranno aut paucis potentibus, in populari gubernatio-
ne positi, iniussu populi, magistratibus participarẽt, aut contrá. id capitis summa sit.

ANNOTATIONES AD CAP. PRIMVM TERTII POLITICORVM.

ARgumentũ. Quæ tertius discutit sunt hæc: ciuis, respublica, dominãs in republi
ca, cui gubernatio cõmittenda, præexcellẽtia vnius, regia gubernatio. De ciue:
quid ciuis. quando eadẽ ciuitas. an eadẽ virtus boni viri & boni ciuis. De repu-
blica: quid, quot, & quæ respublicæ. quoad & quantũ iusti paucorum potẽtiæ &
popularis gubernationis. quid ciuis, à numero 4 ad 9. quãdo eadẽ ciuitas, à nu
mero 9 ad 14. virtus boni viri & boni ciuis, à 14 ad 25. quid respublica, à 25 ad 29. quot &
quæ respulicæ, à 29 ad 35. iustum paucorũ & populare, à 35 ad 36. dominans, à 36 ad 53.
cui cõmittenda gubernatio, à 53 ad 62. præexcellentia vnius, à 62 ad 67. species regum, &
iterum cui cõmittenda gubernatio, à 67 ad 81. iterum de regia potestate, à 81 ad calcem li
4 bri. ¶Gerẽdi magistratus. de magistratibus differetur libro quarto: à numero 64 ad finem
quarti. & in sexto, à 48 ad finẽ sexti. dilucidior igitur diffinitiõis intelligẽtia: vbi visa illa fue-
5 rint, patentiórq; apparebit. ¶Quæ enim aberrauerũt & prolapsæ sunt. quid incorrupta res-
publica, recta, & iusta simpliciter: & quid aberrans, lapsa, & iniusta, intelliges numero 28 hu-
ius. & ex 29 & 30 regnũ, optimatẽ rempublicam, & censupotestatẽ incorruptas esse respu-
blicas. at tyrannidẽ, paucorũ potentiã, popularem gubernationẽ: oberrãtes & prolapsas. Et
ciuis tot modis dicetur. nã quidã sunt ciues in regia gubernatione: qui in ea suscipiẽdorum
magistratuũ sunt habiles. quidã in optimate republica: qui etiã capaces sunt magistratuum
illius gubernationis. alij sunt ciues in censupotestate: qui in illa gubernãdi specie ad gubernã
di potestates & ad magistratus admittũtur. & hi ciues: regij, optimatis gubernatiõis, & rei-
publicæ siue censupotestatis, legitimi & recti sunt ciues. Verũ tyrannici, paucorũ potentiæ,
& populares ciues, qui ad munera gubernationũ & magistratus, in huiusmodi speciebus ad-
mittũtur: non legitimi & simpliciter ciues, sed prolapsi ciues, & cũ adiecto. vt gubernatio-
nes illæ nõ legitimæ & simpliciter respublicæ: sed prolapsæ, & cũ adiecto respublicæ. homo-
nymum igitur ciuis: & secundũ rectas gubernationes rerumpublicarũ, & prolapsas aliter &
aliter diffiniendũ. ¶Vt simpliciter dicatur ad viuendũ. in regia scilicet republica, optimate,
& censupotestate: ad bene & recte, beatéq; viuendũ. sed in tyrãnide, paucorũ potẽtia, & po-
pulari gubernatione licet esset ad viuendũ sufficiẽtia: nõ tamen in hisce ciuitatibus, quæ ty-
ranno, paucis potẽtibus, aut plebe gubernãtur: bene, recte, beatéq; viuitur. sed tyrãnica vita Gorgias.
violenta est, & scelerata. paucorũ ambitiosa & auara. popularis autẽ intẽperans & licẽtiosa. Empedo-
& quales respublicæ: tales ciues. & tales quoq; putandæ sunt huiusmodi ciuitates: nõ simpli cles.
6 citer & absolute, sed cũ adiecto dici ciuitates. ¶Gorgias quidẽ Leõtinus. Gorgias auditor Pericles.
fuit Empedoclis: pręceptor Periclis, Isocratis, Alcidamãtis, & Poli: quẽ Plato introducit in Isocrates.
dialogo, quẽ Gorgiam appellat. artem rhetoricam docuit: pacta mercede. tropis, metapho- Alcidamas.
ris, allegorijs & schematismis: frequenter vtebatur. cuius dictum de Larissæis hic citat Ari- Polus.
stoteles. multa composuit: verum solus dialogus Platonis, apud nos extat. Plato.

¶De identitate, magnitudine, mutatione, & pacto. Cap. II. Aristoteles.

9 VIdetur autem proprius huius quæstionis locus: quomo
do aliquando dicamus ciuitatẽ esse eandem, aut non eã-
dem sed aliam. potissime igitur inuestigatio huius du-
bitationis est, circa locum & homines. fieri enim potest,
vt separetur locus & homines: & hos ibi, & alios alibi
habitare. sed hæc leuis est dubitatio. nã cum multiplici-

ter dicatur ciuitas: perfacilis est huiuſmodi quæstio. ¶Similiter quoq; 10
eorum hominum qui eundem inhabitãt locum: quoad dicendum sit vnã
Peloponnesus. esse ciuitatem? non enim mœnibus hoc diffinitur. Licet enim Peloponne-
Babylon. ſum totam vnis mœnibus circundari. talis fortasse est Babylon: quæ ca-
pta cum esset ab hostibus, ferunt partem aliquam eius ciuitatis, tertia die
nondum aliquid ſensiſſe. ſimiliter & quæcunq; alia magis habent circun-
ſcriptionem gentis, quàm ciuitatis. ſed huius quæstionis alio loco vtilis
erit consideratio. nam de magnitudine ciuitatis, & quantam esse vtile ſit,
& vtrum vna vel plures, latére non debet ciuilem. ¶At habitantium in 11
eodem loco: vtrum quoad ſit idem genus habitantium, eandem esse ciui-
tatem dicendum est, quãuis ſemper alij intereant alij, oriãtur. vt & flumi
na ſolemus eadem dicere, & fontes eoſdem: quãuis ſemper vnda noua ſu
perueniat ac defluat. An homines dicendum est eoſdem esse propter hanc
cauſam: ſed ciuitatem aliam? nam ſi ciuitas est ſocietas quædam (est au-
tem ſocietas ciuium) variata reipublicæ gubernandæ forma, & alia ſpe-
cie effecta, necessarium vtique videatur, ciuitatem quoq; nõ eandem per-
manere. vt & chorum alium esse dicimus: dum tragicus est, q̃ dum comi-
cus: etsi ijdem ſint homines. eodémq; item modo: omnem aliam ſocieta-
tem, & compoſitionem aliam, ſi ſpecies compoſitionis alia fiat. ceu har-
Harmonia Doria & Phrygia. moniam earundem vocum aliam esse dicemus: & modo Doricam, modo
Phrygiam vocitamus. ¶Id ſi ita est: patet quòd maxime dicendum est, 12
eandem ciuitatem, ad rempublicam reſpicientes. Nomine autem vocari
alio, aut eodem licet: eiſdem habitantibus ipſam, vel alijs penitus homi-
nibus. ¶Vtrum autem iuſtum ſit pactum diſſoluere aut non diſſolue- 13
re, mutata reipublicæ gubernandæ ſpecie: alia est diſputatio.

SECVNDI CAP. COMMENTARIVS.

QVæstionem diluit. Vtrum ſi ciuium multitudo aliò migret, & alium incolat lo 9
cum, & contrà, alij locum eorum ſubintrẽt, eadem erit ciuitas quæ migrauit
aliò, an eadem quæ ſucceſſit abeuntium loco? ſed hæc dubitatio leuis est, di-
lutúque facilis: cum ciuitas multipliciter dicatur, nunc de loco, nunc de ciuiũ
multitudine. qui nanq; migrarunt: ciuitas eadem ſunt hominibus, ſed non lo-
co eadem. qui ſuccedunt: loco ciuitas eadem, ſed non ciuibus quæ prius eadem. ¶Secun- 10
dam mouet quæstionẽ. eorum hominum qui eundem incolunt locum: ad quã vſq; magni-
tudinem dicendum est vnã esse ciuitatẽ. hanc hoc in loco non diluit: ſed relinquit ad ſepti-
mum diluendam, vbi de magnitudine ciuitatis, quantáq; magnitudine esse expediat, diſſe-
rit. ¶Tertia quæstio est. quoadusq; hominũ eundem locum habitantium ciuitatem eandẽ 11
putare oportet: an quoad genus durat, q̃uis ſemper alij intereant & alij oriantur, ceu ſole-
mus ſemper eadem flumina dicere, & fontes eoſdẽ, q̃uis vnda effluat continuo & noua ſuc-
cedat? an propter hanc ipſam cauſam dicendi ſunt homines ijdem: ſed ciuitas diuerſa, quia
forma videlicet reipublicæ gubernãdæ ſit immutata? nam cum ciuitas ſit quædam ſocietas
(est autem ciuium ſocietas) variata reipublicæ gubernandæ forma, & facta ſpecie altera ne-
ceſſarium videri queat, non eandem permanere. vt chorum alium dicimus dum tragicus
est, & dum comicus: tametsi ijdem ſint homines. eodémq; item modo cõmunem aliam ſo-
cietatem, & compoſitionẽ aliam esse dicimus: ſi ſpecies compoſitionis alia fiat. vt harmo-
niam earũdem phthongorum aliam esse dicimus: & modo Doricam, modo Phrygiã voci-
tamus. ¶Diluit quæstionem. ita esse cenſendum, ciuitatem vnam dici, aut alteram: quẽad- 12
modum chorum eundem aut diuerſum, & harmoniam eandem, diuerſamve harmoniam.
quare perſpicuũ est: ciuitatem dici eandem cum ad rempublicam reſpicimus, cúmq; est cõ-
tinuo eadem gubernandi reíq; publicæ forma atque ſpecies. & licet ciuitatem ipſam, nunc

eandem, nunc alteram nomine nuncupare: siue eisdem, siue prorsus alijs incolentibus ipsam
13 hominibus. ¶Quarta quæstio. an iustum sit pactũ dissoluere mutata reipublicæ specie: an
potius non dissoluere sit iustũ. hanc non diluit: q; alteri loco eius discussio sit accõmodata.

ANNOTATIONES AD CAP. SECVNDVM.

11 VT chorum aliũ. Cum in scena, tragœdiæ & comœdiæ repræsentabantur: pars vna
choro deputabatur. dum interualla fierẽt, & mutatis prioribus personis, nouę in-
troducerentur. chorus autem concentu & rithmo materiæ cõuenientibus, inter-
dum saltu & tripudio: ad interim demulcendum populum peragebatur. Et diffi-
niunt chorum: conuentũ, & quasi choronam, eorum qui ad ludos cõueniunt: & propriè esse
conuentum saltantiũ, atq; canentium, deductum à chora id est gaudio. & in tragœdijs & co
mœdijs agentes chorum: aut choreas ducebant, aut cantabant, rei subiectæ chorum accõ-
modantes. & actoris partes (vt inquit Horatius) chorus, officiúmq; virile defendat. & quo-
ties in comœdia, tragœdia, aut satyra simul agunt (vt loquuntur, cantillant, aut choros di-
cunt) personæ illæ chorus dicitur. si in duas partes diuisæ hęc agunt: hemichoria. singuli au
tem per se agentes: mimi. sed de choris satis. ¶Tropus Dorius, Phrygius: modi sunt musi-
ci. Phrygius quidem violentus & animum distrahẽs: Dorius autem pacatus & moderatus.
vt ex octauo huius numero 19 agnoscitur. cantu Phrygio Timótheus musicus, ita exaspe- Timóthe⁹.
rasse fertur Alexandrum: vt ex epulis ad arma continuo prosiliret. at mutato Phrygio mo- Alexander.
do in remissum: ad conuiuas pacatũ reduxit. & quanq̃ eædem voces sonent, & eædem chor
dæ in vtrisq; modis tangantur: non tamen eadem est melodia. verum hæc: potius à musicis
13 sunt discenda. ¶Vtrum autẽ iustum sit. Huius quæstionis dilutio: potius ad leges pertinet.
& tanta est diuersitas legum: quanta & rerumpublicarum, similiter quoq; & pactionum. le-
ges tamen regiæ, optimatum, & reipublicæ: bonæ & iustæ, & pacta talia, at leges tyrannicæ
paucorũ potẽtum, & populares: neq; simpliciter bonæ, neq; iustæ, & plærunq; pacta talia.

¶De virtute absolute viri boni & boni ciuis, eius qui præest & eius qui subest, & de opificibus. Cap. III.

14 IIs vero (quæ nunc dicta sunt) cõsequens est videre: vtrũ
eadem sit virtus boni viri & boni ciuis, an non eadem.
15 ¶Verum si hoc est perquirendum: prius de virtute ci-
uis, sub cõpendio dicere oportet. Vt igitur nauta vnus aliquis est eorum qui sunt in cõmuni societate: ita & ciuem dicimus. Nautarum vero quãq̃ dissimiles sint secundum potentiã (nam alter est remex, alter gubernator, alter prorã dirigens, alter alterã huiusmodi appellationẽ habens) patet quod expressissima vniuscuiusq; nuncupatio, propria erit illius virtutis. similiter autẽ & cõmunis quædã conuenit omnibus. salus enim & conseruatio nauigantium: cõmune est omnium opus. hoc enim vnusquisq; eorum intendit. sic igitur & ciuibus, licet dissimiles sint: opus est conseruatio cõmunis societatis. societas vero: est respublica. quapropter necesse est virtutẽ esse ciuis ad rempublicã. ¶Siquidem igitur plures sunt rerumpublicarũ species: patet non esse recipiendum, vt studiosi ciuis vna sit virtus perfecta. at viri boni perfecta est virtus. quòd igitur fieri possit: vt ciuis studiosus nõ possideat virtutẽ illam, per quam dicitur vir bonus: manifestum est. ¶Quinetiam & alio modo inquirentibus deuenire licet ad eandem rationem circa optimã rempublicã. nam impossibile est ex omnibus studiosis esse ciuitatem: & oportet singulos, opus suum bene conficere. hoc autem à virtute. cum vero sit impossibile similes esse ciues omnes: nequaq̃ vna fuerit virtus ciuis & viri boni. nam virtutẽ studiosi ciuis: omnibus adesse oportet. sic enim optimam, necesse est esse ciuitatẽ. at viri boni virtutẽ impossi-

bile eſt omnibus ineſſe:niſi neceſſariũ ſit in ſtudioſa ciuitate,ciues omnes
eſſe viros bonos. ¶Præterea cum ex diſſimilibus cõſtet ciuitas:vt animal
continuo ex anima & corpore, anima vero ipſa ex ratione & appetitu, &
domus ex viro & vxore, & acquiſitio ex domino & ſeruo: eodem modo
ciuitas ex his omnibus,ac præterea ex alijs diſſimilibus cõſtet ſpeciebus:
neceſſe eſt non vnam eſſe ciuium omnium virtutem. quemadmodũ neq;
chorum agentium,ſupremi & adiutoris.quòd igitur non eadem ſimpli-
citer:ex his patet. ¶Sed an erit alicuius eadem virtus ciuis ſtudioſi:& vi- 16
ri boni? ¶Dicimus vtiq; ſtudioſum in magiſtratu bonum eſſe atq; pru- 17
dentem.ciuilem autẽ hominem neceſſarium eſt eſſe prudentem. & ſtatim
aliam eſſe diſciplinam magiſtratũ gerẽtis aiunt quidã: vt patet in regum
filijs,qui ad equeſtrem bellicámq; diſciplinã in adoleſcentia erudiuntur.
Euripides. vt Euripides inquit,Nõ mihi ſpecioſa,ſed ea quorũ ciuitas indiget.tanq̃
ſit magiſtratu fungentis diſciplina quædã.ſi autem eſt eadem virtus præ-
ſidentis boni,ac viri boni:ciuis autem eſt,& qui ſubeſt,non eadem virtus
ſimpliciter fuerit ciuis, & viri boni,ſed tamen cuiuſdam ciuis.non enim
eadem virtus eſt eius qui præeſt,& ciuis qui ſubeſt. & ob hoc forſan Ia-
Iaſon. ſon inquit grauiter ferre,ſi nõ regnaret:quia neſciret priuatus eſſe. ¶Sed 18
nihilominus laudandũ eſt poſſe imperare & parẽre:ac præclari ciuis vir-
tus eſt poſſe præeſſe & ſubeſſe laudabiliter.ſi ergo virtutem boni viri po-
ſuimus præſidentẽ, ciuis autem vtrãq;: non vtiq; fuerint ambæ ſimiliter
laude dignæ. ¶Cum ergo aliquando videatur vtraq;,ſed non eadẽ eum 19
qui imperat, & eum qui paret addiſcere debere,ciuem autem vtraq; ſcire
& participare vtrorũq;:hinc itaq; quiſpiam conſideret. ¶Eſt enim præſi- 20
dentia dominatiua.hac vero in ijs quæ neceſſaria vocãtur,ſcire facere ne-
quaq̃ neceſſarium eſt ei,qui præſidet: ſed vti magis. alterum vero ſeruile
eſt.dico autem alterum poſſe exhibere ſeruilia miniſteria.ſeruorum autẽ
ſpecies plures eſſe dicimus.nam ſunt & miniſteria plura.quorum partem
vnã obtinent manuales.hi ſunt (vt nomen ſignificat) qui ex manibus vi-
uunt: in quibus ſunt mechanici opifices. Quapropter apud quoſdã anti
quitus huiuſmodi artifices,excludebãtur à reipublicæ honoribus:anteq̃
populus extremus fieret.hæc igitur opificia hominũ qui ſubſunt ſic:neq;
rectorem diſcere oportet,neq; eum qui in republica verſatur,neq; bonum
ciuem, niſi fortaſſe quandoq; ſuiipſius gratia ad ſeipſum. non enim am-
plius contingeret eſſe alterum dominum, alterum ſeruum.ſed eſt præſi-
dentia quædã: per quam præeſt ſimilibus genere, & liberis hominibus.
& hanc dicimus ciuilem præſidentiã: quam eum qui præeſt didiciſſe pa-
rendo oportet. ceu præfectum equitum eſſe: cum ipſe prius ſub alio fue-
rit.& exercitum ducere:cum ipſe prius in exercitu per inferiores militiæ
gradus ductus ſit,in inſidijsq; delituerit.quã ob rem recte dicitur nemi-
nem bene imperare poſſe, qui non ipſe prius ſub imperio fuerit. ¶Sed 21
horum diuerſa eſt virtus.& oportet bonum ciuem:ſcire,ac poſſe præeſſe,
& ſubeſſe.& hæc eſt virtus ciuis:ſcire recte ſe habere in vtraque parte.&

boni igitur viri in vtraq;. quanquam alia species est eius modestiæ ac iustitiæ quæ præest. nam eius qui subest ac liber est: nō vna profecto fuerit virtus atq; boni viri. vt puta iustitia: alias species habet cū præest, alias cū subest. ¶ Quemadmodū viri & mulieris: alia temperantia, & fortitudo. nam videretur vtiq; timidus esse vir: si ita fortis esset, vt fœmina fortis. & mulier inhonesta videretur: si sic honesta foret vt vir honest9. administratio quoq; domus: alia mulieris, alia viri. nam viri opus est acquirere: mulieris autem seruare. ¶ Prudentia vero, propria virtus est eius qui pręest sola. nam cæteræ quidem virtutes videntur cōmunes, tam eorū qui præsunt, q̄ eorum qui subsunt. at prudentia non est virtus eius qui subsit: sed opinio vera. qui enim subest, vt is est qui fistulam facit: qui vero præest, vt is qui vtitur fistula. vtrum igitur eadem sit virtus viri boni & ciuis studiosi an alia, & quomodo eadem & quomodo alia: ex his patet. ¶ Restat adhuc vna dubitatio circa ciuē: vtrum reuera ciuis sit is, cui solū participatio est publici magistratus, an opifices etiā ac mercenarij sint ciues nūcupādi? nā si ponamus hos quoq; esse ciues qui magistratuū sint expertes: nequaq̄ possibile est vniuscuiusq; ciuis talē esse virtutē. si vero nullus horū est ciuis: in qua parte sunt huiusmodi homines reponendi? neq; enī in eorū ministrorū loco, qui nobiscū habitāt: neq; rursus peregrini. ¶ An secundum hanc rationem nihil dicemus euenire absurdum? neq; enim serui supradictorum quicq̄: neq; liberti. Illud autem verum, ꝙ nō omnes illi dicendi sunt ciues: sine quibus ciuitas esse non potest. cum neq; pueri ita ciues sunt: vt viri. sed hi quidē simpliciter, illi vero ex suppositione. ciues enim sunt: sed imperfecti. Vetustis autem temporibus apud quosdā: opifices erāt serui, aut peregrini. quapropter etiā nunc plæriq; tales sunt. optima quidem ciuitas: nunq̄ opificem facit ciuem. ꝙ si is ciuis, ciuis autem virtus est quam diximus: dicendum est eā non esse cuiusq; ciuis, neq; liberi modo, sed eorum qui à ministerijs necessarijs sunt alieni. necessaria vero qui vni ministrat, seruus est: qui autē publice, viles & sordidi. ¶ Patebit autem & hinc paulo adhuc considerantibus, quemadmodum in his res se habeat. hoc enim quod diximus: illud ostendit. cum enim plures sint rerumpublicarum species: plures quoq; species ciuium sint necesse est, ac maxime eorum ciuium qui subsunt. itaq; in quadam republica opifices & sordidi ciues erūt. in quibusdam vero impossibile est: vt ciues sint. puta in optimatum gubernatione: si qua illa est, in qua secundum virtutem dantur honores, & secundum dignitatem. non enim virtutem exercere potest: qui vilibus officijs occupatus est. in paucorum quoque gubernatione tenues homines ad rempublicam non recipiuntur. ex magno enim censu ad honores reipublicæ peruenitur. artifices tamen ad hanc speciem reipublicæ peruenire possunt, etsi sordidi sunt: quoniam plærique artificum diuitijs abundant. apud Thebanos autem lex fuit: vt nemo habilis esset ad honores reipublicæ suscipiendos: nisi per decem annos à mercatura destitisset. in multis autem rebuspublicis: attrahūtur

Thebani.

etiam lege, ad ciuitatē peregriní. est etiam lex in quibusdā popularibus
ciuitatibus: vt satis sit ex matre ciue esse genitum. & spurios quidem reci-
piunt hoc pacto multi. attamen propter defectum legitimorum ciuium:
tales faciunt ciues. paucitate enim hominum inducti: his vtūtur legibus.
quòd si abundent in multitudine: paulatim excludūt. primo libertini ge-
neris homines. deinde eos qui ex matre solūmodo, ciues sunt. in fine autē
non nisi ex vtroq; parente natos ciues: pro ciuibus habēt. Q; igitur plu-
res sint species ciuis: ex his patet. & quòd maxime dicitur ciuis ille: quí
Homerus. habilis sit ad honores suscipiendos, vt Homerus inquit. sed vbi id occul-
tum est ex deceptione habitatorum: tanquam inhonoratum quendam re-
pticium, repellunt. vt inquilinus enim est & aduena: quí honores capere
non potest. ¶ Vtrum igitur alia an eadem virtus sit, per quam est vir bo- 24
nus & ciuis studiosus: patet ex supradictis, quòd alicuius ciuitatis idem,
alicuius vero alius. & ille non omnis: sed qui pręest reipublicę, & domi-
nus est, aut solus aut cum alijs, communium curam gerens.

TERTII CAP. COMMENTARIVS.

PRima quæstio. An eadē sit virtus, qua quis absolute dicitur vir bonus & bon⁹ 14
ciuis: an altera? ¶ Diluit: non esse eandem. Primo. quia bonus ciuis dicitur: vt 15
bonus nauta. atqui eadē virtus nō est, qua quis simpliciter bonus est: & bonus
nauta. neq; igitur eadē: qua quis simpliciter bonus & bonus ciuis. bonus autē
nauta dicitur: qui bene officiū suum peragit. vt qui bene remos impellit si re-
mex, qui bene clauū moderatur si gubernator, qui bene prorā dirigit si prorarius, totius pro
functionis suæ modo, nauigantium multitudini, cōseruationē efficiens. salus enim & cōser-
uatio cōmune est omniū nautarum opus. sic bonus ciuis: qui probe, felicitérq; suū peragit
officiū: pro modo functionis suę, ad totius cōmunitatis, totiúsq; reipublicę status conserua-
tionē. vt quí publica decreta, sententias, & facta ciuitatis fideliter exarat, si scriba. qui bene
ac fideliter publicū ærariū curat: si quæstor. qui pro dignitate quietos tranquille moderatur,
sontes punit, seditiosos sedat: si gubernator. & ita quisq; secundū id officiū, quod in republi-
ca sortitus est moderandū: pro modo suo quantū in se est, totius reipublicæ salutē efficiēs.
est enim reipublicæ salus, totiúsq; multitudinis conseruatio: omniū ciuium opus. quare bo-
ni ciuis: virtutē dici necesse est respectu habito ad rempublicā, nō absolute ad ipsum. ¶ Se-
cundo, Quia rerumpublicarū multæ sunt species. manifestū igitur est: boni ciuis nō esse vir-
tutem vnā perfectam, à qua bonus ciuis dicatur. at boni viri à qua absolute bonus dicitur:
perfecta est virtus. perspicuum igitur est: fieri posse bonū ciuem eā virtutem nō possidere,
à qua vir bonus dicitur. ¶ Tertio. Quia optimam rempublicā impossibile est esse ex omni-
bus absolute, simpliciterq; bonis viris. attamē in optima republica: necesse est ciues omnes
opus suū bene peragere. & opus bene peragere ab aliqua virtute proficisci oportet. at vero
non à qua vir absolute bonus dicitur: alioqui absolute boni essent omnes atq; similes. hoc
autē cum sit impossibile: manifestum est uon omnino eandē esse virtutē boni ciuis atq; boni
viri. quandoquidē in optima ciuitatis gubernatione: virtutē boni ciuis omnibus adesse ciui-
bus oportet. at absolute boni viri virtutem: omnibus adesse: impossibile est, nisi necessarium
sit, in optima ciuitate omnes ciues esse absolute bonos viros. ¶ Quarto. quia cum ex dissi-
milibus constet ciuitas, ceu animal ex anima & corpore, anima ex ipsa concupiscente par-
ticula & animosa, & domus ex viro & vxore, & acquisitio ex domini seruí'q; acquisitione: si-
mili quoq; pacto, cum ciuitas (inquam) ex his omnibus, ac præterea ex alijs dissimilibus,
specie'q; dissidentibus constet, necesse est nō eandem omnium ciuium esse virtutē. vt neq;
eadem est virtus eius, qui ducentium choros summus est: & eius qui assidet adiutor. Patet
igitur ex his: non simpliciter atq; omnino eandem esse virtutem, qua quis bonus ciuis, bo-
núsq; vir esse dicatur. ¶ Secunda quæstio. cum non omnino & cuiuslibet boni ciuis, & boni 16
viri oporteat virtutē esse eandē: an saltē alicuius boni ciuis, virtutē oporteat esse eandē, ac
boni viri? ¶ Diluit. nos id asserere posse: in optimo reipublicę statu, bonū in magistratu ciuē, 17
eundē absolute virū bonum esse & prudentem. in tali enim republica: cum virum qui ciui-

lem ſuſcipit adminiſtrationẽ, prudentẽ eſſe oportet.& ſi prudens:morũ probitate prȩditus
eſt.quare & abſolute vir bonus.nõ tameu dicere velim:omnium ciuiũ eandẽ eſſe virtutem,
à qua ſcilicet & bonus ciuis & vir bonus dicatur.quia aiunt nonnulli:ſtatim aliam eſſe diſci-
plinam eius qui præeſt.vt in educatione filiorum regum:licet intueri.qui ab ineunte ætate
in bellica,equeſtri'q; diſciplina inſtituuntur.vt Euripides inducit loquentem, Nõ mihi ſunt
vafra:ſed ea quorum ciuitati opus eſt.tanq̃ ſit diſciplina quædã eius qui præeſt, magiſtra-
túq; fungitur.ſi igitur eadem eſt virtus eius qui benẽ præeſt ac boni viri,& nihiloſecius ci-
uis eſt is qui ſubeſt:nõ eadem profecto virtus omnino fuerit boni ciuis & boni viri.tametſi
cuiuſdam ciuis eadem erit virtus boni ciuis & boni viri.nam non eadem virtus eſt eius ci-
uis qui præeſt:& eius qui ſubeſt.& ob hoc forſitan Iaſon inquit:grauiter ferre,ſi non regna-
18 ret,quia neſciret priuatus degere. ¶Quanq̃ eius qui præeſt & eius qui ſubeſt altera ſit vir-
tus:nihilominus laudabile eſt poſſe præeſſe & ſubeſſe.& prȩclari conſummati'que ciuis vir-
tus eſt:& poſſe bene præeſſe & bene ſubeſſe poſſe,ſed non vtraq; æqua laude digna.Nam
eius qui præeſt:virtutem qua quis ſimpliciter vir bonus dicitur,poſuimus. eius autem qui
19 ſubeſt:id non oportere.dignior igitur præſidentis virtus. ¶Sed quæſtio ſubonitur:cum in-
terdum videamus eum qui prȩeſt & eum qui ſubeſt addiſcere oportere vtraq;,hunc ſcilicet
ea quæ pertinent ad parandum,illum vero ea quæ pertinent ad præſidendum,ſed quæ non
ſunt eadem, præclarum autem ciuem vtraq; ſcire oportere & quæ pertinent ad parendum
& quæ ad præſidendum,atq; vtrorunq; eſſe participem: quænam igitur ſunt ea quæ opor-
20 tet ciuem parendo diſcere? hinc enim quiſpiam: id conſiderandum eſſe ducat. ¶Dilutio.
non oportet eum qui præeſt diſcere ea quæ neceſſaria ſunt. nam præſidentia dominatoria
eſt: qua in ijs quæ neceſſaria vocantur, vt obſonia parare, pinſere, coquere, veſtes parare,
calceos ſuere,& id genus,nequaq̃ neceſſarium eſt eum qui præeſt ſcire facere, ſed vti po-
tius.alterum autem (ſcire inquam facere) mancipiorum eſt.dico alterum: vt poſſe ſeruilia
miniſteria exhibere.& ſeruorum multȩ ſunt ſpecies: quandoquidem & huiuſmodi miniſte-
ria complura ſunt. quorum partem vnam obtinent manuales: qui opere manuali viuunt,
ceu nomen indicat, inter quos annumerantur ſordidi opifices. in ijs igitur non eadem di-
ſcunt:& qui præeſt,& qui ſubſunt. quare apud quoſdam: antiquitus huiuſmodi opifices à
reipublicæ excludebantur honoribus, anteq̃ fieret extrema popularis gubernatio. hæc igi-
tur opificia hominum qui ſic ſubſunt:neq; præſidem diſcere oportet,neq; eum qui in repu-
blica verſatur,neq; bonum ciuem, niſi fortaſſe vtilitatis ſibi ad ſeipſum, priuatim'q; cauſa.
alioqui non amplius contingeret:alterum eſſe dominum, & alterum ſeruum. Cæterum eſt
præſidentia quædam:qua quis præeſt ſimilibus genere,liberis'que hominibus.& hanc ciui-
lem prȩſidentiam magiſtratúmq; dicimus:quem eum qui præeſt didiciſſe parendo oportet:
ceu prȩfectum equitum eſſe:cum prius ſub alio fuerit.& exercitum ducere:cum ipſe prius
in exercitu per inferiores militiæ gradus ductus fuerit,in inſidijs'q; delituerit. quapropter
recte dici videtur:neminem bene imperare poſſe,qui non prius ſub imperio fuerit.hȩc igi-
21 tur & ſimilia ſunt : quæ eum qui præeſt & qui ſubeſt eadem diſcere oportet . ¶Oſtenditur
quod frequenter ante ſumptum eſt:alteram eſſe virtutem eius qui præeſt & eius qui pa-
ret,quanquam oportet prȩclarum conſummatúmq; ciuem vtraq; virtute eſſe præditum,&
ſcire recte ſe habere,ſiue præſidendum ſit ſiue parendum. quare & bonum virum idẽtidem
vtraq; eſſe præditum.ſed alteram eſſe:patet. ¶Primo.quia altera ſpecies eſt moderationis
ac iuſtitiæ quȩ principatur. nam eius qui ſubeſt tametſi liber ſit, & bonus:manifeſtum eſt
quoniam non eadem eſt virtus.vt iuſtitia ſpecies alias habent:ſecundũ quas,quis aut prȩ-
eſt aut paret. non igitur eadem eſt virtus: eius qui præeſt & eius qui ſubeſt. ¶Secundo.
quia principantis virtus ad virtutem parentis,ita ſeſe habere videtur:quemadmodum viri
virtus ad mulieris virtutem.atqui viri & mulieris reuera alia eſt virtus. vt alia temperan-
tia,& fortitudo alia.nam videretur vir timidus:ſi ita fortis eſſet vt fœmina fortis.& mulier
intemperata:ſi ſic temperata,vt vir temperatus. Adminiſtratio quoq; domus : alia mulie-
ris,alia viri.nam viri officium eſt acquirere:mulieris vero parta conſeruare. Alia igitur vir-
tus prȩſidentis,& parentis. ¶Tertio.quia prudentia:propria virtus ſola eſt eius qui prȩeſt.
nam cæteras virtutes cõmunes eſſe oportet,tam eorum qui prȩſunt q̃ qui ſubſunt: prudẽ-
dentia autẽ non eſt eius qui ſubeſt,ſed opinio vera. eſt enim qui ſubeſt vt fiſtulæ factor: qui
vero prȩeſt, vt qui fiſtula vtitur. ex his itaq; manifeſtum eſt: an eadem ſit virtus viri boni
22 & boni ciuis,an alia,& quomodo eadem & quomodo alia. ¶Surgit dubitatio,ex eo quod
dictum eſt ciuis virtutem eſſe & præeſſe & parẽre poſſe bene, & vt oportet:an igitur reue-
ra ſolũ is ſit ciuis qui publici magiſtratus eſt particeps,an etiã opifices ſint ciues nũcupãdi,

cum ipsi magistratuũ sint expertes? si ciues appellabimus:nequaq̃ fieri potest,vt cuiusq; ci-
uis sit virt⁹,qua possit & bene pręesse & subesse probe.si nõ sunt ciues:in qua parte eos loca
bim⁹? neq; enim in numero seruorũ qui nobiscũ habitãt: neq; peregrinorũ locare possum⁹.
¶Diluit. Primo in optima ciuitate optimáq; republica,opifices ciues non esse:tametsi neq; 23
serui sint,neq; peregrini,neq; ex seruis facti liberi.q̃uis olim apud quosdã tales fuerint:sintq;
& nunc tales q̃plurimi.& hoc distant a seruis:ꝙ seruorũ quisq; vni necessaria,ipsi vero opi-
fices viles quidẽ & sordidi necessaria cõmunitati ministrãt.& falsum insuper est:omnes illos
dicendos esse ciues,sine quibus ciuitas esse non potest. Secũdo. vt respublicæ multæ sunt:
sic multiplices sunt ciues.in optimatũ & censupotentũ republica:opifices minime sunt ci-
ues.sed in paucorũ:nihil prohibet opifices ad ciuium munus admitti. nam sunt plęriq; ar-
tificum:qui pecunijs abundant.& maxime omniũ in colluuie popularis gubernationis:opi-
fices omniũ munerũ magistratuũmq; capaces,ciues existunt.reliquorũ:apertam litera con-
tinet narrationẽ. ¶Aliquorũ supradictorũ:sub breuitate comprehensus epilogus. 24

ANNOTATIONES AD CAP. TERTIVM.

SIquidem igitur plures sunt reipublicæ species. Species rerũpublicarũ & rectarũ & 15
prolapsarũ:ex octaui Ethicorũ cap.10 patuerũt.& adhuc generaliter patebũt nu-
meris 29 & 30 huius.specialiores autẽ modi ac species: in quarto huius. In regia
gubernatione & optimate:vir absolute bon⁹,& bonus ciuis reperiatur.& vltimo
loco in censupotestate.at in tyrannide,paucorũ potentia, & populari statu: hæc non satis se
cõpatiũtur,etsi inter eos sint absolute viri boni:neq; tyrãnidem velint,aut magistratũ ad ty-
ranni gerere arbitrium,neq; rempublicam,paucipotentũ more,aut populariter gubernare.
¶At viri boni perfecta est virtus. Virtus boni viri,virtus moralis. virtus boni ciuis: virtus
secundũ speciẽ reipublicæ. vt moralis virtus:in optimate. in censupotestate:mediocritas,&
militaris strennuitas. in populari:æquitas secundũ numerũ,& arithmeticũ medium. ¶Agẽ-
Aristoteles. tium,supremi & adiutoris. summus agẽtium chorũ,& vt Aristoteles inquit, κορυφαῖος τῶν
χορευόντων,est qui opus ipsum dirigit,alij autẽ assistũt vt socij & adiutores ad chorũ ipsum
quisq; pro suo officio peragendũ. ¶Sed horũ diuersa est virtus. Sunt ciues qui bene norũt 21
subesse,sed adhuc bene præesse nescirent:& illi nondũ præclari & cõsummati sunt ciues. sed
qui vtrũq; munus præclare obiret:is iam cõsummatus & præclarus ciuis. at contra nõ vide-
tur:vt qui apti sunt vt bene præsint,ijdẽ bene parẽre nesciunt. quis enim vnq̃ euasit ad do-
cendũ pręclarus:qui idẽ nõ recte didicerit? ¶Q ueãdmodũ viri & mulieris. Ille qui in ciuita-
te pręest,vt vir est:& multitudo quę in ciuitate paret,vt foemina. quare illius virt⁹,viri vir-
tuti:huius vero,mulieris virtuti nõ absone cõparatur. ¶Prudẽtia vero propria virtus eius
qui pręest sola. cũ prudentiæ tria sunt officia,bene consultare,iudicare,& præcipere:ea qua
bene cõsultatur eubulia,& bona consultatio dicitur. qua bene iudicatur:sagacitas. qua vero
recte pręcipitur:prudẽtię nomẽ sibi retinet.& de hac pręceptiua prudẽtia:ad Aristotelis,ꝙ
ea sola propria sit eius qui pręest,intelligitur.& de ea:cap.10 sexti Ethicorũ. ¶Primo liber- 23
tini generis homines. liber:simpliciter qui nunq̃ seruus fuit. libert⁹ qui cũ fuerit seruus:liber
factus est. libertini qui iusta seruitute manu missi sunt:& hęc apud iurecõsultos frequentia.

¶De republica,gubernandi speciebus reifamiliaris,imperijs,republica recta & lapsa. Cap. IIII.

HIs itaq; determinatis videndũ est postea: vtrũ vna sit res- 25
publica,an plures? & si plures:quæ & quot & quænam
Quid respublica. differentiæ earũ sint. Est autẽ respublica,ordinatio ciui-
tatis:& circa magistrat⁹ alios, & maxime circa id quod
summã in ciuitate habeat authoritatẽ,& sit principalis-
simũ omniũ.nã principalissimũ: vbiq; gubernat ciuita-
tem. quod autẽ gubernat: respublica est. dico autẽ ceu in populari quidẽ
statu,populus est domin⁹:in paucorũ vero potentia pauci. dicim⁹ autẽ &
respublicas alias esse ab istis: de quib⁹ quoq; alijs,eodẽ modo dicemus.
Primi 10 ¶Supponendũ est prius:cui⁹ gratia ciuitas sit cõstituta,& quot sint gu- 26
12 bernandi species circa hominẽ,& circa societatẽ vitę. in superiorib⁹ libris

vbi de gubernatione rei domesticæ, ac de domino & de seruo determina-
uimus. dictũ est, natura esse hominẽ, ciuile animal ac sociale. Ex quo fit:
vt etiã si nihil indigeãt mutuo auxilio, nihilominꝰ affectẽt vitę societatẽ.
quinetiã & cõmunis vtilitas coniũgit eos: inquantũ cõfert singulis partẽ
bene viuẽdi. maxime igitur hic est finis: & publice omnibus, & priuatim.
Cõgregãtur etiã ipsius vitę gratia. forsan enim inest sibi aliqua particula
honesti, & cõtinet ciuilẽ societatẽ, etiã viuendi gratia solũ: si nõ molestiæ
in vita nimis exuperẽt. patet autẽ ꝙ tolerãt homines multa aspera, pro-
pter viuendi cupiditatẽ: vt existente in eo quadã prosperitate & naturali
27 dulcedine. ¶ Atqui & modos imperij facile est diuidere: cũ sępe sit de his
à nobis in externis sermonibꝰ determinatũ. dominatio enim licet vtilis re- Quinti Ethicorum cap. 5
uera existat natura seruo & natura domino: nihilominꝰ imperat pro do-
mini vtilitate, pro vtilitate autẽ serui cõtingenter. neq; enim fieri potest: vt
seruo deficiente, seruetur dominatio. Filiorum vero imperiũ & vxoris, &
domꝰ totius, quã vocamꝰ rei familiaris gubernationẽ: aut gratia est eorũ
qui gubernãtur, aut gratia alicuius quod sit vtrisq; cõmune. gratia eorũ
qui gubernãtur: vt videmus & alias artes, ceu medicinã, & gymnasticã,
illorũ quibus imperatur, vtilitatẽ quęrere, contingenter tamen & eorum
qui præcipiũt, esse potest. nihil quippe vetat: magistrũ ipsum gymnasij,
esse vnũ eorũ qui exercẽtur. quẽadmodũ gubernator: semper est vnus ex
ijs, qui sunt in naui. magister igitur gymnasij, & gubernator: cõsiderant
semper eorũ vtilitatẽ quos gubernãt. sed quãdoq; eorũ vnus ipse: per ac-
cidens suscipit vtilitatẽ, hic quidẽ nauta, ille autẽ vnus eorũ qui gymna-
28 sio exercẽtur. ¶ Quapropter ciuilia quoq; imperia, cũ sint secũdũ æqua-
litatẽ ciuiũ cõstituta, & secundũ paritatẽ: vicissim censent ea esse gerẽda.
primũ quæ natura fert, censentes inuicẽ munera subire: & cõsiderare vi-
cissim quoddã illius bonũ, quẽadmodũ ille prius cũ pręesset, cõsiderauit
istius vtilitatẽ. nunc autẽ ratione cõmodorũ, ex reipublicæ gubernatio-
ne prouenientiũ, volunt continue in magistratu esse: veluti si contingeret
magistratũ gerẽtes, semper sanos esse, vbi aduersa valitudine laborassent.
nam forsan sic ipsos magistratus amplecterẽtur. Cõstat igitur ꝙ quęcũq;
respublicæ ad cõmunẽ vtilitatẽ intendunt: illas rectas esse, secũdũ simpli-
citer iustũ, quæcũq; vero ad propriã eorum qui præsunt vtilitatẽ solum:
aberrare omnes, atq; esse rectarum rerũ publicarum trãsgressiones & la-
bes. gubernãtur enim quasi à dominis. at ciuitas: liberorum est societas.

QVARTI CAP. COMMENTARIVS.

25 Diffiniunt rempublicã: ordinationẽ esse ciuitatis, cũ circa alios magistratus, tum
26 maxime circa eũ qui omniũ est summꝰ, summẽq; pręcipuus. ¶ In tertio capite
primi libri, huius politicæ institutionis, circa hominum, & vitæ rei'q; familiaris
societatẽ: quatuor gubernandi species tetigit. prima respicit virũ & vxorẽ: quæ
œconomica cõiugalis'q; dicitur. secunda dominũ & seruũ: quæ herilis. tertia patrẽ & filios: &
hęc paterna nũcupatur. quarta respicit possessiones, facultatũ'q; cõseruationẽ & accremẽta;
quæ acquisitiua appellari solet. & in secundo capite eiusdẽ primi: dixit ciuitatẽ bene viuendi
gratia constitutã esse, bene'q; viuere ciuitatis esse finẽ, & hominẽ suapte natura ciuile animal
27 esse, & plęraq; quę ex illo loco patentẽ retinent intelligentiã. ¶ De modis imperij in re fami-
liari hic intelligit: qui sunt imperiũ œconomicũ viri scilicet ad vxorẽ, dominatio quæ quidẽ

est imperiũ domini ad seruũ,& imperiũ paternũ patris videlicet ad liberos. imperiũ domi-
nicũ:primo vtilitatẽ domini respicit, secundo autẽ loco bonũ & vtilitatẽ serui.œconomicũ:
bonũ vtriusq;.nam generationis prolis'q; gratia est:quæ ex æquo est vtriusq; bonũ. paternũ
vero imperiũ:bonũ eorũ qui gubernãtur,præcipue respicit,vt medicina & gymnastica eorũ
bonũ quib⁹ medentur, & qui exercẽtur. secũdo autẽ loco & quasi ex accidẽti:bonũ eorũ qui
imperãt,ceu medicina & gymnastica medẽtis & magistri ludi bonũ. ¶Ex his: in superiorũ 28
analogia colligit, ciuilia publica'q; imperia,ad bonũ totius cõmunitatis esse debere, & non
primũ intendere vtilitatẽ eorũ qui magistratũ,imperiũ'q; tenẽt.nã huiusmodi imperia sunt
inter homines liberos & ęquales;& eorũdẽ magistratuũ atq; imperiorũ capaces.quę quia si-
Respublica recta. mul nequeũt:ea subeũt vicissim.ex quib⁹ statum colligit:quę sint respublicę rectę atq; simpli
citer iustę,& quę lapsę & iniustę.nã respublicę rectę iustę'q; simpliciter eæ sunt:quę cõmunẽ
Respublica lapsa. vtilitatẽ,totius'q; societatis bonũ intendũt.respublicę lapsę & aberrãtes:quę ad ꝓpriã eorũ
qui pręsũt vtilitatẽ solũ respiciũt.& hæ rectarũ rerũpublicarũ trãsgressiões, & labes dicunt.
in his eni subditi gubernant:vt serui natura,à dominis.Attamẽ ciuitas liberorũ est societas.

ANNOTATIONES AD CAP. QVARTVM.

IN superioribus sermonibus.in primo libro numero 10 & 12. ¶At qui modos im- 26
perij.octauo Ethicorum (vt in annotationibus dictũ iam est) cap.10 posuit spe- 27
cies reipublicę,& labes earum:ex quibus imperandi modos facile est intelligere.

¶De diuisione & diffinitionibus rerumpublicarum,& transgressionum earum. Cap.V.

HIs determinatis consequens est respublicas considerare: 29
quot numero sunt & quæ.& primo quidẽ eas quæ sunt
rectæ.nam labes earum ex illarum determinatione pa-
tescunt.Cũ vero gubernatio ciuitatis & regimen id si-
gnificet,regimen autem est potestas ciuitatis: necesse est
potestatem huiusmodi ciuitatis,aut penes vnũ esse,aut
penes paucos,aut penes multos. quando igitur vnus vel pauci vel multi
cõmunem vtilitatem in gubernatione sequũtur:has esse rerũpublicarum
species necesse est.quãdo autem ad propriam vtilitatẽ vel vnius, vel pau-
corum,vel multitudinis gubernatur: transgressiones sunt & labes. Aut
enim dicendum est non esse ciues,qui potestate participãt,aut par est ad
Quid respublica regia. vtilitatem cõmunitatis participare. Vocare autem consueuimus:cũ vnus
Quid optimatium. ad vtilitatem cõmunẽ respiciens gubernat: regiam potestatem. cum vero
pauci gubernant,plures tamen vno:optimatuũ gubernationem,vel ex eo
Quid cẽsu potentum. quia optimi pręsunt,vel ex eo quia ad optimũ ciuitati,& ijs qui ea com-
municant,pręsunt.cum autẽ multitudo gubernat ad cõmunem vtilitatẽ:
vocatur cõmuni nomine omniũ rerum publicarũ,respublica.accidit autẽ
rationabiliter.vnũ enim excellere secundum virtutem,aut paucos datur:
vt vero multitudo excellat ad omnẽ virtutem difficile est,sed maxime ad
bellicã excellit.hęc enim in multitudine fit:quare in hac reipublicæ spe-
cie principalissimum quod propugnatiuũ est. atq; ea re participant: qui
arma possident. ¶Labuntur vero & transgrediũtur huiusmodi species. 30
Quid tyrãnis. ex regia quidem gubernatione:in tyrãnidẽ.ex optimatibus vero:in pau-
corum potentiam.ex republica autem:in popularẽ statum. Tyrannidem
Quid paucorum potentia. enim esse dicimus : dominatũ vnius ad propriũ commodũ intendentis.
paucorũ autem potentiã:cum ad opulentorũ commodum, gubernatur.
Quid popularis status. Popularẽ autẽ statum:cũ ad cõmodum egenorum.harum enim nulla:ad
cõmunẽ vtilitatem respicit. ¶Oportet autẽ paulo vberius explicare:quę 31

sit vnaquæq; istarū. habent enim dubitationes quasdam. philosophantis enim circa singulorū disciplinā,& non solū ad agendū respicientis: propriū est nihil negligere,neq; prætermittere,sed demōstrare in singulis veritatē. Tyrānidē esse diximus vnius dominationē ciuili societati præsidētis. Paucorū autē potentiā:quando rēpublicā tenent opulenti & diuites. Popularē vero gubernationē:cum tenues homines & nō possidētes diui-

32 tias,gubernāt. ¶Prima igitur dubitatio circa diffinitionē est. nā si plures sint opulenti & diuites ac rempublicā teneant,& popularis gubernatio sit cū multitudo regit:eodēmq; modo sicubi cōtingat inopes esse pauciores q̄ opulenti,sed potentiores ac rempublicā teneant,& vbi pauci rēpublicā obtinent:paucorū potentiam nūcupamus,non recte viderentur

33 istæ diffinitiones gubernationū esse positæ. ¶Enimuero si quis adiūgens opulentiæ quidem paucitatē,inopiæ vero multitudinē,sic appellet reipublicæ species, vt dicat paucorū potentiā esse: in qua gubernationē reipublicæ habent opulenti,numero pauci,popularē vero,in qua inopes rempublicā tenent multi existētes:aliam habet dubitationē.quas enim modo dicemus eas respublicas:eā videlicet in qua plures opulenti,& eā in qua pauciores inopes gubernāt in vtraq; rerūpublicarū,siquidem nullæ sunt

34 aliæ respublicæ præter supradictas? ¶Videtur igitur ratio ista ostendere: q̄ paucos esse,vel multos qui gubernāt,contingens est, aliud paucorum potētiæ,alterū populari.propterea q̄ vbiq; accidit,vt pauci sint opulēti: multi vero inopes. Ex quo fit:vt huiusmodi causæ nō faciant differentiā: sed in eo differant popularis gubernatio & paucorū potentia abinuicem, q̄ alibi opulenti,alibi inopes rempublicā obtinent. Necessariūq; est vbicūq; per opes ac diuitias præsunt,siue hi pauciores sint,siue plures: hanc esse speciem illā,quæ vocatur paucorū potentia. vbicūq; inopes: hāc esse popularē gubernationē.sed accidit(vt diximus)hos quidem paucos esse, illos vero multos.opibus enim ac diuitijs pauci abūdant,libertatis tamē omnes participes sunt:propter quas causas cōtendūt vtriq; de republica.

QVINTI CAP. COMMENTARIVS.

29 Dducit rempublicam rectam:in regiam,optimatum,& in eam quæ sibi peculiariter reipublicæ nomen vendicat, quam alij censupotestatem appellant. regia penes vnum est:qui paterna pietate atq; affectu, omnium directionē suscipit. optimatum respublica:paucos respicit, virtute & probitatis integritate perfectos. quæ autem peculiariter respublica,& censupotestas dicitur:multos qui & belli & pacis tempore totius cōmunitatis bonum procurant. Diffinit rempublicā regiam: eam esse in qua vnus excellēti virtute præeminens,ad communem omniū vtilitatē gubernat. Et optimatum:in qua pauci opt mi & ad optimum,ciuibus præsunt. Censu vero potentum rempublicam:in qua multi ad communem omniū vtilitatem,ciuitatis gubernationem administrant. & hæc:respublica nominari solet, cōmune rerumpublicarum nomen sibi vendicans. & hæc maxime cōsistit in ijs qui bellica virtute præpollent,qui arma tenent, & hostes propulsant. Nam fieri potest : vt vnus virtute excellat,vt in regia. aut pauci: vt in optimatum republica. vt vero multi excellant ad virtutem: haud quaq̄ facile, nisi ad belli-

30 cam. ¶Prolapsiones,labes,transgressionésq; & corruptelas rerumpublicarum enumerat,& diffinit:tyrannidem,paucorum potentiam,& popularem gubernationem. Tyrannis:regno contrariatur. & est:dominatus vnius,ad propriū cōmodum cuncta molientis. Paucorū potentia:optimatū gubernationi aduersatur. & est:cum pauci opulenti,ad suum commodum res ciuitatis administrant. Censu vero potestati:popularis status contrarius est. & est:cū ad

egenorum commodũ,res gubernantur.& nulla harum:ad comunẽ omnium vtilitatem atq;
bonum,respicit. ❡Resumit trium transgressionum rerumpublicarum diffinitiones (omissis 31
vocabulis:multi & pauci) vt eas exactius enucleet.nam philosophi est:circa singulorũ disci
plinam nihil negligere,nihil'q; prætermittere,sed dilucidã apertãmq; facere in singulis ve-
ritatem. ❡Primę dubitationis circa diffinitionem paucorum potentiæ,q̃ ea sit transgressio 32
in qua pauci opulenti & diuites rempublicã tenent:causam adducit.nam si plures sint opu-
lenti & diuites in republica q̃ inopes,rẽmq; publicam teneant vt olim Colophonij,& insu-
per popularis gubernatio vocetur cũ multitudo & pars maior gubernat, illa profecto esset
popularis gubernatio.Diffinitio igitur illa nõ recte de paucorum potentia fuerit assignata.
Præterea si paucorũ potentia est vbi pauci potẽtiores rẽpupublicã tenẽt,& euentu aliquo
alicubi cõtingat inopes,pauciores esse q̃ opulẽtos & diuites,sed potẽtiores ad rempublicã
tenendã,vt in Apollonia & Thera,& in Ethiopia vt magni & pulchri pauci,ex numero 10
quarti huius:tunc illa erit paucorum potentia.attamen opulenti & diuites rempublicã non
gubernant.diffinito igitur paucorum potentiæ non recte allata est. nõ recte etiam popula-
ris gubernatio diffiniatur:in qua tenues homines & diuitias non habẽtes,gubernãt. ❡Ma- 33
lam dilutionem refutat. Sed esto quis dicat particulas multi & pauci adiungendas esse:vt
paucorum potentia sit in qua opulenti ac diuites numero pauci, rempublicam gubernant.
& popularis status:vbi inopes numero multi,res communitatis administrant. verũ alia in-
surgit dubitatio. quas enim tunc dicemus eas respublicas:in quarum vna plures opulenti,
& in altera pauciores inopes gubernant,si nullæ sunt respublicæ præter eas quæ dictæ sunt?
❡Diluit.Annuens particulas multi & pauci:nõ esse de illarum diffinitionũ integritate,neq; 34
differunt paucorum potentia & popularis gubernatio,per hoc q̃ hic multi,illic pauci gu-
bernent:sed per hoc q̃ hic inopes,illic vero opulenti,& respectu habito ad diuitias pręsunt
& rempublicam tenent. Verũtamen sæpenumero accidit in his gubernationibus, vt pauci
sint opulenti & multi inopes:ideo particulæ illæ pauci & multi cũ apponuntur,non intelli-
gantur vt necessariæ, sed quę id explicant quod frequenter accidit . accidere tamen & alio
modo etiam potest.vt & dubitationis prætendebat ratio.

ANNOTATIONES AD CAP. QVINTVM.

His determinatis.Species quas hic enumerat:simplices sunt. volũt autẽ eas in ci- 29
uitatibus componi:vt in Laconica & Romana republica secundũ Polybiũ. nam
Polybius. qui aspicit ad imperatores belli:regia videtur.qui ad senatum:optimatũ.qui illic
ad Ephoros,huc autem ad tribunitios:censupotentũ. Verũ Laconicam nõ recte
illa continere,& in multis aberrare & labi:monstrauit Aristoteles cap.septimo pręcedentis.
de Romana autem republica qualis ipsa fuerit:non est in præsentiarum differẽdum. Verũ si
in aliqua ciuitate,aut duæ aut tres harum specierum iungantur:res ea publica composita,
nihil vetat dici.si tamen vna alijs præficiatur,in eáq; summa reipublicæ locetur: ab ea vt à
dominante respublica denominatur. ❡Paucorũ autẽ potentiam:quãdo rempublicã tenent 31
opulenti & diuites.Cum & in paucorum potentia & populari gubernatione,audis rempu-
blicam nominari:intellige translatitie & improprie dici,secundum materiã subiectam, pro
republica aberrante,& lapsa:quod passim fit,& hic & in sequentibus libris:more aliorũ,qui
& has labes,respublicas appellare cõsueuerunt.Verum ex ijs quæ hic discutiũtur:cognosci-
mus nõ esse absolute respublicas,sed transgressiones rerumpublicarum,atq; labes.

❡De iusto paucorũ & populariũ,ciuitatis fine,virtute & vitio.Cap.VI

Sumendum est prius:quos terminos esse dicunt pauco- 25
rum potentiæ & popularis gubernationis, & quid sit
iustũ in vtraq;.Omnes enim attingũt iustum quoddã:
sed vsq; ad aliquid procedẽtes, & aiunt nõ omne iustũ
proprie. puta videtur æqualitas iustum quiddam esse
(& est enim)sed nõ omnibus,at æqualibus.& inæqua-
litas iustũ videtur esse(& est quidem)sed non omnibus, at inæqualibus.
alij vero hoc auferũt,scilicet quib9:& male iudicãt.causa vero est:quia de
ipsis iudiciũ fit.qui vero de proprijs iudicant:vt plurimũ non recti sunt
iudices.itaq; cũ iustum sit aliquibus:& diuisum sit eo modo in rebus &

personis (vt & prius diximus in Ethicis) æqualitatem rei confitentur: sed de personis contendunt maxime propter id quod dictum est modo, quia de se ipsis non recte iudicant. ¶ Deinde quia vsq; ad aliquid, vtriq; eorũ iustum quiddã dicentes: putant se dicere simpliciter iustum. illi enim si in aliquo sint superiores, ceu opibus & diuitijs: alios omnino putant esse impares. hi vero si in aliquo sint pares, puta in libertate: omnino putant esse pares. ¶ Cæterum quod est principalissimũ: non dicunt. si enim possessionum gratia societatẽ inijssent, vnáq; conuenissent: tantum caperẽt ciuitatis, quantũ possessionis. quare ratio illa valeret quæ est paucorũ potẽtium. aiunt enim non esse iustum vt qui vnum contulit, tantum recipiat de centum minis, quantũ is qui contulit omne reliquum, neq; de ijs quæ ab initio, neq; de ijs quæ postea superuenient. ¶ Siquidẽ non viuendi solum gratia: sed magis bene viuendi. nam sic seruorum & aliorum animalium ciuitas esse posset. nunc autem non est: ex eo quia fęlicitatis nõ sunt capacia, neq; vitæ secũdum electionem. neq; societatis gratia bellicę, ne à quoq̃ iniuria afficiantur. neq; propter cõmercia, ac mutuã vtilitatem. nã sic Hetrusci & Carthaginẽses, & omnes ij quibus est cõmercium inuicẽ: tanq̃ ciues essent vnius ciuitatis. sunt nempe illis fœdera circa res importandas & pacta: ne iniuria afficiantur. & scripturæ circa mutuã bellandi societatẽ. sed neq; magistratus cõmunes his deputati sunt omnibus: verũ alij apud alios. neq; quales esse oportet: alteri alteros curant. neq; vt nemo eorũ iniustus sit, qui sub fœdere comprehendũtur, neq; vt prauitatẽ nullam habeant: sed solum vt non inuicem iniuria se afficiãt. ¶ At enim de virtute ac vitio publice cogitant: quicunq; curã habent bonis legibus instituere ciuitatẽ. ex quo manifestum etiam est: de virtute curã esse habẽdam ei, quæ reuera ciuitas sit nominanda, non orationis gratia. nã fit cõmunio societas aliorum ad bellum, loco solum differẽs ab illis socijs longe existentibus. & lex pactio (vt ait Lycophron sophista) fideiussor inuicem iustorum, sed non talis vt bonos & iustos ciues efficiat. Et quòd ita se habeat: patet. nam si quis coniungat loca in vnum, vt Megarensium & Corinthiorum ciuitates, sese inuicem contingant mœnibus: nihilominus vna non erit ciuitas, nec si simul coniugia ineant. quanq̃ hoc vnum sit de ijs cõmunionibus, quæ proprie sunt ciuitatũ. Eodémq; modo si qui habitent separati quidem, non tamen ita longe vt nequeãt simul cõmunicare: legésq; habeant, iniuriam sibi inuicem in cõmercijs prohibentes. seu si vn9 faber, alter agricola, alter sutor, alter aliquis huiusmodi esset, essẽtq; hi decem millia numero, nec alia eis esset cõmunio, nisi talium rerũ puta contractus, & ad bella confœderationes: nec sic quidẽ ciuitas adhuc esset. propter quã tandem vtiq; causam? non enim quia non propinqua sit cõmunicatio. nam si in vnum conuenirent ita cõmunicantes, vnusquiq; tamen vtatur propria domo vt ciuitate, ac sibiipsis vt confœderati auxiliũ ferant contra iniuriantes solum: ne sic quidem ciuitas esse videretur recte considerantibus. si quidem eodem modo conuersarentur simul: coniun-

Quinti cap. 5

Hetrusci. Carthaginẽses.

Lycophrõ.

Megarẽses. Corinthij.

ctim,& ſeparatim. Ex quo patet igitur ꝙ ciuitas non eſt cõmunicatio loci,& non iniuriãdi ſibiipſis,& cõmercij gratia:ſed iſta quidẽ vt aſſint,neceſſarium eſt,ſiquidem futura ſit ciuitas.nec tametſi iſta adſint omnia:ciuitas adhuc erit. At bene viuendi ſocietas & domibus & generibus,vitæ perfectæ gratia & per ſe ſufficientis.hoc tamen non erit niſi vno eodémq; loco habitãtibus,& coniugia ſimul ineũtibus.propter quod propinquitates in ciuitatibus extiterunt:& ſodalitia,& ſacra, & conuerſationes ad ſimul conuiuendũ, idq; eſt amicitiæ opus.nã ſimul viuẽdi electio:amicitia eſt. finis eſt igitur ciuitatis bene viuere: illa vero,gratia finis. ciuitas autẽ eſt generum,pagorũmq; ſocietas,vitæ perfectæ ac per ſe ſufficientis. hoc eſt(vt diximus)bene,beatéq; viuere.bene igitur agendi gratia ponendũ eſt eſſe ciuilem ſocietatẽ:non autem gratia ſimul viuendi.quapropter quicunq; plus conferunt ad huiuſmodi ſocietatẽ:his plus iuris competit in ciuitate, quàm ijs qui libertate ac etiã genere pares ſunt vel maiores, ſed ciuili virtute ſunt impares. & q̃ ijs qui diuitijs ſuperant: ſed virtute ſuperantur.quod igitur omnes qui de republica contendunt partem aliquam iuſti dicunt:manifeſtum eſt ex ſupradictis.

SEXTI CAP. COMMENTARIVS.

NEq; in paucorum gubernatione,neq; in populari iuſtum ſimpliciter eſſe:ſed ſolum ſecundum quid.Primo.Quia id primum requirendum eſt,quos terminos iuſti dicant,in paucorum potentia & populari gubernatione:& quid paucorũ, & quid populare cenſeant eſſe iuſtum. vtriq; certe & paucipotentes & populares vſq; ad aliquid,certóſq; terminos attingunt iuſtum:attamen non proprie totum ac omne iuſtum attingunt. vt verbi cauſa:his æqualitas iuſtum quiddam eſſe videtur. & eſt profecto : ſed non omnibus , verum æqualibus. illis vero: inæqualitas iuſtum videtur eſſe.& eſt etiam:ſed non omnibus,at inæqualibus. hi vero (populares inquam) cum dicunt rerum æqualitatẽ iuſtum eſſe, auferunt quibus ſit iuſtum:quaſi nihil interſit, & ipſa ſola rerum æqualitas (vt ipſum iuſtum ſit) ſufficiat. at ipſi male iudicant.& cauſa in promptu eſt: quia ipſi de ſe & re propria iudicium ferunt. qui vero de proprijs iudicant:vt plurimũ perperam iudicant. quare cum iuſtum aliquibus ſit iuſtum, cum rebus tum perſonis,ſitq; eodem modo ſimilíq; rationũ comparatione in vtriſq; diuiſum,vt & prius in Ethicis dictum eſt:ipſi errant,qui æqualitatem rei confitentur eſſe iuſtum.ſed maxime de perſonis contendunt:atq; vt iuſtum ſit,non oportere eſſe æqualitatem perſonarum,propter id quod paulo ante dictum eſt. ¶Secundo. Quia vtriq; eorum & paucipotentes & populares:vſq; ad aliquid iuſtum quoddã atq; ſecundum quid,dicentes,putant ſe dicere ſimpliciter iuſtum. pauci enim potentes ſi in aliquo ſunt ſuperiores, ceu in opibus & diuitijs,in omnibus ſe putant eſſe ſuperiores,& alios omnino eſſe inæquales. Cõtrà vero populares:ſi in aliquo ſint æquales,vt in libertate, omnino putant atq; in omnibus par eſſe ipſos eſſe,æquales.quod profecto minime oportet.non igitur ipſorum iuſtum,ſimpliciter eſt iuſtum:ſed ſecundũ quid iuſtum. ¶Tertio.Quia in vtraq; harum trãſgreſſionum:omittunt finem adducere,gratia cuius eſſe debet ciuitas,& quod eſt principaliſſimũ. quod ſanè non eſt poſſeſſionum adeptio. nam ſi poſſeſſionum gratia, ſocietatem iniuiſſent, vnàq; coiſſent: tantum quiſq; particeps eſſet ciuitatis,quãtum & poſſeſſionis. quare & ratio illa paucorum potentium valida eſſet: qua aiunt non eſſe iuſtum,vt qui vnum ad rem publicam contulit,æque de centum minis participet,vt qui totum reliquum impenderit,neq; de ijs quæ à principio proueniunt,neq; quæ ſubinde ſequentur. ¶Quarto.Quia non viuendi ſolum, ſed magis bene viuendi gratia eſt ciuitas.Nam ſi ſolũ gratia viuẽdi eſſet:ſic ſeruorũ & brutorũ ciuitas eſſe poſſet.atqui nunc non eſt.quia felicitatis ſunt immunia,& huius vitæ quæ eſt ſecundũ electionem.neq; ſocietatis bellicæ gratia eſt ciuitas:ne à quoq̃ iniuria laceſſantur. neq; propter cõmercia ac mutua vitæ commoda. nam ſic Tyrrheni & Carthaginẽſes,& ij omnes quibus mutuum eſt cõmercium:tanq̃ ciues eſſent vnius ciuitatis. ſunt enim illis fœdera circa res importandas,

ac pacta:ne iniuria se mutuo afficiāt,& scripturæ circa mutuam belli societatē. sed quomodo ciuitas esset? cū his omnibus minime sint cōmunes constituti magistratus: sed alij apud alios? neq; alijs de alijs curę est: quales ipsos esse oporteat. neq; vt nemo eorum iniustus sit: qui sub fœdere comprehenduntur. neq; vt prauitatem nullam habeant: sed id duntaxat vt non seinuicem iniuria afficiant. Hunc autem finem qui est bene viuere: non attendunt, neq; paucipotentes, neq; populares. quod quidem est optimum. qui fit igitur: vt in illis sit simpliciter iustum? ¶ Quinto. Quia de virtute ac vitio totius societatis cogitant: quicūq; curam adhibent bonis legibus instituere ciuitatem. ex quo etiam perspicuum est: horum curā habendam esse ei ciuitati, quæ reuera ciuitas sit nominanda, non gratia sermonis solum, sed operationum magis. nam hoc pacto lege & sermone cōmunio: fit societas aliorum, loco differens solum ab illis socijs, longe quidē degentibus. & lex pactio est (vt inquit Lycophron) fideiussor inuicem iustorum: sed non talis vt bonos & iustos ciues efficiat. & latius declarat Aristoteles: huiusmodi confœderatorum societatem, etiam si loca iungantur non efficere ciuitatem. quod propositū finis ciuitatis, qui est bene viuere ad totius cōmunitatis vitæ sufficientiam: illis desit. hunc autem solum esse finem. Et infert cætera non sufficere ad ciuitatem, & finem non esse: sed ipsius finis gratia. quare qui plura conferunt in ciuitate, ad hunc finem (ad bene inquam & beate viuendum) ij in illa ciuitate plus merito habere debent, q̄ opulenti & diuites, aut populares, qui æqua cum eo sunt libertate. Ex quo patet id iustum non simpliciter esse quod pauci potentes dicunt: neq; simpliciter iustum quod dicunt inopes, plebei, atq; populares. ex quo etiam dilucidum est: quam particulam iusti contineant, qui de iusto rerumpublicarū contendunt. quæ intercepta est litera: satis clara esse visa est.

ANNOTATIONES AD CAP. SEXTVM.

ITaque cum iustū sit aliquibus. de iusto quod ad distributionem accōmodatum est, quódque in aliquibus consistat, cum muneribus tum personis, & quod in geometrica medietate suam seruat æqualitatem: dictum est abunde cap. tertio quinti Ethicorum.

¶ De dominio ciuitatis, & repetundis rationibus. Cap. VII.

36 ESt autem dubitatio: quid oporteat dominans esse in ciuitate. nunquid populum, an eos qui diuitias habent, an bonos & æquos, an vnum qui sit optimus omnium, an tyrannum? verum hæc omnia videntur habere diffi-
37 cultatem. ¶ Quid enim si inopes quia plures sint, partientur ea quæ sunt opulentorū: hoc non iniustum est? videbitur enim mediusfidius: id ei qui dominatur iuste fieri. iniuria igitur summa: quæ tandē dicēda est? ¶ Rursusq; omnibus acceptis: si plures ea sibi tribuant quæ sunt paucorum, cōstat q̄ ciuitatem corrumpunt. atqui virtus nunq̄ corrumpit id quod eam babet: neq; iustū ciuitatis cor-
38 ruptiuum est. ex quo patet legem istam non posse iustam esse. ¶ Præterea illa quoq; quæ facta fuerint a tyranno: necessarium esset iusta esse omnia. vim enim affert propter potentiam: quemadmodū multitudo diuitibus.
39 ¶ Sed an paucos & opulentos iustum est dominari: an ergo si & illi agāt hæc, & rapinas exerceant, auferántq; multitudinis bona, hoc est iustum?
40 & cætera ergo. hæc igitur omnia constat esse praua & non iusta. ¶ Verū bonos & æquos dominari oportet: authoritatémq; habere omnium. ergo alij omnes cum magistratus non capiant: inhonorati manebunt? nam honores quidem: magistratus, potestatésq; appellamus. quos si boni semper
41 habeant: necessariū est alios excludi ab honoribus reipublicæ. ¶ Sed vnū qui sit optimus: dominari melius. verum id adhuc nimis ad paucorū po-
42 tentiam pertinet. nam plures erunt ab honoribus exclusi. ¶ Sed forsan di

cet aliquis legem dominari debere: non autem hominem, in quem cadūt animi perturbationes. Si igitur sit lex quidem: sed vel ad paucorum potentiam, vel ad popularem fauorem declinans, quid tandem refert ab ijs de quibus dubitatū est? euenient enim simili pacto eadē: quæ supradicta sunt. de his igitur sit alius quidam sermo. ¶Quod autem magis penes 43
multos debeat esse dominandi potestas, q̄ penes paucos licet optimos: videtur solui posse, & quādam habere dubietatem, imò forte & veritatem. nam si plures sint, quorū vnusquisq; non sit vir studiosus: tamen fieri potest, vt in vnum conueniētes, omnes meliores sint q̄ illi, non vt singuli sed vt omnes. quemadmodū cœna in qua plures cōferunt: q̄ ea quæ ex vnius erogatione fit. nam cum plures sint: vnusquisq; partem habet virtutis ac prudentiæ, ac fiunt in vnum collecti quasi homo vnus, qui multos pedes habeat, multásq; manus, multósq; sensus. & eodem modo circa mores & intelligētiam. quapropter melius iudicant multi, & in musica, & in poëtarum operibus. alij enim partem aliam, & cuncti cunctas discernūt. Sed in hoc differunt studiosi viri ab vnoquoq; aliorū ex multitudine: quēadmodum decoros à non decoris aiunt, & picta artificiose, à veris: eo quòd seorsum distincta, in vnum colligātur. cum separatorum pulchrius se habeat, huius quidē oculo picto oculus: alterius vero quodā alio alia particula. ¶Si igitur de omni populo omniq; multitudine recipitur hāc esse 44
differentiā multitudinis ad paucos studiosos: incertum est. imò mediussi dius certū: quòd de quibusdā est impossibile. nam eadem ratio de bestijs cōgrueret. ecquid differunt quidā (vt ita dixerim) à bestijs? sed de aliqua multitudine nihil vetat quod dictum est esse verum. ¶Quapropter du- 45
bitationem illam priorem: per ista soluere quis potest, ac similiter aliam subsequentē. quorum oportet dominandi potestatem habere liberos homines: ac multitudinem ciuium, quales sunt quicunq; neq; opes habent, neq; virtutis existimationē vllam? ¶Etenim permittere istis magnos ma 46
gistratus: nequaq̄ est tutum. nam propter iniustitiam & imprudentiā: in quibusdam iniuriarentur, in quibusdam autem errarent. excludere vero illos penitus ab honoribus periculosum esset. cū enim multitudo inopū est in ciuitate, eademq; ab honoribus exclusa: necesse est eam ciuitatē plenam esse hostium reipublicæ. restat igitur: vt ad consulendum & decernē

Solon. dum isti recipiantur. Quapropter & Solon, & alij quidam eorum qui leges condidere, huiuscemodi homines: ad repetendas gestorum rationes, & ad suffragia electionésq; magistratuum admittunt. solis autem vt magistratus cōmittantur: nequaq̄ permittūt. dum enim cum alijs vnà decernunt, atq; consultāt: capiunt omnes simul sufficientē sensum, & permixti melioribus, prosunt reipublicæ, quemadmodū non purum alimentum vnà cum puro: totum facit vtilius, q̄ paucum. separatim vero vnusquisq; imperfectus est ad iudicandum. ¶Sed habet dubitationē huiusmodi or- 47
dinatio reipublicæ. Primū quia videatur eius esse hominis scire iudicare quis medelam recte attulit: qui ipse sciat etiam mederi, ac sanitatē ei qui

febre laborat afferre,cum morbus affuerit.hic autē est medicus.eodémq; modo de alijs facultatibus & artibus.vt enim medicum,rationes suę medelæ apud alios medicos reddere oportet:ita & alios apud similes.medicus autem est & ille qui agit,& ille qui præcipit:& tertio loco ille qui expertus est circa artem.sunt enim quidam tales in cunctis(vt ita dixerim) artibus. tribuimus enim iudicium: non minus expertis quàm sciētibus.

¶Deinde & circa electionem eodem se videtur habere modo. nam recte eligere scientis est opus: ceu geometram geometricorū:& gubernatorē in gubernāda naue peritorum.etsi enim in quibusdam operibus & artibus concurrunt alij quidā ignorantes:non tamen melius iudicant,q̄ scientes. Itaq; secundum hanc rationem,authoritas dominandi multitudini danda non esset:neq; in electionibus magistratuum,neq; in rationibus admi-
48 nistratorum reposcēdis. ¶At forsan non hæc omnia bene dicuntur, etiā propter superiorem sermonē:si sit multitudo nō nimis seruilis.erit enim vnusquisq; deterior iudex, q̄ ij qui sciunt: veruntamen simul omnes vel melius iudicabunt vel non deterius. & de quibusdā quidem:non solum is qui fecerit melius iudicat, q̄ quicunq; qui opera cognoscunt,etiā non habentes artem.puta domum non solum is intelligit & iudicat qui fecit: sed melius is qui vtitur. vtitur autem paterfamilias,& de temone melius gubernator q̄ faber,& de epulis conuiua q̄ cocus:hoc igitur dubium for-
49 tasse per hunc modum videatur sufficienter solui. ¶Est & alia dubitatio cum hac annexa.quia inconueniens videtur,vt deteriores qui sunt,maioribus habeant dominandi potestatem,q̄ probi.rationes vero administratorum à magistratibus reposcere,& magistratus ipsos deligere:maximū est. quæ duo in quibusdam ciuitatibus (vt dictum est)populo tribuuntur.contio enim:talium omniū domina est.atqui contionis quidem participes sunt, & deliberant, & iudicant exigui census homines, & cuiuscunq; ætatis. quæsturam vero & militum præfecturam & maximos ma-
50 gistratus suscipiunt ex magno censu. ¶Quæstio ista potest eodem modo solui.nam forsan id se recte habet. neq; enim iudex, neq; consultor, neq; is qui in contione existit dominatur: sed iudicium & consilium,& populus. dictorum vero vnusquisq; particula est istorum.dico autē particulā esse consultorem & contionatorem & iudicem. quare iuste domina maiorum est:multitudo.ex multis enim populus constat, & consilium & iudicium:maiórq; census vniuersorum q̄ singulorum per se, & quàm illorum paucorum qui magnos suscipiunt magistratus. Hæc igitur in hunc
51 modum determinata sint. ¶Prima vero dicta quæstio:manifestum facit nihil adeò,vt leges recte positas debere dominari.illum autem qui reipublicæ præest, siue vnus hic sit,siue plures:in ijs potestatem habere debere,de quibus leges exacte,cauere non possunt,ex eo quia nō facile sit ge-
52 nerali sermone singulos casus comprehendere. ¶Quas tamen leges recte positas dicamus,nōdum apparet:sed adhuc superest anterior dubitatio. enimuero tales esse leges, quales sunt respublicæ necessarium est: prauas

vel studiosas, iustas vel iniustas. & hoc vnum manifestum esse oportere: ad speciem reipublicæ, leges esse accommodatas. quod si ita sit: patet, q leges illas quæ ad rectas gubernationes datæ sunt: necesse est esse iustas. illas vero quæ ad earum labes: esse non iustas.

SEPTIMI CAP. COMMENTARIVS.

QVæstionem mouet. quid oporteat dominari, summámq; tenere authoritatem 36
in ciuitate: an inopum multitudinē, an opulentos, an æquos & bonos, an regē,
an tyrannum? ❡Disputat: inopum multitudinē non oportere dominari. Idem 37
facit: non oportere dominari tyrannū. ❡Disputat etiam: non oportere domi- 38
nari paucos & opulentos. ❡Neque oportere reipublicæ summam esse penes 39
æquos & bonos. ❡Hic insuper disputat: neq; regem, vnúmq; qui omniū optimus sit, totius 40
ciuitatis summam potestatē tenere. ❡Demum disputat: neq; legem dominari oportere. & 41
quanq̄ rationes aliquæ de aliquibus colligere videantur: nihil adhuc hic asserit. sed tantum
disserendi modo, cuncta proponit: vúltq; aliam de his certiorem expectādam esse discussio-
nem. neq; difficile est literam mente assequi. ❡Summū dominium penes multos esse debe- 42
re potius quàm penes paucos optimos: dicit id posse solui, habere tamen aliquā dubitatio-
nem, & forte propemodum veritatē. & disputat melius penes multos esse: argumentum ex
Socrate sumens (quod clarum est in litera) & ex similitudine differentiā virorum studiosorū
ab alijs, quòd differāt vt decori à non decoris, & vt artificiose picta à veris. quòd in huius-
modi affabre pictis: quæ dispersim in varijs formosa reperiuntur, cuncta simul vna colligit
imago. cum separatorū hoc quidem quid pulchrius habeat picto, vt pulchriorem oculum
oculo picto, & aliud, partem aliam parte picta pulchriorē, atq; meliorem. ❡Socratis ex si- 43
militudine differentiā paucorum studiosorum (si ad omnē populum, omnémq; multitudi-
nem intelligatur) refutat. quia quædam tales multitudines sunt: quæ perparum à bestijs dif
ferunt: particulariter tamen & de aliqua multitudine nihil vetat similitudinem veram esse.
❡Per ea quæ subinde sequentur vult dilui posse dubitationem superiorem: an videlicet pe- 44
nes multos magis q̄ penes paucos licet studiosos, dominandi potestas esse debeat. & sequē
tem dubitationem: in quibus videlicet dominandi facultatem, gubernationis'q; authoritatē
tenendi, oporteat habere liberos homines, & qui alicuius pensi probitatis'q; habeantur, &
multitudinē etiam cuiusmodi sunt qui neq; opes habent, neq; virtutis aliquā existimationē.
❡Per hæc dilui possunt. liberos homines, qui & fortunis, & virtutis opinione, præcellunt: 45
præcipuos gerere oportere magistratus, reliquā vero multitudinē ad consultandū & discer-
nendum admittere, ad suffragia, electioné sq; magistratuū, & repetundas eorum quæ in ma-
gistratu gesta sunt, rationes. ceu Solon instituit, & aliorum nōnulli. nam cum alijs vnà con-
sultant ac discernunt, eliciúntq; omnes simul sufficientē sensum: & permixti melioribus, rei-
publicæ prosunt. ceu non purum alimentū vnà cum puro: totum facit vtilius, q̄ paucū pu-
rū. sic seorsum: quisq; insufficiens est ad iudicandū. & multitudini magnos, præcipuósq; ma
gistratus cōmittere: nequaq̄ est tutum. nam propter iniustitiam & insciitiam: quibusdā iniu-
riarentur, & in quibusdam errarent. & penitus excludere: periculosum esset. nam multitudi-
ne inopum in ciuitate ab omni magistratus honore exclusa: ciuitatē illam refertam esse ho-
stium reipublicæ necesse est. quare reliquū est: vt est dictum, magistratus dispensare. ❡Du- 46
bitationem adducit: quæ protinus emergit ob id ipsum quod dictum est multitudinē opor-
tere esse participem reposcendarum rationū, eorum quæ in magistratu gesta sunt, suffragio-
rúmq; pariter & electionū. & primo de repetendis rationibus. quia eius hominis esse vide-
tur, scire iudicare quis recte medelam attulit: qui idem sciat etiam mederi, ac sanitatē affer-
re, qui febre laborat, cum febris affuerit. hic autem est medicus. & eodem modo in alijs fa-
cultatibus & artibus. nam vt medicum rationes suæ medelæ apud alios medicos reddere
oportet: ita & alios artifices apud alios similes. medicum autem dicimus: & eum qui medi-
cinas conficit, & eum qui præcipit, & tertio loco eum qui circa medendi facultatē est exper
tus. nam sunt quidam tales in cunctis (vt ita dixerim) artibus. tribuimus enim iudiciū ex-
pertis non minus q̄ scientibus. si igitur multitudini eorum quæ in magistratu gesta sunt, ra-
tiones sunt reddendæ: oportet & eam scire magistratū gerere, aut similem gubernandi artē
ipsis magistratibus habere, circáve illam esse sufficienter instructam: vt similes, suas ratio-
nes apud similes reddant. quod nequaq̄ verum est. igitur non recte se habere videtur: mul-
titudinem, repetendarū rationum debere esse participem. ❡Secundo par esse non videtur: 47

multitudinẽ suffragiorũ electionis'q; magistratuũ esse participẽ. nã recte eligere scientis est
opus, ceu geometrã eligere geometricorũ est, & gubernatorẽ eorũ qui in gubernatione na-
uis fuere. etenim si in quibusdã operibus & artibus concurrunt alij quidẽ ignorãtes: non ta
men melius iudicant q̃ scientes. quare secundũ hanc rationẽ, nequaq̃ authoritas præualẽdi,
multitudini credẽda est in electionibus magistratuũ, neq; (vt visum est) in exigendis, repo-
48 scendis'q; rationibus rerũ administratarũ. ¶Diluit inquiens superiorẽ rationem nõ omnino
forsan veritatem cõtinere: dũmodo non nimiũ ebes sit, nimiũmq; rudis atq; seruilis. nã esto
sit vnusquisq; deterior iudex quàm ij qui sciunt: verũtamen simul omnes vel melius iudica-
bunt, vel nõ deterius. Et de quibusdã cernere licet: non solũ eum qui fecerit iudicare melius,
q̃ alij quicunq; opera cognoscẽtes, tametsi artẽ non habent. ceu domũ non solum is cogno
scit & iudicat melius qui fecit: sed is potius qui ea vtitur. vtitur enim domo paterfamiliâs,
& temone gubernator quem à fabro suscipit, & obsonio vtitur cõuiua non cocus. per hunc
49 modũ: fortasse videatur dubitatio sufficiẽter diluta. ¶Tangit cõtinuo: quæ dubitatio inde
emergit. quia incõueniens videtur: vt qui in ciuitate deteriores sunt, maiorẽ circa magistra-
tus habeãt dominandi potestatẽ q̃ probiores. atqui rationes administratarũ rerum à magi-
stratibus repetere, & magistratus ipsos deligere: maximũ est. quæ duo nonnullis in ciuitati-
bus populo (ceu dictum est) tribuũtur. nã ad contionẽ vocata multitudo: omniũ talium do
mina est. at vero contionis participes sunt, & deliberãt, & iudicant exigui sensus homines,
tenuis'q; fortunæ, & cuiusq; conditionis ac ætatis: quæsturã vero & militũ præfecturã à ma-
50 gno censu suscipiunt. ¶Diluit. neq; iudicẽ, neq; cõsultorẽ debere dominari sed iudiciũ, cõsi
lium, & populum: quorũ quisq; & iudex, & consultor, & cõtionator particula est. quare iuste
domina maiorũ dicitur multitudo: vtpote quæ ex iudicio, cõsilio ac populo constet, & quæ
51 maximũ cõtineat censum. siquidẽ maior census vniuersorũ, q̃ per se singulorũ. ¶Primã in-
quit dubitationẽ, quæ numero 36 mota fuit, quidnã in ciuitate summã tenere oporteat au-
thoritatẽ summéq; dominari: posse terminari, respondẽdo leges recte positas debere domi-
nari. vbi vero ob vniuersale minime sufficiẽter exprimunt: æquos & bonos viros debere do
52 minari. ¶Hic adijcit quæstionem illam non adhuc sufficienter esse dilutam. quia nondum
constat: quæ leges recte positæ sunt. id tamen ratum esse debere: quales fuerint respublicę,
tales leges esse oportere. vt si studiose, si iuste: studiosas & iustas. si praue, si iniuste: prauas
quoq; & iniustas. quo fit, vt si iuste leges sunt rectis rebuspublicis accõmodatę: iniustas esse,
quæ ad earum labes, transgressionésq; accommodantur.

ANNOTATIONES AD CAP. SEPTIMVM.

36 QVid oporteat dominãs esse in ciuitate. dominans: pręcipuã & summã reipublicæ
authoritatẽ tenens. neq; hic dominans intelligatur: vt id imperiũ quod est domi-
37 ni in seruos nominat. ciuitas enim liberorum, non seruorũ est: & liberi ciues. ¶Vi-
debitur enĩ mediusfidius. Vbi hic mediusfidius: Græca litera habet νὴ Δία. & vtra
que particula est iurãtis: & hæc per Iouem, illa per filiũ Iouis significare videtur. & numero
44 simili iurandi particula vsus est Aristoteles. sic enim Socrates & Plato sæpe, & alij gẽti-
42 les iurare solebãt. sed hæc: à sancta religione sint aliena. ¶Sed forsitã dicet aliquis. sic græce
ἀλλ' ἴσως φαίη τις ἂν τὸ κύριον ὅλως ἄνθρωπον εἶναι ἀλλὰ μὴ νόμον φαῦλον ἔχοντα γε τὰ συμ-
βαίνοντα πάθη περὶ τὴν ψυχήν. quod sonare videtur. sed forsitan dicet quispiã: ipsum sanè
dominans, omnino hominem esse, verum non malam legem habentem, perturbationes sci
licet, quæ solent animo accidere. & malam legem videtur hic appellare huiusmodi animi
perturbationes. & disputare videtur: esto homo perturbationes nõ habeat, non tamen iccir
co oportere ipsum secundum legem dominari, q̃uis id absq; perturbatione vlla fieret. nam
nihil prohibet: huiusmodi legem aut paucorum esse, aut popularem.

¶De fine politicæ, præcellentia, nobilibus, opulentis, iustitia, vir- tute bellica, legislatore. Cap. VIII.

53 CVm vero in cunctis scientijs & artibus finis sit bonum:
maximum autem & maxime in principalissima omniũ.
est autem hæc ciuilis potestas. est autem ciuile bonum:
54 iustũ. id autem: cõmunis vtilitas. ¶Videtur autem om-
nibus æquum quiddam, esse iustum, & vsq; ad aliquid
consentiunt philosophicis rationibus: de quibus deter-

minatum eſt in moralibus. quid enim & quibus iuſtum, & oportere paribus par exiſtere, quorum etiã paritas & quorum imparitas ſit: oportet non latere (habet enim id dubitationem) & philoſophiam ciuilem. ¶ For 55
ſan enim dicet aliquis: ſecundũ omnis boni præeminentiã oportere impariter magiſtratus tribuere, ſi etiam in cęteris alijs nihil differant, ſed pares ſint. differẽtibus enim aliud eſſe iuſtum: & quod ſit ſecundũ dignitatem.
¶ Atqui ſi hoc verum ſit: erit & ſecundum colorem, & ſecundũ magnitu 56
dinem, & ſecundũ vnumquodq; bonorum plus tribuendum de ciuili iuſto, illis qui superexcellunt. an id quidem aperte falſum eſt? patet profecto in alijs ſcientijs & artibus. paribus enim fiſtulatoribus: quantum ad artem danda non eſt prerogatiua fiſtularũ, illi qui ſit nobilior (nihil enim melius caneret) ſed oportet ijs, qui in opere ipſo ſuperexcellunt, tribuere prærogatiuam fiſtularum. quòd ſi nondum patet, quod diximus: etiam magis deducentibus erit manifeſtum. nã ſi erit aliquis excellens in fiſtulatoria arte, inferior tamẽ multo nobilitate generis vel forma, & ſi maius quodlibet illorum eſt bonum q̃ fiſtulatoria (dico autem nobilitatẽ & formam) & ſecundũ proportionẽ plus ſuperexcedant fiſtulatoriam q̃ ille in fiſtulatoria: tamen illi dandæ ſunt meliores fiſtulæ. oportet enim ad opus ipſum prærogatiuam conferre. diuitiarum vero & nobilitatis reſpectus: nihil confert. ¶ Præterea ſecundũ iſtam rationẽ: omne bonũ ad omne bonum eſſet vtiq; comparabile. nã ſi magis aliqua magnitudo: & certe omnino magnitudo comparabilis eſſet & ad diuitias & ad libertatẽ. itaq; ſi magis hic excelleret magnitudine, q̃ ille virtute, & magis ſupereminerent omnino magnitudo virtuti: eſſent omnia comparabilia. quãto enim magnitudo huius illum ſuperaret: tanto cõſtat fore parem. cum vero hoc ſit impoſſibile: patet quòd in rebus ciuilibus, non ſecundũ omnẽ imparitatem de magiſtratibus recte contendunt. ſi enim ſint hi quidem tardi, illi autem veloces: nihil ob hoc oportet alios plus, alios minus habere. ſed in agonicis certaminibus: horum excellentia honorẽ capit. ¶ At ex quibus conſtat ciuitas: in his neceſſe eſt contẽtiones cadere. quapropter rationabiliter ſibi arrogant honorẽ nobiles & ingenui & opulenti. oportet enim ingenuos eſſe, & cenſum habere ad onera perferẽda. non enim ciuitas eſſe poteſt ex pauperibus omnibus. quemadmodũ nec ex ſeruis. atqui ſi hæc requirũtur. patet ꝙ & iuſtitia, & virtus bellica requiritur. ſine his enim: ſtare ciuitas nõ poteſt. Hoc tamen intereſt: ꝙ ſine primis illis, ciuitas eſſe non poſſit: ſine his autem nõ bene permanere. ad hoc igitur vt ſit ciuitas: videri poſſunt vel omnia, vel quædã iſtorum recte ſibi honores vẽdicare. ad vitam tamen optimã: diſciplina & virtus, iuſtiſſime ſibi vendicare honores vtiq; viderẽtur, vt ſupradictum eſt. ¶ Cum vero non omnium pa 57
rium par habere debeant, qui in vno aliquo ſint pares, nec impar impares ſecundum vnum: neceſſarium eſt omnes huiuſmodi rerumpublicarũ tranſgreſſiones eſſe, & labes. dictum vero eſt prius: quia inter ſe quodam modo omnes iuſte contendunt, ſimpliciter autem non omnes iuſte. opu

Ingenui, liberi.

lenti quidē:ꝙ plus regionis possidet.regio autē cōmune quiddā.præter-
ea in cōmercijs magis creditur eis vt plurimū.liberi autē & nobiles quasi
prope inter se.ciues enim generosiores poti⁹ q̄ ingenerosi.nobilitas autē
apud omnes in honore habetur.insuper quia consentaneū est ex meliori-
bus ortos esse meliores.est enim generis virtus nobilitas.Similiter quoq;
dicemus:virtutē merito cōtentionē inducere. sociabilē enim virtutē dici-
mus esse iustitiā:cui cęteræ omnes virtutes,necessario cōsequūtur.Atqui
& plures ad pauciores.nam & potētiores & ditiores & meliores sunt:vt
58 susceptis plurib⁹ ad pauciores. ¶An ergo si omnes isti essent in vna ciui-
tate,ceu boni,diuites,& nobiles,etiámq; alia multitudo quædā ciuilis:
vtrū in dubiū veniret quib⁹ gubernatio reipublicę foret tribuēda,an nul-
59 lum esset dubiū? ¶In vnaquaq; igitur republica earū quas dixim⁹: indu
bitatū est iudiciū,quinā debeant gubernare.principatib⁹ eni inter se dif-
ferūt:ceu alia per diuites, alia per studiosos viros pricipat⁹ esse, & aliarū
vnaquæq; eodē modo.Sed tamē cōsiderandū est:quādo circa idē tempus
ista existūt,quomodo sit determinādū.nēpe si virtute prædití sint in ciui-
tate admodū numero pauci: quomodo est agēdū? an cōsiderare oportet:
si pauci,ad opus gubernādi rēpublicā sufficiāt,an tot esse oporteat multi
tudine:vt ex illis ciuitas cōstet.est autē dubitatio quædā in cūctis:qui de
honorib⁹ in republica cōtendūt.nā qui vel ꝓpter diuitias,similiter quoq;
& qui ꝓpter genus gubernationē sibi tribuendā putāt: nihil iuste dicere
videantur.sequeretur enim:vt si quis omniū ditissimus esset:is vnus eodē
iure gubernare alios omnes deberet.eodē modo, qui nobilitate antecelle-
ret:eorū gubernator esset,qui cū ipsi sint ingenui de honore cōtēdūt.Hoc
idem forsan cōtinget in optimatū gubernatione circa virtutē. si quis enim
vn⁹ vir probitate antecellat alijs,qui in eadē republica studiosi versantur:
hūc dominari oportebit secundū illud iustū.ergo si & multitudinē domi
nari oportet,ex eo quia potentior est q̄ pauci:etiā si vnus vel plures vno,
pauciores tamē q̄ multitudo,potētiores sint alijs,hos oporteat guberna-
re potius q̄ multitudinē. ¶Hęc itaq; omnia videtur ostēdere:ꝙ harū de-
terminationū nulla est recta, secundū quā censent ipsi gubernationē sibi
esse tribuendā,cæteros vero omnes sub eorū gubernatione esse debere.nā
ꝑfecto & ad eos qui per virtutē sibi arrogāt gubernādi authoritatē,simi-
liter autē & ad eos qui per diuitias:respōdere posset multitudo,iustū ser-
monē.nihil eni vetat multitudinē, quādoq; meliorē esse q̄ pauci ac ditio-
60 rem:nō secundū singulos,sed secūdū vniuersos. ¶Ex quo ad eā quæstio-
nem quā quærunt ac proponūt quidā:cōtingit modo sequenti respōderi.
dubitant enim nōnulli,vtrū legislatori volenti quidē rectissimas condere
leges:sanciēdę'ne leges sint ad meliorū an ad pluriū vtilitatē,quādo cōti-
61 gerit quod modo dictū est. ¶Rectū quidē accipiendū est ęque.ęque vero
rectū ad totius ciuitatis vtilitatē,& ad cōmunem ciuiū.ciuis autē cōmu-
niter quidem:qui particeps est imperandi & parandi:licet alius secundū
vnāquanq; speciem rerūpublicarū.secundum autē optimam speciem:qui

potest & elegit parêre & imperare, ad vitam secundū virtutē degendam.

OCTAVI CAP. COMMENTARIVS.

OStēdit politicæ disciplinę ac ciuilis, finē (qui est cōmune bonū, quódq; vniuersę 53
cōmunitati cōducit, ac ciuile iustū) finiū cæterarū facultatū esse prestātissimū.
¶Ad memoriā reuocanda esse: quę in quinto Ethicorū de iusto & æquo & in 54
quibꝰ cōsistāt, discussa sunt, & quid iustū, & quo pacto ęquis ęqua dispertiēda
sunt. & minime latendū est: qui æquales, qui've inæquales sint. nā hęc ad ciuilē
philosophiā momentū habēt: difficultatē'q; afferunt. ¶Improbat absurditatē eorū qui arbi- 55
trantur secundū præcellentiā etsi in cęteris sint æquales: oportere inęqualiter magistratꝰ di-
spartiri, vt pro dignitate dispēsentur. Primo quia si id verū esset: eis qui colore pręcellūt, aut
magnitudine, aut aliquo alio cuiusq; bonorū: plus tribuēdum esset administrationis ciuilis.
quod facietenꝰ & in aperto statim se prodit esse falsum. vt licet in cęteris artibꝰ intueri. nam
paribus in arte tibicinibꝰ: danda nō est pręrogatiua fistularū, illi qui sit nobilior (nihilo meliꝰ
eni ille caneret) sed ijs qui in opere ipso superexcellūt tribuere pręrogatiuā fistularū oportet.
& id latius explicat: atq; explicatio dilucida est, ac aperta. ¶Secūdo quia sua ratione: omne
bonū omni bono cōparabile esset. nam si magis aliqua magnitudo ad diuitias & libertatem
facit: magnitudo certe comparationē omnino & magis & minus & æqualiter suscipiet, & ad
diuitias & ad libertatē. quare si hic magis excelleret magnitudine q̄ ille virtute: magnitudo
illa, virtute præstantiot esset, & omnia omnino & plus & minus & æqualiter essent cōpara-
bilia. quāto enim magnitudo huius, illius virtutē superaret: aut adiecto tanto virtuti, aut à
magnitudine sublato tanto, oporteret magnitudinē virtuti esse æqualē. quod cū sit impossi-
bile: perspicuū est in administrationibus ciuilibus, nō secundū omnē præstātię inęqualitatē,
magistratus esse dispartiēdos recte contendere. Nā si hi incessu sunt tardi, illi veloces: nihilo
magis oportet veloces magistratꝰ plus habere, tardos vero minus. sed in cursu, cōtendētiū
certaminibꝰ: horū excellentia capit honorē. ¶Ostendit opus esse ciuitati nobilibus, libertis 56
hominibus atq; opulētis: & multo magis iustitia & virtute bellica. illis, vt sit ciuitas: his vero
vt bene sit. & ad vitā optimā: disciplinā & virtutē, iustissime omniū honores sibi vendicare.
¶Insuper vult omnes huiusmodi gubernationes, vbi aut qui in aliquo sunt pręcellētiores, 57
contēdunt omniū inęqualitatē, & plus habere debere vt in paucorū potētia, aut vbi qui in
aliquo sunt ęquales, volūt omniū ęqualiter esse participes vt in populari gubernatione: la-
bes esse, & trāsgressiones rerūpublicarū. vt cōtendūt opulenti ꝙ plus possessionis de cōmu-
nibus rebus: ꝙ'q; plus authoritatis habeāt in cōmertijs: iccirco se plus reliquorū bonorum
habere debere. & cōtendūt liberi cōtra nobiles ac generosos, æqua se participare debere: ꝙ
parū distent libertas & nobilitas, ꝙ'q; ciues sint, ciues autē generosi potius q̄ non generosi.
cōtrà, nobiles volūt: ꝙ nobilitas apud omnes in honore habeatur, ꝙ meliores sint, vtpote
qui ex melioribꝰ orti sint. nobilitas enim: generis virtus est: sic & virtute præditi: merito cō-
tendūt. nā iustitia virtus est, ad continendā ciuilē societatē: cui cæteræ famulantur virtutes.
plus itē aduersus paucos cōtendūt: ꝙ potentiores, ditiores, & meliores, quasi plura suscipe-
re debeāt q̄ pauciores. ¶Quęrit an si omnes hi, boni, diuites, nobiles, & alia quęuis multi- 58
tudo ciuiū, in eadē ciuitate esset: cuinā eorū gubernatio tradenda foret? ¶Responsio. in de- 59
terminatis rebuspublicis vt in ijs quæ dictę sunt: exploratū habere quisnā debeat guberna-
re. vt in regno: rex. in optimatū statu: optimi, virtuteq; insignes viri. in censu potētū republi-
ca: honorifici quidā & potentes, ꝓ virili ad totius cōmunitatis bonū anhelantes. sed vbi in
eodē loco ista eodē tēpore cōcurrūt: nondū exploratū, qui iure sibi vendicēt, gubernādi po-
tiores partes, nā si boni ac studiosi sibi vendicāt: videndū ne sint admodū numero pauci, vt
ad gubernādę reipublicę pondus nō sufficiāt, an tot multitudine vt ex illorū gubernatione
stare possit ciuitas. quod nō est facile. & quid prohibet: vniuersam multitudinē meliorē esse
paucis? si ꝓpter diuitias aut propter genꝰ id sibi arrogāt: nihil iuste dicere videntur. nā pari
iure si quis esset ditissimꝰ omniū, aut omnes nobilitate pręcellēs: omnes alios gubernare de
beret. sic & in optimatum gubernatione: si quis cæterorū esset optimus. sic multitudo: quia
potentior. eadem quoq; ratione pauci: si essent potentiores. si opulenti primas sibi mode-
randæ ciuitatis partes defendunt: iustum his sermonē, vt & illis qui per virtutē idem sibi ar-
rogant, respondere possit multitudo, nihil sane vetare multitudinē interdum & meliorē esse
quám pauci ac ditiorem, non secūdum singulos sed secūdum vniuersos. ¶Aliam quæstio- 60
nem diluit: qua quærere solent, vtrum legislator cui cordi est rectissimas condere leges, respi
cere debeat ad meliorum an ad plurium vtilitatem, quando id quod dictum est accidert.

61 ¶Diluit. illas inquiẽs leges rectas esse: vbi ęque ad totius ciuitatis vtilitatẽ, & omniũ cõmu-
ne ciuiũ bonũ respiciẽt. ciuis autẽ cõmuni apprehensione, est qui particeps est imperãdi &
parẽdi: tametsi alius & alius sit secundũ vnamquãq; reipublicæ speciẽ. secundũ autẽ optimã
speciẽ: is ciuis est, qui potest atq; vult & parere & imperare ad degendã secũdũ virtutẽ vitã.

ANNOTATIONES AD CAP. OCTAVVM.

55 ATqui si hoc verum. In Æthiopia magistratus ab elegantia corporis desumebantur:
vt à colore & magnitudine. vt ex quarti huius numero 10 habetur.

¶De vno, cęteris virtute pręcellẽti, ostracismo, optima republica. Ca. IX.

62 QVód si vnus sit vsqueadeò superexcellẽs virtute, vel plu-
res q̃ vnus, nec tamẽ tot numero vt implere ciuitatẽ pos-
sint, vt neq; comparãda sit aliorũ omniũ virtus, neq; fa-
cultas gerendi rempublicã ad hanc pluriũ, si sint plures,
vel vnius tantũ si vnus: nõ amplius hi ponendi sunt ciui-
tatis pars. fieret enim illis iniuria, si alijs paribus, pares
censerentur: cũ sint vsqueadeò superiores secundũ virtutẽ, atq; ciuilẽ po-
63 tentiã. putandũ est enim talẽ virũ: tanq̃ deũ in hominibus esse. ¶Ex quo
manifestũ est: positionẽ legum necessariã esse circa æquales genere & po-
tentia, sed de illis qui tales sunt nõ est lex. ipsi enim lex sunt. etenim ridi-
culus esset: qui legi illos subijcere conaretur. diceretur enim fortasse quẽ-
admodũ de leone scribit Antisthenes: cõcionãtibus lepusculis, ac cẽsenti- Antisthenes.
bus ęquũ omnes habere debere. ideòq; à ciuitatib⁹ quę populariter regũ-
tur: ostracismus repertus est, propter eiusmodi causam. hę siquidẽ ciuita- Ostracism⁹
tes ęqualitatẽ maxime omniũ cõplectũtur. quare qui superexcellere vide-
tur, vel propter diuitias, vel ꝓpter amicos, vel propter aliquã aliã ciuilẽ
potentiã: extra ciuitatẽ relegatur, atq; transfertur ad tempus aliquod de-
terminatũ. Tradũt etiã fabulæ, ob huiusmodi causam: Herculem ab ar- Hercules.
gonautis fuisse relictum. non enim vnà cum alijs nauem regere illum vo-
luisse: vt nimium superexcellentem inter nauigantes. Quapropter qui vi-
tuperant tyrannidem & consilium Periandri Thrasibulo datum: nõ sim- Periander.
pliciter existimandi sunt recte increpare. Ferunt enim Periandrum nihil Thrasibul⁹
respondisse ei, qui cõsilij petendi causa ad ipsum missus fuerat: sed super-
eminentes spicas demetendo segetem adæquasse. cuius quidem facti cau-
sam, cum non intelligeret nuncius, ac factum ab eo narraret: intellexisse
Thrasibulum, ꝙ oportebat supereminentes ciues auferre. hoc autem nec
solũ prodest tyrannis, nec soli faciunt tyranni: sed & in paucorũ potentia,
& in populari statu similiter se habet. Ostracism⁹ enĩ eandẽ quodãmodo Ostracism⁹.
vim habet: tollẽdo eos qui supereminẽt, & in exiliũ pellendo. Hoc idẽ &
in ciuitatibus & in gentib⁹ faciũt ij, qui dominãtur potentia. vel ut Athe- Athenięses
nienses circa Samios, & Chios, & Lesbios. q̃primũ enim imperiũ firmi- Samij. Chij.
ter habuerũt: eos in multis pessundarunt contra fœderis æquitatẽ. Per- Lesbij.
sarum autẽ rex Medos & Assyrios, & alios qui magnũ aliquid de seipsis Persarũ rex Medi.
64 sapiebant ob imperiũ prius habitũ: sæpe cõtriuit. ¶Quæstio autẽ ꝓpo- Babylonij.
sita: circa omnes est rerũpublicarũ species vniuersaliter, & quæ etiã sunt quiꝗ assyrij
rectę. nã illę quę trãsgrediũtur ad propriã respiciẽtes vtilitatẽ: hoc agũt.
quinimò & illę quę ad cõmune respiciũt bonũ: eodẽ modo se habent. pa-

tet hoc quoq; in alijs artib9 & ſcientijs.neq; eni pictor excedentē mēſurā,
pedē animal habere pateretur,q̄uis pulcherrim9 ille pes eſſet. neq; nauiū
artifex prorā aut aliam partē nauis.neq; certe magiſter chori,eū:qui pul-
chriorē ac meliorē toto choro vocē emittit:ſinet in choro eſſe.itaq; ob hoc
quidē nihil ꝓhibet eos,qui domini ſunt cōſpirare ciuitatibus:ſi(cū eorū
proprius principatus ciuitatib9 vtilis ſit)hoc agūt. ❡Quare ſecundū eas 65
quas cōſitemur ſuperexcellētias: quādam habet ciuilē iuſtitiā, ratio illa
quę circa oſtraciſmū eſt.melius tamē fuiſſet ſic ab initio per legis cōditorē
fuiſſe prouiſum:vt reſpublica nō indigeret tali medicina. ſecūdo autē lo-
co,ſi quid tale accidat:conādū eſt,tali aliquo remedio corrigere.quod ta-
men factū non eſt in ciuitatibus.nō enim reſpexerūt ad cōmodū propriæ
reipublicę:ſed per ſeditionē vſi ſūt per oſtraciſmū ciuiū impulſione.in his
igitur ſpecieb9 gubernādi,quæ lapſę ſunt:quod ad priuatū cōmodū per-
tinet,ac iuſtū eſt:patet.forſan autē nō ſimpliciter iuſtū.& hoc eſt maniſe-
ſtum. ❡Sed in optima republica:magnam habet dubitationem,ſi nō per 66
excellentiā aliorum bonorum (ceu viriū & diuitiarū & amicitiarum) ſed
ſi quis excellat virtute:quid de eo ſit faciendū?nō enim dicendū eſt:vt ita
talis vir ſit de ciuitate pellendus, transferendúſq;. atqui nec gubernationi
aliorum talis vir erit ſubijciendus.perinde enim eſt ac ſi cum Iuppiter gu-
bernaret:magiſtratus cum eo partirentur.reſtat ergo vt videtur:naturam
huius talem eſſe,vt omnes ſponte ſua parere illi debeāt.quare huiuſmodi
quidem homines:reges perpetuos eſſe in ciuitatibus.

NONI CAP. COMMENTARIVS.

ADdit inſuper ſi ſit vnus adeò virtute ſuperexcellens,aut vno plures.nō ſuffi- 62
cientes tamen cōplere ciuitatē ita excellentes, vt neq; aliorum omniū virtus,
aut gubernādę reipublicæ facultas ac peritia,cōferēda ſit ad eā quæ eſt pluriū
aut vnius tantū:non amplius illos ponendos eſſe ciuitatis partē.nam illis fie-
ret iniuria:ſi æquales cæteris cenſerentur,cū ſint vſqueadeò virtute & guber-
nandi facultate ſuperiores.ſed qui ita virtute excellit:vt deus quidā habēdus eſt. ❡Ex quo 63
infert legū poſitionē illis eſſe neceſſariā,qui genere ſunt æquales,& gubernaudi potētia:ſed
ijs qui ita excellenti, heroicáq; virtute pollent vt dictum eſt, non ponitur lex. ipſi enim lex
ſunt.Quæ ſubinde narrat:clara ſunt fere vniuerſa,exceptis ijs quę in annotationibus reddū-
tur illuſtriora. ❡Quod modo dictum eſt,eos qui tam inſigni virtute,aut gubernādi excel- 64
lētia præcellunt,nō eſſe in ciuitatis partem vllā:intelligendū eſſe dicit vniuerſim,in rerūpu-
blicarū ſpeciebus,& quæ rectę ſunt,& quæ transgreſſę.nam reſpublicæ quę transgrediūtur:
illos in re ſua publica eſſe nō ſinunt,ad propriā reſpicientes vtilitatē.quinimò & recte, quæ
cōmunem reſpiciunt vtilitatē:illos reipublicæ ſuæ partem nō admittūt. & nimirū id quidē.
nam idē perſpicuū eſt in cæteris artibus ac ſcientijs. vt pictor : haudquaquā pateretur ani-
malis pedem,habere cōmenſurationē excedentem,tametſi pulcherrimus pes ille eſſet.neq;
nauifactor:prorā,aut aliam nauis partē incōmēſuratā.neq; chori magiſter: eū qui pulchrio-
rem ac vniuerſo choro pręſtantiorē vocē emittit,ſinet in choro eſſe.quare hanc ob cauſam
nihil prohibet eos qui ſoli magiſtratus adminiſtrant,cōcordare cū ciuitatibus,ſi nō ſinūt ita
præcellentes inter eos manere,cū proprius ipſorū gubernantiū principatus,ciuitatib9 vtilis
ſit. ❡Non probat oſtraciſmum.infert tamen ex ijs quæ dicta ſunt:orationē illam ꝙ relega- 65
tio,oſtraciſmúſq; fieri debeat circa iam cōfeſſas ſuperexcellentias,quoddā iuſtū habere ciui-
le,attamē id iuſtū nō ſimpliciter eſt probādū. ſed ſatius fuiſſet ſic ab initio fuiſſe prouiſum:
vt tali medicina,reſpublica nō indigeret.ſecundo autē loco:ſi tale aliquid,oſtraciſmúſq; cō-
tingat,conandū eſt lege aliqua corrigere.quod adhuc factū non eſt in ciuitatibus.nam qui
oſtraciſmo ſunt vſi:non reſpexerūt ad cōmodū proprię reipublicę,ſed per factionē,vſi ſunt,
per oſtraciſmū,ciuiū pulſione.in ijs igitur rebuſpublicis quę lapſæ ſunt, ꝙ oſtraciſmus pri-

uatim conferat ac iustum sit:dilucidũ est,ac forsitan nõ simpliciter iustum . sed id etiam di-
66 lucidum. ¶Ostendit cum minime ostrascismus probandus sit:quid in optima republica de eo qui sic virtute excellat,agendum sit.illi sane omnes sua sponte parere debebunt:& habere huiusmodi homines in ciuitatibus,perpetuos reges.

ANNOTATIONES AD CAP. NONVM.

63 IDeóq; à ciuitatib⁹ quę populariter regũtur:ostracismus repertus est.Ostracism⁹: relegatio exilij in decennium.& nomen accepit ab ostrasis id est testis,& calculis: qui viritim dabantur in cõsilio,in quibus quisq; literis designabat eũ ciuẽ,quẽ aut damnaret aut absolueret.cõiectis itaq; in deputatũ locũ calculis:magistratus,cui ex officio incũbebat,omnes recensebat.qui nisi 6000 numerũ excederũt:nihil cõfectũ erat. sin vero eũ excederẽt numerũ:calculos cõdemnãtium & absoluentiũ seiũgebat,& eũ quem pluribus sententijs damnatũ cognosceret,decẽ annos extorrẽ fore declarabat. Ostracismo: Aristides iust⁹ ab Atheniẽsibus exilio mulctat⁹ est:in qua cõdẽnatione nõnulli penitus agrestes & literarũ ignari:Aristidi tanq̃ vni ad quẽ nihil tale pertineret,ostracũ suũ porrexerũt,vt in Aristidem scriberetur.hic vero cũ multitudinis aduersus se cõcitatæ studiũ admiraretur: interrogauit eos nũquid ab eo, quẽ in exiliũ mittere statuissent, mali quicq̃ perpessi essent? cui respõderũt,nihil sibi mali factũ,nec ab se virũ cognitũ:sed moleste ferre,q̃ omnibus in locis ipsum appellare iustũ audirẽt.Aristides autẽ nihil locutus:vt petebãt, inscriptum illis ostracũ reddidit.& ex vrbe secedens,manibus in cęlũ leuatis:precatus est, vt Atheniẽsibus quęcũq; vellẽt,bene,fauste,feliciterq; euenirent.hęc ex Plutarchi Aristide leges.& ostracis-
65 mum dãnat Aristoteles:vt numero 65 intelligitur. ¶Quãdam habet ciuilẽ iustitiã.nõ veram:sed apparentẽ.nõ simpliciter:sed secundũ quid,vt paucorũ potentiæ, aut popularem. iccirco nõ probat ostracismũ:sed statim subiũxit,melius fuisse alio modo legẽ prouidisse.

Ostracism⁹ · Aristides.

¶De republica regia,& regum speciebus. Cap.X.

67 FOrsan vero post hæc:congruũ fuerit cõsiderare de regia gubernatione . diximus enim hanc esse vnam ex rectis speciebus rerũpublicarum.cõsiderandũ est autẽ: vtrum cõducat ciuitati & regioni quam recte gubernari oporteat,regem habere an non, sed alia quædam species gubernandi magis cõducat,an quibusdam conducat,qui-
67 busdam vero non? ¶Antea omnia vero distinguendũ est:an sit vnum genus eorũ,an differentias habeat plures.facile est profecto id intueri quod plura genera sũt:neq; regũ omniũ modus vnus potestatis est.in Lacedæmoniorũ enim republica ; videtur regia potestas esse maxime secundũ leges.neq; enim potestatẽ habet omniũ:sed cum egreditur extra regionem, imperiũ habet eorũ,quæ pertinent ad bellum.prĕterea sacrificia,deorũq; cerimoniæ ei cõmissa sunt. hæc igitur regia potestas: est quasi authoritatem belli perpetuam habere,vitæ enim necisq; alicuius nõ habet potestatem,nisi in aliqua regnandi parte:vt dũ ad bella egreditur lege id potest, quod etiam apud antiquos fuisse videtur.Quod ostendit Homerus.nam Agamemnon in cõcionibus maledictis & iurgijs vexabatur:sed cũ à cõcione digressus in prælio erat,occidendi habebat potestatẽ.Itaq;(inquit) quem ego procul à pugna fugientẽ cõspexero:non sibi sat erit fugere canes & aues.nam penes me occidendi potestas.vna ergo species regni : est authoritas belli perpetua.& quãdoq; per genus:quandoq; per electionẽ huiusmodi regnũ obtinet. ¶Est & alia insuper monarchiæ species : qualia sunt apud quosdã barbaros regna,vim habentia proximã tyrannidi, licet sint legitima & secundũ morem patriæ.ob id enim: quia magis aptę natura sunt ad seruiendũ nationes barbarorũ q̃ Græcorũ, & eorum qui

De regia potestate. · prima regni species. · Lacedęmonij. · Homerus. · Agamemnon. · Secũda regni species. · Gręci.

Asia. Europa.

incolunt Asiamq̃ eorū qui Europā:perferunt sub herili principatu seruile iugū æquo animo.& ob hoc tyrānica sunt huiusmodi regna.sed habent securitatē.quia more & legibus consistunt.& ea de causa custodiam habent regiā nō tyrannicā.reges enim à ciuibus,armis custodiūtur:tyrāni vero ab extraneis mercede conductis.& reges secundū leges & volentibus:tyrāni vero inuitis dominātur.itaq; alteri à ciuibus custodiuntur: alteri cōtra ciues custodiā parant.sunt igitur hę de quibus dictū est:duæ species monarchiæ.

Tertia regni species. Esymnetę.

¶Tertia vero species est: vt antiquitus in Græcia fuere,quos vocabant Esymnetas.est autē hæc vt simpliciter dicamus:electiua tyrannis,differens à barbarica.non eo ꝙ non secundū legem, sed eo ꝙ non secundū legem patriā.potestas autem huiusmodi, aut viuente eo durabat,aut tempore quodā definito,rebusve gestis finiebat. qualē elegerunt quandoq; Mitylenei Pittacū aduersus exules suos: quibus præerat Antimenides,& Alceus poetę.ostendit hoc Alceus in quodā loco suorū carminū.increpat enim ꝙ patriæ maleficū Pittacum,ciuitati intemperatę & aduersa laboranti fortuna præfecerint,tyrannum simul collaudantes. Huiusmodi igitur species:quia tyrānicæ sunt,dominationē habent:quia vero electiuæ sunt & volentiū, regiæ.

Mitylenei. Pittacus. Antimenides. Alceus poëta.

Quarta species.

¶Quarta species regni est: quales erant heroicis temporibus,spontaneæ & secūdum morem patrium & legem.propter beneficia enim à primis collata in populos,vel per artes,vel per bellū,vel propter cōgregationem in vnū,vel propter acquisitionē regionis,delatū fuit eis regnū de populorū volūtate & successorib⁹ patriæ. Hi & imperiū habebant belli,& rei diuinæ cultum exercebant:nisi talia essent sacrificia,quæ sacerdotiū requirerent.& præterea de controuersijs iudicabant.& hoc faciebant alij quidē iureiurando præstito:alij vero sine iureiurādo.erat autē illis iusiurandum:per sceptri eleuationē.

Quinta species.

¶Alij antiquis temporibus ciuitatē,& quæ publica erant,& externa cōtinuo gubernabāt.postea vero(partim ipsis regibus dimittentibus:partim multitudine detractante)illud solum in quibusdam ciuitatibus relictum est regibus,vt cerimoniarū erga deos haberent facultatem,vbi & dignum censent dici regnum,si etiam solum in externos assit ducendi belli facultas.

DECIMI CAP. COMMENTARIVS.

HIc ratione illorum qui mira virtute cæteris prelucent,quos perpetuos esse reges oportere dixit:de regia republica disserit.imprimis id sciscitans:an ciuitati & regioni quæ recte gubernari debeat,expediat rege gubernari, an alia gubernandi specie,an quibusdam conducat, quibusdā vero non? 67 ¶Id determinare prosequitur.ponendo quatuor regum modos,ac regni species. 68 prima est eorum:qui non omnium sed authoritatem belli perpetuā habent,quibus & sacrificia & cerimoniæ rerum sacrarum,commissæ sunt. Secunda est eorum regum:qui secūdum leges & patrium morem,volentibus quidem & æquo animo seruile iugum ferentibus,dominorum ritu præsunt ac imperant. Tertia species eorum: qui vrgentibus rebus eliguntur, quorum potestate aut per vitam durante, aut certo quodam tempore dum res ad finem perductæ sint:dominorum more exercent imperium. Quarta species est heroicorū virorum: quibus ob ingentia beneficia,& longe præcellentem virtutem sponte traditur regnū,quibus & belli potestas & controuersiarum cognitio,& rei diuinæ cura (excepto sacerdotio) committi solent.& hæc regni species:priscis temporibus viguit,nunc ferme absoleta. Quinta. cū vnus omniū habet potestatē,& in ciuitate & in ijs quæ publica sunt,& in ijs quæ foris geruntur.

sed hæc potestas: multis in locis est restricta. litera ex se facile dinosci queat.

ANNOTATIONES AD CAP. DECIMVM.

67 DE regia hic peragit gubernatione. de regno autem scripserũt Plato, Theophra-
stus, Antisthenes, Xenocrates, Dion. de tyrãnide vero Xenophon. & Onosander
de imperio. verum quia respublica Gallorũ regia est, & vtinã heroica illa quarta
species, aut quæ illi quamproxime accederet: æquum duxi, vt paulo longiorem
de regia institutione protraham sermonem. nam si illam prorsus silentio pertrãsirem: essent
forte qui me circa respublicas elucidandas occupatum, iuste increparent, vt qui eã sub qua
semper educatus sum, & enutritus negligerem. illis igitur vt paream; octoginta præcepta Xenocrates
quę ex Xenocrate collegi, in medium afferam. quæ cum reges nostri, neutiq̃ ignorantes, ob- Præcepta
seruant: sicut amplitudine regni, virorum copia, vrbiũ excellentia, & prompta ac alacri sub- 80
ditorum obedientia: ita cæteris principibus ac regibus, beatæ vitæ exemplo, latissime præ-
fulgent. cum igitur reges nostri (ceu dictum est) ex nobili educatione, & auitis moribus,
satis in his obseruandis persuasi iam sint: cuiusq; generosi principis, aut cuius adhuc ad re-
gni gubernationem iuuenilis formandus est animus, erit intelligere hæc pręcepta ad ipsum
summopere pertinere. sed ne forte longior sermonis mora, fastidio detineat lectores: primũ
id esto præceptum. ¶ Regis officium esse curare, vt aut regionem, aut ciuitatẽ inclinatam 1
aduersis casibus erigat, aut retineat secundus affluentem: aut amplam ex parua efficiat.
¶ Quæcunq; in dies agenda acciderint: ad hæc continuo omnia referenda censeat. ¶ Se- 2
gnis non sit: sed in agendis consultandisq; prudentia & vigilantia cæteris præstet. ¶ Inge- 3
nij vires haud minus intendere debet: quam conuenit athletis continuo certamine corpus 4
exercere. cum nulla theatri præmia, cum illis conferenda sint quæ à regibus elaborantur.
¶ Nihil laboris, curæ, studij prætermittendum: vt quanto opibus ac potentia, tanto digni- 5
tate atq; virtute cæteros antecellat. ¶ His maxime studijs mentem appellat: quæ sibi & or- 6
namento & vsui futura sint. nam minime putandum est, curam ac diligentiam ad res alias
valere plurimum: nihil vero ad bonos mores; adipiscendamq; prudentiam prodesse. neq;
enim sors hominum adeò infelix: vt cum agrestes feras arte ac studio mansuetas, nobisque
plurimum accõmodas reddam⁹, idipsum in nobis desperemus proficere posse, ad virtutẽ,
mutuámq; societatem natis. ¶ Eorum qui prudentia ac fide præstiterint: sententiam plu- 7
rimi faciat. ¶ Complures viros doctissimos rerum peritos, præterea cum poëtas, tum hos 8
quos vulgo philosophos vocant, quorum hi discipulum ipsum, illi auditorem habeant: sibi
vendicet. ¶ Inferiorum iudicem: superiorum vero se exhibeat æmulum, ac concertatorem. 9
¶ Iniquum ducat: deteriores melioribus, imperitiores sapientioribus imperare. nam quo 10
cæterorum imperitiam vehementius contempserit: eo ingenium suum ad bonas artes, atq;
doctrinam, ardentius excitabit. ¶ Suam ciuitatem aut gentem, & amore & pietate com- 11
plectatur: & humanum cunctis sese beniuolúmque præstet. nam nemo rei cuicunque, recte
quis imperabit: qui eorum non afficiatur voluptate, quibus est studium, operámq; præsti-
turus. ¶ Popularem turbam colat. nam & paucorum potentia, & cæteræ ciuitatum formę, 12
tunc diutissime perdurarunt: cum popularem multitudinem, benigne atq; humane colue-
runt. ¶ Beniuolentiam populi sibi conflet: neq; iniurias illis inferri patiens, neq; illatas asper- 13
natus. ¶ Optimos ex omnibus, atq; sanctissimos gerẽdis magistratib⁹ præficiat: ne vulgus, 14
popularisq; turba præter fas, iuraq; publica male vexetur. nam pulcherrima, validissimaq;
sunt bene instituendæ reipublicæ fundamenta. ¶ Studeat quoad poterit, optimas excogi- 15
tare leges, & suæ genti ciuitatíve commodissimas: & si quid in legibus ipsis parum vtile vi-
debitur, continuo emendet, aut omnino amoueat. ¶ Si per se id consequi non possit: eas 16
quæ in alijs ciuitatibus recte institutæ erunt, imitetur. ¶ Leges ciuibus ponat: quæ iustæ, & 17
inter se consentaneæ sint, & bonis ciuitatum moribus accommodatæ. ¶ Has in primis le- 18
ges exquirat: quæ non modo nullas discordias nutriant, verum etiam lites omnes ac con-
trouersias (si quæ euenerint) funditus tollant. ¶ Artes & opificia inducantur quæ vtilia sint: 19
vana autem & inutilia vetentur, impositis pœnis. vt hæc fugiendo ad illa se conuertant
libentius. ¶ Cum inter ciues iudicaturus est: non amicitia, aliáve re vlla plus apud eum, 20
quàm ius aut æquitas valeat. ¶ Res similes: dissimilibus iudicijs non iudicet. nam sicuti bo- 21
nas leges decet immobiles esse: ita regem in iure dicundo constantem, omnibusque æqua-
bilem. ¶ Ciuitatem suam ceu paternam domum gubernet: vt in apparatu splendor emi- 22
neat: & in sumptibus diligentia. ¶ Magnificentiam non in ijs sumptibus declaret: quæ sta- 23
tim nullo ex se dimisso fructu, euanescunt. ¶ Maxime in amicis beneficio comparandis 24
magnificentia vtatur. nam eius generis sumptus sunt, vt quæ data videntur perpetuo ma-

25 neant:& cum data fuerint, pretiosiora posteris relinquantur. ¶In re diuina: maiorum suo-
26 rum ritus religionémq; imitetur. ¶Hoc prius intelligat, victimarum, sacrorúmq; omnium
27 illud esse optimum, efficacissimúmq;: si se sanctissimum, iustissimúmq; præstet. ¶Eos ma-
gistratus quibus plus dignitatis inerit & honoris: suis tribuat necessarijs. quibus autem ci-
28 uitatis, gentis´ve salus innitetur: fide atq; beniuolentia sibi coniunctis. ¶Tutissimã sui cor-
poris custodiam arbitretur: vbi non in muro sed amicorum virtute, non armatis sed ciuium
beniuolentia, non satellitibus sed proprio ingenio, propria´q; virtute fuerit circũseptus. nam
29 hæc sunt: quibus potissimum acquiruntur regna, & acquisita seruantur. ¶Domesticas suo-
rum ciuium copias: ne negligat. quinimò qui largiores æquo sunt: suas quodammodo opes
effundere putet. & quos diligentia atq; industria locupletari viderit: contrà suam rem auge-
30 re. ¶Veritatem ante omnia colat, & vsqueadeó: vt fidei plus suo verbo, q̃ cæterorum iu-
31 reiurando præstetur. ¶Ciuitates: libere ac tute, peregrinis omnibus pateant, constantésque
32 sint in pactis, conuentis´q; seruandis. ¶Pluris eos faciat: qui petituri aliquid q̃ qui ad eum
aliquid venerint donaturi. nam cum illos honoribus honestabit: vt illorum beniuolentiam,
33 ita maximam apud cæteros laudem consequetur. ¶Caueat ne eum terribilem: ciues inson-
34 tes metuant. nam quali se ostẽderit animo esse: tales erga se, illos est redditurus. ¶Nihil in
35 quempiam: iratus statuat. ¶In publicum prodeat cum ei per occupationes licuerit. in eóq;
36 velit callidus & astutus videri: vt nihil eum, quæ in ciuitate gerũtur, latere videatur. ¶Ho-
minum plectens errata: illa non tam peccati magnitudine q̃ sua clementia metiatur. nã re-
gium ingenium est: non tam crudeliter & acerbe subditos puniendo q̃ eos consilio sapien-
37 tiáq;, emendando ac soluendo. ¶In bello gerendo: non minus rei militaris cõfidat scientia,
38 q̃ cætero apparatu. ¶Nihil alienum appetat. sic enim pax: recte seruabitur. ¶Ea mente in
39 vrbes minores sit: qua potentiores in se esse velit. ¶Certet non de omni re: sed de ijs tantũ,
40 quæ vincenti, vtilitati cedunt. ¶Animi magnitudinem putet: non qꝫ quæ ardua difficiliàq;
41 suscipiat, sed quæ ratione consilióq; suscepta fortiter constantérq; perficiat. ¶Æmuletur nõ
42 tam eos qui ampla nacti sunt imperia: q̃ qui vel parua iuste, moderate, fortiterq; gubernãt:
nam non qui terrarum orbem in suam potestatem redegerit, periculis metúq; agitatus pos-
43 sidens, felix: sed qui præsenti fortuna contentus, ea quàm rectissime vtitur. ¶Amicos sibi
comparet: non quicunq; volent, sed quos suapte virtute dignos amicitia sua putauerit. nec
eos quorum familiaritas voluptati tantum cessura sit: sed quorum ope, res ac negotia pu-
44 blica gerere possit q̃ optime. ¶Prius scrutetur: quali ij quos sibi amicos asciuerit, æstima-
tione apud alios fuerint. nam tali ingenio esse iudicabitur: quali fuerint illi, quos familiarita-
45 te ac amicitia coniunctos habebit. ¶Publica negotia, cęteráq; res quę per ipsum geri non
potuerint: aliorum curæ cõmittat. sed ea expectatiõe: vt si minus bene euenerint, in se vnũ
46 omnis culpa vertenda sit. ¶Repudiet summopere eos: qui quodcunq; dixerit, fecerit´ve,
laudent continuo, & assentando extollunt. at potius amet & perhumane eos audiat, qui eũ
(cum errauerit) & monere & corrigere ausint. nam ijs quos altius fortuna euexit: nulla per-
47 niciosior adulatore, pestis adhibetur. ¶Prudentia, fide´q; pręstantibus viris: liberiorẽ tribuat
in se loquendi potestatem. vt si quando quicq̃ quod ignoret, sibi deliberãdum acciderit: ha-
beat qui intrepide consiliũ afferant, quos dignis honoribus honestet. & adulatores affectos
ignominia, penitus abigat: ne plus, malorum improbitas quàm bonorum virtus & merita,
48 ab ipso capere videatur. ¶Si quẽpiam comperiat, compertúmve habuerit in alios falsas
49 calumnias machinatum: eúdem quasi facinus admisisset, poena mulctet. ¶Sibijpsi non mi-
nus quàm alijs imperet. nam id in primis regium: si nulli omnium voluptatum turpiter ser-
50 uiet. quinimò sic illas domitas sternat: vt illi magis, quam subditi homines pareant. ¶Ne-
minem sibi socium aut familiarem temere, inconsulté ve diligat: sed eorum cõsuetudine de-
51 lectetur, qui & vsui sint, pariter & ornamento. ¶Laudes non ex illis rebus expetat, in qui-
bus boni æque atq; improbi excellere possunt: verũ ad gloriam per virtutẽ solam conten-
52 dat. ¶Ii honores ipsum non efferant: quos populus palam, metu potius quàm iudicio af-
53 fert. sed ciues cum soli, liberi´q; de eo cogitant: virtutem mirentur, potius q̃ fortunã. ¶Ab-
iectis in rebus, nunq̃ lætitiam declaret: sed efficiendum, vt solo magnarum rerũ studio, affe-
54 ctus videatur. ¶Mores ita omni ex parte cõponat: vt ipsum veluti speculũ rectissimã mq;
viuendi normã, ciues sibi ipsis proponant. nam quid indignius, q̃ priuatos homines hone-
ste ac moderate viuere: reges autem ipsos impure atq; turpiter? adde & id exploratissimum
55 esse: ciuitates omnes, principum suorũ vitã imitari solere plurimũ. ¶Si ciuium opes cum
modestia, excreuisse cõspexerit: hoc illi bene administrati regni, certissimũ sit argumentum.
56 ¶Liberos suos potius virtutis velit quàm diuitiarum locupletes: hæredes relinquere. hæ

nanque,casu quidem vel leuissimo dilabuntur: illa vero immortalis,constans,æternáq; per-
manet.item diuitiæ gloria,nõ autem gloria diuitijs comparatur:& gloria nunquã nisi virtu
ti cõiuncta est,diuitijs vero sæpissime comes est improbitas. ¶Veste,cæteróq; corporis cul 57
tu ornato vtatur:in reliqua autem vita molliores omnes delitias repellat.vt illi qui eum ex-
trinsecus oculis intuentur:dignum iudicent principatu.qui autem familiarius,secretiúsq; di
uersantur: ob singularem animi virtutem atq; modestiã,idipsum quoq; de eo sentiant. ¶Si 58
quid illi serio dicendum faciundúmve sit:accurate prius illud pensitet. ¶In declaranda mo- 59
destia:carere q̃ abundare malit.nam plus solet ea virtus:in egestate,q̃ in copia, opulentiáq;
splẽdere. ¶Vrbanum & grauem pro loci & temporis oportunitate seipsum exprimat: & sic 60
vtraque amplectatur:vt id quod in vtroq; inerit vitij,penitus euitet.nam alterum regium,
alterum familiari cõsuetudini accõmodum : & in vtroq; excellere difficillimum. quos enim
natura graues effinxit:hi à salibus atq; facetijs, in tristem quandã, frigidamq; recedunt se-
ueritatem. & contrà,quibus vrbanum est ingenium,atq; festiuum:in paulo humiliores de-
lapsi mores,suæ dignitatis fastigium,grauitatémq; amittunt. ¶Philosophia omniũ bona- 61
rum artium princeps:regem omnium rerum quas scire par & vsus est,gnarum doctúmq; ef-
ficiat.hæc enim iter,ratiouémq; monstrat:vsus vero & exercitatio,ad res grandes, facilita-
tẽ promptitudinémq; suppeditat. ¶Q uæ tyrãnis & priuatis hominibus euenere:ea sæpius 62
mente reuoluat.nam prudentius de rebus futuris cõsulet: si quæ præterita cognouit,animo
repetat. ¶Statuas huiusmodi relinquat:quę suarum potius virtutum,animi'q; repræsentẽt 63
imaginem, q̃ posteris liniamenta exprimant.nam indignum est priuatos q̃plurimos mortẽ
sponte oppetijsse,vt vita functi immortali laude prædicarentur:reges autem ijs studijs nul
lam operã dare,quibus viui nomen suum longe,latéq; celebratũ valent illustrare. ¶In pri- 64
mis ciuitatẽ quam vel maxime incolit: tutissimam seruet. ¶Si in pericula forte inciderit: 65
gloriose malit,pulchre'que mori,quàm turpiter ac fœde viuere. ¶Q uicquid dicat,faciat, 66
cogitétve, semper se regẽ esse meminerit, vt nihil vnquam agat tanto nomine indignum.
¶Sicuti animum natura,non vnà cum corpore interiturum illi tradidit:ita enitatur pro vi- 67
ribus,vt immortalem perpetuámq; sui memoriã posteritati commendet. ¶Assuescat insu- 68
per nihil ineptum,nihil non decorum,nihil nõ regium dicere:ne turpia loqui assuetus, ea-
dem & animo sapere videatur . ¶Q uæcunq; illi cogitanti ratio optima esse monstrauerit: 69
eadem vt ab eo fiant,operam det. ¶Clarorum virorum res gestas æmuletur:vt quorum fa 70
mam & gloriam admiratione prosequetur,eorum quoque facta non minus imitetur. ¶Ea 71
dicat,faciátq;:quæ liberis suis vt facerent,cõsuleret. ¶Non eos sapientes putet,qui vel mi- 72
nimis de rebus accurate contendunt:sed eos qui de maximis quamoptime sentiãt. ¶Non 37
fidem illis præbeat:qui cum ipsi miseria ac egestate laborant,alijs tamen felicitatẽ non du-
bitant polliceri. ¶Illis credat potius:qui modeste de se loquentes, seipsos & gratia & vtili- 74
tate hominibus cõmendant. ¶Eos aspernetur: qui aut secundis elati casibus,aut aduersis 75
depressi, nullam ferre fortunam sciunt. admiretur autem eos:qui nullo humanorũ casuum
turbine cõcussi,constantes immoti'q; omnem fortunã perferunt. ¶Maxime autem ijs ani- 76
mum adhibeat:qui temporibus consilia sua accõmodent.contrà autem eos aspernetur:qui
nulla aut temporum aut actionum habita ratione,de vniuersis cõfuse & indiscrete differũt.
quo enim pacto alios sapientes efficiat:qui sibi nullo vsui fuerit? ¶Mentatũ virũ & rerum 77
vsu,cognitioné'q; valentem,cum nactus fuerit:hunc plurimi faciat,hunc colat,hunc quàm
charissimum sibi seruet, non ignarus eum qui consilio excellat,omnium possessionum vti-
lissimam,regiámq;,in primis esse adeptum. ¶Regnum suum amplissimum ab eo maxime 78
effici speret:qui eum sapientissimũ reddere possit. ¶Ea munera penitus aspernetur:quæ si- 79
bi pluris constant à donantibus accipienti,q̃ si eadem à mercatoribus pretio sibi compara-
ret. ¶Ea vero maxime expetat pendátq; maximi:quibus quo vtatur crebrius,nec vllo in- 80
termiserit tẽpore,eo & minus trita & longe sibi cõmodiora,pretiosioráq; reddentur.& hæc
siquidem quòd sola virtus & philosophia,donare possit: existimet. Hæc pro institutione
regia,de præceptis Xenocratis Atheniensis. ¶Verum & his præceptis ad regiam instituti-
onem Claudianus adderet. ô Monarcha Claudianus

Hoc te præterea crebro sermone monebo
Vt te totius medio telluris in orbe
Viuere cognoscas,cunctis tua gentibus esse
Facta palàm,nec posse dari regalibus vsquam
Secretum vitijs.nam lux altissima fati
Occultum nihil esse finit,latebrásq; per omnes

Intrat:& abstrusos explorat fama recessus.
Tu ciuem,patrémq; geras.tu consule cunctis.
Nec tibi,nec tua te moueant:sed publica vota.
In commune iubes si quid,censésque tenendum,
Primus iussa subi.tunc obseruantior æqui
Fit populus,nec ferre negat,cum viderit ipsum
Auctorem parere,sibi componitur orbis
Regis ad exemplum.nec sic inflectere sensus
Humanos edicta valent,vt vita regentis.
Mobile mutatur semper cum principe vulgus.

¶De speciebus regum,imperatore,optimo viro, optimis legibus, vno,multis,potentia circa regem. Cap.XI.

REgiæ ergo potestatis tot sunt species:quatuor videlicet 69
numero.vna quidem qualis erat temporibus heroum.
hæc autem erat volentium,& apud quosdam,determi
natarũ rerum.dux enim belli, & iudex controuersia-
rum erat rex, & dominus cerimoniarũ erga deos. Al-
tera erat barbarica: ex progenie scilicet, dominatio se-
cundum leges.Tertia erat quam Esymnetiã vocãt:& quam esse diximus
electiuam tyrannidẽ.Quarta Laconica.ea autem est (vt simpliciter dicã)
imperium belli secundũ genus perpetuum. iste quidem igitur per hunc
modum inter se differunt,Quinta autẽ est species regni:quãdo vnus om-
nium habet potestatẽ.quemadmodũ vnaquæq; gens & ciuitas vnaquæq;
publice ordinata:ad exemplar gubernatiõis domus. vt enim gubernatio
patrisfamiliãs est regia quædã potestas domi:ita regia potestas,& ciuita-
tis,& gentis vnius aut plurimi,quasi domestica quędam gubernatio est.
¶Fere autem duæ sunt(vt sic dixerim) regni species: de quibus conside- 70
ratiõnẽ facere expedit.vna hæc de qua diximus:altera Laconica.nã alia-
rum cæteræ inter has mediæ sunt.paucorum enim dominę q̃ omnimoda
potestas regia,plurium vero q̃ Laconica.¶Itaque consideratio ferè circa 71
duo versatur.vnum quidẽ: conducat'ne ciuitatibus perpetuum belli du-
cem habere,& hunc,an per genus,an per electiõnẽ.'Alterum: cõducátne
vnum habere potestatẽ omniũ,an non conducat.'De duce igitur belli cõ-
siderare potius ad leges pertinet:q̃ ad aliquã speciem reipublicæ.nam in
omni republica id cadere potest: quare dimittamus hanc primã partem.
de regia autem(quoniã hæc est vna reipublicæ species)reliqua inquiren-
dum est particula:quare & par est de ea cõsiderare, & dubitationes(quæ
Quæstio. in eam cadunt)percurrere. ¶Initium vero huius quęstionis est: vtrũ ex- 72
Ad partem vnã ratiocinatio. pediat magis ab optimo homine regi,an ab optimis legibus.'¶Qui gu- 73
bernationẽ hominis præferunt: aiunt leges solum vniuersaliter prouide-
re,non autem de singulis(quæ accidunt)iubere. quare in quacunq; arte
Ægyptus. per literas præcipere fatuum est. & in Aegypto post tertiã diem mouere
licet medicis.q̃ si prius: suo periculo id agunt. Patet ergo propter eandẽ
causam:non esse per literas & leges optimam gubernationem.attamen &
Ad partem alteram. illam adesse oportet gubernãtibus vniuersalem rationẽ.'¶At melius cer- 74
te:cui non adest turbatio aliqua omnino, q̃ cui natura inest.eiusmodi au

tē turbatione lex caret. mens vero humana ex necessitate id habet. ¶Sed
forsan dicat aliquis:quòd per huiusmodi rationem:probabilius delibera
bit circa singula. ¶Quòd igitur necesse sit ipsum legis cōditorem esse, ac Dilutio.
leges poni,manifestum est:sed non dominas esse quatenus transgrediun-
75 tur.nā in cæteris quidem eas dominari oportet. ¶At de quibuscūq; lex Quaestio.
aut prouidere non potest omnino,aut non bene prouidere: vtrum in his Ad partem
76 vni viro optimo danda sit potestas,an multis? ¶Etenim nunc plures si- vnā primo.
mul cognoscunt de causis,& deliberant & iudicant(sunt autem huiusmo
di cuncta iudicia de singularibus)secundū autem vnumquēq;(quicunq;
etiam fuerit)is comperietur comparatus, fortasse deliberādo iudicādoq;
deterior.sed & ciuitas ex multitudine cōstat:& vt conuiuiū ad quod plu-
res cōferunt melius est,q̄ vna atque simplex mensa:sic iudicia multorum
sæpe meliora sunt,q̄ vniuscuiusq;. ¶Præterea multitudo minus subiacet Secundo.
corruptioni,quemadmodū aquæ magna cōgeries:sic etiam plures q̄ pau
ci,incorruptibiliores sunt. at cum vnus iudicat: si ira vel alia huiusmodi
perturbatio vincat,necessariū est iudicium corrumpi.sed in multitudine:
difficile foret omnes irasci,atq; errare. sit vero ea multitudo liberorū ho-
minum qui nihil agunt præter legē:nisi in quibus lex ipsa necessario defi
cit.quòd si hoc nō facile in pluribus, si plures sint boni viri & ciues: vtrū
incorruptior erit vnus in gubernando, an cum erunt plures & boni om-
77 nes?an patet quòd plures? ¶Enimuero plures inter se factionibus cōten
78 dunt.vnus autem non contendit. ¶Sed aduersus hoc forsan ponendū est: Ad partem
quòd studiosi viri bonæq; mētis sint omnes, vt ille vnus.si ergo plurium alteram.
gubernatio, bonorum autem virorum omniū, optimatium dicitur, vni-
us autem regnum : optabilius fuerit ciuitatibus ab optimis gubernari q̄
à rege,& cum potestate & sine potestate principatus, modo reperiri que-
ant plures similiter.& ob hoc forsan rex ab initio repertus est:quòd diffi-
cile erat viros plures excellenti virtute reperiri, præsertim cum tunc ciui-
tates paruæ fuissent. Præterea ob beneficia accepta reges creauēre: quod
opus est bonorum virorum.sed cum postea cōtingeret vt plures pari vir-
tute reperirentur: non amplius tolerauerunt regem, sed cōmune quiddā
quærentes,respublicas constituēre.cum vero deteriores facti,lucrum sibi
quærerēt ex gubernatione reipublicæ: paucorum hinc potentiā exortam
fuisse credendum est.honorabant enim diuitias.ex his vero,in tyrānides
transiere. ex tyrannide rursus ad popularem potentiam. semper enim ad
pauciores redigentes propter turpem quæstus cupiditatem:multitudinē
corroborauerunt,vt tandem insurgens multitudo ad popularem statum
ciuitates redegerit. quoniā autem contigit maiores esse ciuitates:non fa-
79 cile fortasse,aliam q̄ popularem speciem remanere. ¶Si autē quis ponat
optimum esse ciuitatibus à rege gubernari: quomodo fiet in filijs,vtrum
per genus erit successio? At si genitorū qualescunq;:perniciosum est. Sed
dices: non relinquet regnum huiusmodi natus rex,cum id sua sit in pote
state. At non facile etiam est in hoc fidem habere.arduum enim at maio-

tis virtutis quàm secundũ humanã naturam. ❡Quęstio est etiam vtrum 80
habere debeat qui regnaturus est: circa se potentiam quandam, qua pos-
sit compellere non parentes. Alioqui quomodo gubernationẽ exercebit?
Primo. ❡Si enim habeat potestatem à legibus concessam, & nihil ex voluntate
Secundo. sua faciat præter leges: tamen necessaria sibi erit potentia, per quam leges
Tertio. tueri queat. ❡Forsan quidem de huiusmodi rege non difficile est deter-
minare. nam oportet ipsum vires habere: sed tales, vt vnoquoque separa-
tim & simul pluribus potentior sit, populo tamen sit impotentior. vt an-
tiqui solebant custodiam ciuitatis tradere: quando aliquem præficiebãt,
Dionysius. quem Esymnetam vocabant, vel tyrannum. & Dionysio postulanti cir-
ca se habere aliquos custodiæ causa: consuluit quidam Syracusanus, tot
esse dandos.

VNDECIMI CAP. COMMENTARIVS.

RESumit easdem species, sed cõmutato ordine: quatuor scilicet quibus non om- 69
nium potestas, curáque incumbit. primam heroicam. hinc barbaricam: quæ
ex more patrio & legibus dominatio quædam est. tertiam electiuam tyranni-
dem: quam Athenienses αἰσυμνητείαν appellabant. & quartam Laconicam: q
apud Lacedæmonios hæc regni species maxime fuerit. quæ quidem ducen-
di belli perpetuum est imperium. & quintam quando vnus omnium habet potestatem: ceu
paterfamiliâs in domo. ❡Adijcit duas esse precipue regni species: eam scilicet in qua vnus 70
omnium habet potestatem. de qua pauloante sermo habitus est, & eam in qua penes vnũ,
sola belli adest potestas, quæ & Laconica dicitur, de quibus incumbit determinatio. nam cæ
teræ inter has duas: aut paucorum dominæ q̃ illa quinta, aut plurium q̃ prima illa & Laco-
nica. ❡Cõsiderationem de his duabus regni speciebus circa duo versari. Primum quidem. 71
ciuitatibúsne conducat perpetuum habere imperatorem, bellicarúmq; rerum ducem? & si
sic: an per genus, an per electionem? secundum: conducátne vt vnus habeat omnium pote-
statem: àn secus? verum de ducẽ belli: ad leges potius quàm ad aliquã reipublicæ speciem
pertinet consideratio. quare primam partem missam faciamus: de regia gubernatione quia
species vna est reipublicæ, determinationẽ suscipientes. ❡Incipit rem prosequi: primũ quæ- 72
rens, vtrum magis expediat rempublicam ab vno optimo homine regi, an à legibus opti-
mis? ❡Rationem adducit eorum: qui optimum hominem legibus præponũt. ❡Quòd 73
optimæ leges optimo sint pręferendæ viro, argumentatur. ❡Quæstionem aliam mouet: an 74
in quibus lex non potest prouidere omnino, aut non bene prouidere, vni viro optimo dan- 75
da sit potestas, an multis? ❡Argumentatur: eo in casu, multis potius dandam esse potesta- 76
tem. ❡Argumẽtatur ad oppositam partem: tutius vni optimo quàm multis hanc potesta- 77
tem esse tribuendam. ❡Iterum aggreditur: quòd id concedi multis, melius sit. ❡Disputat: 78
non esse optimum ciuitatibus, à rege gubernari. ❡Disputat insuper regem circa se poten- 79
tiam quandam habere oportere, qua possit compellere non parentes: verum tantam, quæ 80
populo sit impotentior. quemadmodũ Syracusanus quidam consuluit: vt Dionysio circa se
aliquos habere postulanti, tot videlicet, qui multitudinem superare non valerent darentur.
& hæc solum differendi modo sunt allata: & litera satis peruia.

ANNOTATIONES AD CAP. VNDECIMVM.

TErtia erat quam Esymnetiã vocant. Græci αἰσυμνητῆρα καὶ αἰσυμνήτηρ olim re- 69
gem, & αἰσυμνητὴρ καὶ αἰσυμνητίαν reginam & regnum appellauerũt: de quibus
hic Aristoteles, & in superiori capite loquitur. ❡Et in Ægypto post tertiã diem 73
mouere licet medicis. mouere: carthaticum exhibere, quam medicinam soluti-
Herodot⁹. uam, purgatiuámq; dicunt. ❡Etenim nunc plures. apud Herodotũ in Thalia, Otanes Per- 76
Otanes. sa, popularium partes has tutatur, & quòd melius sit multitudinem gubernare. Megabysus
Megabysus partes paucorum: & quòd paucos bonos, & eruditos. Darius partes regias: quódq; vnum
Darius. omnium optimum, principari melius est. cuius oratio: à Persis approbata fuit. ita quoque
approbat Aristoteles: regiam gubernationem omnium esse, & antiquissimam & optimam.
Otanes. Otanes enim dicebat: cum dominatur multitudo: imprimis nomen obtinet omniũ pulcher-
rimum ἰσονομίαν, id est iuris æqualitatem. deinde nihil eorum agit: quæ monarcha id est

vnicus princeps. nam magiſtratus: tum ſorte deliguntur, tum adminiſtratorũ rationem reddunt. omnia denique conſilia: in commune referuntur. quare (vt mea fert ſententia) cenſeo nobis, qui monarchiam deiecimus: ſtatum multitudinis eſſe optandũ. in multitudine enim omnia inſunt. At Megabyſus contrá, quæ dixit Otanes de abolenda tyrannide: ea ſint pro dictis à me quoq;. ſed quatenus hortatur ſummã deferri ad multitudinem: in hoc ab optima aberrauit ſententia. etenim populari multitudine: nihil eſt neq; inſipientius, neq; inſolentius. plebi enim ſuum eſt: nihil intelligere. nam quo pacto ſciat: qui neque edoctus eſt, neq; honeſtum quicquam nouit, nec domeſticum quidem. qui ad res agendas: ſine conſilio præceps torrenti flumini ſimillimus ruit. ex quo: ſi qui male conſultum Perſis cupiunt: ij ſtatu populari vtantur. nos vero qui cœtum virorum optimorum delegimus: ad hos imperium deferamus. nam inter eos: & ipſi erimus. & ex optimis viris: credibile eſt optima exiſtere cõſilia. Tertio vero loco ſuſcepit Darius. Quæ Megabyſus dixit: quoad ſtatum popularem, recte quidem mihi videtur. quoad vero ſtatum paucorum: non recte. propoſitis enim tribus ſtatibus, & ijs omnibus optimis, ita vt optime imperet populus, optime pauci, optime vnus; inter hæc multo antecellere vnius imperium ſentio. nam vnius viri qui optimus ſit, imperio: nihil melius eſſe conſtat. in ſtatu enim paucorum: cum plures virtuti incumbant, in publicum vehementiora priuatim odia excitari conſueuerunt. nã cum quiſque princeps eſſe optet, & in dicenda ſententia vincere: ad ingentia inter ſe odia euadunt. ex quibus ſeditiones oriuntur, è ſeditionibus cędes, è cędibus ad vnius imperium deuenitur. plebe etiam imperitante: malitia exoritur. qua exorta: inter malos nõ odia, ſed amicitiæ validæ fiunt qui aduerſus rempublicam facinoroſi: ſe mutuo occultant. id'que tam diu fit: dum aliquis populo præpoſitus, tales homines compeſcat. is videlicet, quem populus inter cæteros admiretur. qui cum admirationi eſt: tunc vere monarches oſtenditur, declaratúrq; vbiq; monarchiam eſſe præſtantiſſimam. atque vt omnia ſummatim dicam: vnde nobis libertas extitit, & à quo data? à populóne, an à paucorum potentia, an à monarchia? Ego ſentio: cum ſitis per vnum virum liberati, vos debere talem rem complecti, ne alioqui leges patrias & bene quidem conditas (quod nequaq̃ ſatius eſt) diſſoluatis. huic ſententiæ Darij: cæteri aſſenſere.

Megabyſus

Darius.

ℭ De poteſtate regia, multis, vno, multitudine apta regno, & alijs rebuſpublicis. Cap. XII.

81 VErum de eo rege qui cuncta ex voluntate ſua gerit: conſideratio eſt nunc facienda. nam ille qui ſecundum leges dicitur rex: non facit (vt diximus) regiæ gubernationis ſpeciem. quia in cunctis rebuſpublicis cadere poteſt (vt ſi quidam ducendo exercitui, quoties ciuitas bellum gerit: perpetuo ſit pręfectus) puta in populari ſtatu & optimatium gubernatione, pluréſq; authoritatem vni cõmittunt belli gerendi. talis enim quædam eſt deputatio apud Doracium, & apud Sypontinos: licet apud Sypontinos paulo cõſtrictior. ℭ Sed regia illa poteſtas plenissima, per quam rex ex voluntate ſua gubernat: videtur quibuſdam nõ eſſe ſecundũ naturam, vt vnus omnium dominus ſit ciuium, cum ex ſimilibus ciuitas conſtet. nam ſimilibus natura idem iuſtum eſſe neceſſarium eſt: & eandem dignitatem ſecundum naturam. quare vt parem habere impares alimoniam aut veſtem, nociuum eſt corporibus: ita & in honoribus ſe res habet. ſimiliter ergo & inæqualem æqualibus. ex quo non magis præeſſe quàm ſubeſſe iuſtum eſt. & per viciſſitudinem eodem modo, & hæc iam lex. nam ordo lex eſt. ℭ Melius eſt igitur: vt lex dominetur, quàm aliquis ciuium. hac quoq; ratione ſi quos præeſſe oportet: ita ſunt præficiendi, vt cuſtodes legum atq; miniſtri. neceſſe enim eſt aliquos eſſe magiſtratus: ſed non vnum hunc eſſe debere, aiunt eſſe iuſtum, cũ om-

Huius 61.

Doracium. Sypontini.

82 Primo.

Secundo.

Tertio. nes similiter se habeant. ¶Quæcunq; vero videntur per legem quidē determinari non posse, neq; per hominem agnosci potuisse: prudēter cauens lex instituit, cætera iustissima sentētia iudicari atq; dispensari debere per eos, qui iudicijs præsunt: ac insuper emendare permittit, quod videatur expertis, vt melius disponātur q̄ vt iacent. ¶Qui igitur legem præesse iubet: videtur iubere deum præesse & leges. qui autem hominem iubet præesse: adiungit & bestiam. libido quippe talis est: atque ira obliquos agit etiam viros optimos, qui sunt in potestate. propter quod: mens absq; appetitu, lex est. ¶Videtur autem de artibus falsum esse exemplum: quod secundum literas medicari vanum esset. verum & melius fuerit: si artem possidentes illis vtantur. nam illi quidem nihil contra rationem propter amicitiam agunt: sed recipiunt mercedem, cum sanos effecerint. at in ciuilibus magistratibus multa per affectionem & gratiam consueuerūt delinquere. & cū de fide medici timeretur, ac suspitio foret, ne suscepto ab inimicis pretio necare velit: tunc ex literis, curam magis optaremus. atqui ægrotantes medici, alios ad se medicos vocant, & magistri palæstræ, alios magistros: quasi nequeant verum discernere, qui de proprijs iudicant, & in affectu constituti sunt. quare manifestum est: quòd iustum quærentes, medium quærunt. Lex enim, medium. ¶Præterea validiores & de validioribus rebus leges: sunt leges illæ quæ ex moribus proueniunt, quàm quæ ex literis. Quare si securior homo magistratum gerens quàm hi qui secundum literas: non tamen q̄ hi qui secundum morem. ¶At vero, nec facile est vnum discernere. opus ergo erit: vt plures sint sub eo magistratū gerentes. quare quid refert hoc (multos inquam) statim ab initio esse: vel vnum constitutum esse hoc modo? ¶Insuper quod prius dicebatur. si quidem vir studiosus, quoniam melior sit præesse debet: vno autem duo boni meliores sunt. hoc enim est quod Homerus ait: duo simul euntes. & optatio Agamemnonis: vtinā tales decem mihi consultores adessent. ¶Sunt autem etiam nunc magistratus cū potestate iudicandi de quibusdam: ceu iudex de quibus lex determinare non potest. tanquā non optime præcipere potuerit, iudicabit. nam de quibus lex determinare potest: nemo dubitaret. sed cum quædam comprehendi legibus possint, quædā non possint, & hæc sint illa quæ dubitationē & quæstionē faciunt: vtrum melius sit ab optima lege, an ab optimo viro gubernari? nam quæ in consultationem veniunt: de eisdem ferri legem impossibile est. non igitur aduersus hoc aiunt, quòd nō necessarium sit hominem in huiusmodi rebus iudicare: sed quòd non vnum solum sed plures. iudicat enim vnusquisq; in magistratu bene: si sit eruditus à lege. ¶Forsan vero absurdum videri posset: si melius discernat quis duobus oculis, & duabus auribus audiat, & duobus pedibus, duabúsq; manibus agat, quàm plures pluribus. cum & nunc quidam reges & tyranni: oculos sibi plures comparent, & aures, & manus, & pedes. nam & eos qui sunt in magistratu, & suos amicos vnà principatus participes efficiunt, curationem rerum eis committtēdo. qui

Marginal notes: Quarto. (beside "expertis") — Quinto. (beside "petitu") — Sexto. (beside "medium quærunt") — Primo. (beside "secundum literas: non tamen") 83 — Secundo. Hoc modo scilicet multos magistrat⁹ sub se. (beside "vnum constitutum") — Homerus. Agamēnon (beside "& optatio Agamemnonis") — Tertio. (beside "dam: ceu iudex") — Quarto. (beside "in magistratu bene")

nisi sint amici: non faciunt secundum illorum intentionem. si vero sunt: amici sunt & illorum & principatus, cum amicus par sit & similis. quare si eos censet præficiendos: certe pares & similes gubernationi præesse censet oportere. Quæ igitur cõtendentes contra regiam gubernationẽ aiunt:
84 ferè ista sunt. ¶Sed hæc forsan in quibusdam ita se habẽt: in quibusdam autem nõ ita. est enim quiddam natura dominabile. aliud regibile. aliud ciuile. & iustum, & vtile. tyrannicum vero non est secundũ naturam, nec vlla aliarum gubernationum: quæ rectam transgrediuntur formam. hæc enim fiunt præter naturam. ¶Sed ex his quæ dicta sunt, patet: quòd in similibus & partibus, nec vtile est neq; iustum, vt vnus sit dominus omnium, neq; si non sint leges, sed tanquã ipse sit lex, neq; si sint leges, neq; bonus bonorum, neq; non bonorum non bonus, neq; si secundum virtutem sit melior, nisi aliquo modo. quis autem iste sit modus: dicendum. di-
85 ctum est etiam aliquo pacto & prius. ¶Et primo determinandum est quid congruat regi, quid optimatibus, quid reipublicæ. Regibus congruit huiusmodi multitudo: quæ natura apta sit ferre genus præstãs virtute, ad principatum ciuilem. optimatibus vero congruens est multitudo liberorum: quæ nata sit ad ferendum gubernationẽ eorum qui sint secundum virtutem primarij. Ad ciuilem autem gubernationem reipublicæ: congruit ea multitudo in qua populus innascitur bellicus, qui gubernari possit & gubernare secundũ leges & dignitatem, impartiens ijs qui-
86 bus est opus honores & magistratus. ¶Quãdo igitur aut totum genus, aut inter alios vnum aliquem, secundũ virtutem ita pręcellere contingat, vt vnius ipsius virtus maior sit aliorum omnium virtute: tunc iustum est hoc esse regium genus, & omnium dominari, & hunc vnum, esse regem. vt enim dictum est prius: non solum sic se habet secundum iustum quod proferre solent rerumpublicarum institutores, & qui optimatum, & qui paucorum potentiæ, & qui popularis. omnes enim secundum excellentiam censent: sed excellentiam non eandem, sed secundum quod prius dictum est. neq; interficere, neq; in exilium agere, neq; relegare hunc posse decet: neque dignari, vt per vices gubernet. non enim natura fit: vt pars superet totum. habenti vero tantam excellentiã: hoc accidit. quare restat solum, vt huic suadenti pareatur: & potestatẽ eum habere non per vices sed simpliciter. De regia igitur gubernatione: & quas differentias habeat, & vtrum vtilis sit ciuitatibus an non, & quibus & quo modo: in hunc mo-
87 dum determinatũ sit. ¶Cum vero tres dixerimus esse rectas gubernandi species: harum vero necessarium est eam esse optimam, quæ ab optimis gubernetur. talis autem est: in qua contingit, aut vnum aliquem omniũ, aut genus totum: aut multos virtute præstante gubernare eos, qui gubernari valeant ad eam vitam, quæ sit maxime expetenda, & in primis ostẽsum sit sermonibus necessarium esse, vt sit eadem virtus boni viri & ciuis optimæ ciuitatis: patet quòd eodem modo & per eadem fit vir bonus, & ciuitatem statueret quis ab optimis gubernari vel à rege. itaq; ferè eadem

Numero. 56

Quas differẽtias, quos modos & species. Huius. 29

Huius. 16

disciplina, & ijdem mores faciẽt studiosum virum: qui faciunt ciuilem & regium. ℂHis determinatis, conandum iam erit de optima republica dicere quemadmodum fieri nata sit, & quo modo cõstituatur. nam necesse est: de illa conuenientem considerationem facere. 88

DVODECIMI CAP. COMMENTARIVS.

REsumit de regia illa potestate: quæ vnius est, omnium quidem habentis pote- 81
statem. ℂDisputat: illam plenissime authoritatis potestatem regiam, non esse 82
secũdum naturam, neque debere in ciuitate libera dominari, sed legem potius.
quod sex rationibus prosequitur: quæ in litera sunt apertæ. ℂCõtendit itẽ qua- 83
tuor rationibus: multos bonos, principatui vnius qui omnium potestatem ha-
beat esse prę̨ponendos. & similiter in litera dilucidę sunt & apertę. ℂDiluit primam rationẽ 84
factam numero 72: vúltq; quibusdam communitatibus expedire, vt vnus omnium potestatem non habeat, esse etiam quibus id vel maxime expedit. nam est quiddã quod natura dominari natum est, quiddam quod natum est regi, quiddam ciuile: & horum quodq; iustum & conducibile, neque præter naturam. sed quod tyrannicum est: non est secundum naturam, neque aliarum transgressionum vlla. illę enim præter naturam fiunt. & id ingenue fatemur: quòd in similibus & æqualibus, neque conducibile neque iustum est, vt vnus sit omnium dominus, neque si non sint leges, neque etiam si leges existant, neque bonus bonorum, neque non bonorum, non bonus neque si virtute sit melior, nisi aliquo modo. quis autem is sit modus dicendum est. Dictum autem est etiã quo pacto & prius: si longe videlicet eniteat præ-
Numero 56 fulgens virtute. ℂDeclarat quę multitudo apta est regiæ gubernationi, quæ optimatum, & 85
quæ reipublicæ censúq; potestati. ℂQuod regium genus, & quis merito rex sit habendus: 86
litera perspicua. ℂOstendit: eodem modo, & per quæ sit vir bonus, quis statuere possit ab 87
optimatibus aut rege gubernari. nam eadem virtus viri boni, qui rectam rempublicam administrat & boni ciuis: vt numero 16 huius visum est. & tres esse rectas gubernationes, regiam, optimatum, & rempublicam: ostendit numerus 29 huius. quare eadem disciplina, &
ijdem fere mores faciunt studiosum virum: qui faciunt ciuilem & regium. ℂAd sequentis 88
libri materiam transit, præparátque dicenda. nam in eo consequenter de optima republica differere incipiet.

ANNOTATIONES AD CAP. DVODECIMVM.

Doracium. TAlis enim quædam est deputatio apud Doracium & apud Sypontinos. Sic Ari- 81
Aristoteles. stoteles habet. talis enim principatus quidám est: & apud Epidamnum, & apud
Opuntia quidem secundũ partem aliquã minor. ἐπιδάμνῳ καὶ ὀπούντα. ℂQuã- 86
do igitur totum genus. Omnis respublica secundum excellentiam aliquam sumitur, sed non eandem: nam absolute regia: secũdum heroicam quandam, & beneficam vnius virtutem. Optimatum: secundum excellentiam virtutis plurium. Censu potestas: secundũ virtutis bellicæ, mediocri quidem vita viuentium excellentiam. Imò & transgressiones excellentiam quãdam habere videntur. vt tyrannis: potentiæ. paucorum: nobilitatis & opum. popularis gubernationis: libertatis viuendi excellentiam. verum si excellentia solum in bonum sonat: potius habere videantur quàm reuera habeant.

TERTII POLITICORVM ARISTOTELIS
FINIS.

QVARTVS POLITICORVM ARISTOTELIS.

De optima republica,& pertinentibus ad legislatorem. Cap. I.

1 IN cunctis artibus & sciẽtijs,quæ nõ circa partẽ, sed circa genus aliquod perfecte existũt: vni⁹ est cõsiderare, quid cuiq; cõueniat generi. ceu exercitatio corpori qualis quali conueniat,& quæ sit optima.optime enim natura disposito atq; distributo:optimã cõuenire necessariũ est.& quæ plurimis:vna omnib⁹.etenim id ad gymnasticen pertinet.Præterea vero si quis nõ exactũ illũ cupiat habitũ & scientiã circa certamina:nihilominus magistri gymnasiorum & exercitatoris est hanc potentiã præparare.eodẽmq; modo in medicina,& in effectione nauiũ,& vestiũ:& in omni alio artificio videmus cõtingere. Quare manifestũ est:ꝙ huius est scientię videre, quę sit optima respublica,& qualis maxime ad votũ fuerit,nullo externorũ eã impediẽte,& quę quibus cõueniat.nã plures optimã assequi:forsan impossibile est. ¶Itaq; & ea quæ sit simpliciter optima,& ea quæ ex rebus subiectis q̃tum fieri potest optima: latẽ re nõ debet legis cõditorẽ,ac vere ciuilem hominẽ. Ac præterea tertia:quæ sit ex suppositione.nã oportet datã quoq; cõsiderare posse:queãdmodũ ab initio cõstituatur,& cõstituta quodã modo seruetur q̃plurimo tempore.dico autẽ:ceu si cui ciuitati cõtigerit,neq; optimã gubernationẽ habere,neq; necessaria illi suppeditare, neq; illis ipsis quæ adsint recte vti,sed alijs deterioribus. Præter hæc autẽ omnia: eã gubernationẽ quæ omnibus maxime cõgruat ciuitatibus,nosse oportet.vt tradunt plurimi eorum qui de republica tractant. etsi de alijs recte dicant: de vtilibus certe aberrant.nõ solum enim rempublicã optimã consyderare oportet:sed etiã illam quæ in vsum cadere possit,& quæ sit facillima & cõmunissima omniũ.nunc autẽ alij supremam quærunt solum,multis sane adminiculis indigentem:alij magis cõmunẽ aliquã nominantes,tollẽtésq; eas quæ in vsu sunt,Laconicã vel aliã quandã cõmendant.At enim oportet talẽ institutionẽ reipublicæ inducere,vt suadeãtur ac possint homines ex ijs quæ sibi adsunt facile eã recipere. nam est nõ minus difficile corrigere rempublicã iã institutã q̃ ab initio instituere.queãdmodũ & post discere,q̃ ab initio didicisse.Quapropter prę̨ter ea quę dicta sunt:rebuspublicis quæ nunc existunt,auxiliari posse oportet ciuilẽ hominẽ,vt diximus & prius.Hoc autẽ facere non potest:si ignoret quot sunt species earum.nã nunc quidã putant vnã esse popularẽ,& vnam paucorũpotentum:quod nõ est verũ.quare oportet nõ latẽ re differẽtias omniũ: & quot sint,& quotupliciter cõponãtur.Leges etiã simul cum hac ipsa,prudenti indagine consideradæ erũt,quæ sint optimæ,& quæ cõueniãt vnicuiq;

Ad legislatorem pertinentia.

2 Primum. Secundum Tertium. Quartum. Quintum. Sextum. Septimum Octauum.

gubernationi.sūt enim leges omnes ad rempublicā accōmodādę:nō autē respublicę ad leges.est nanq; respublica:institutio ciuitatis circa magistratus honoresq; publicos, queadmodū debet impartiri, & in quo potestas dominādi sūma debeat consistere, & quis sit finis cuiusq; societatis.leges autē earū varię sunt:per quas modus reipublicæ gubernādę significatur. secūdū quas:debeāt illi qui sunt in potestate imperare, & prohibere trāsgressores. Ex quo patet:q necessariū est differētias & numerū tenere singularū rerūpublicarū, etiā & legū positiones.neq; enim fieri potest: vt eædē leges vtiles sint paucorū potētię, ac popularibus omnibus.siquidē plures sunt & nō vna popularis potestas, neq; vna dūtaxat paucorūpotentia.

PRIMI CAP. QVARTI POLITICORVM COMMENTARIVS.

OStendit politicę disciplinę esse cōtemplari.quę sit optima respublica,& qualis 1
maxime optanda:si nulla externa afferrent impedimentū.est & eiusdē cōside-
rare:quę respublica,cuiq; ciuiū multitudini sit accōmoda.nā in omnib9 artib9
& sciētijs,quę circa aliquod totū rei subiectę gen9,exacte cōsistūt:vni9 eiusdē
artis ac disciplinę est cōsiderare,quale cuiq; in suo genere conueniat, quid'q;
eo in genere sit optimū.ceu gymnasticę est cōsiderare,qualis cuiq; corpori exercitatio cōpe
tat:& quę sit optima.optime enim natura affecto quodq; distributū est optime:optimā cō-
uenire necesse est.& quæ id cōsiderat in plurimis:vna in omnib9 disciplina est.id enim gym-
nasticę officiū est.& tametsi etiā quispiā huiusmodi exactū habitū,exactāmq; circa certa-
mina scientiā nō affectet:nihilominus tamen,magistri exercitationū est hāc posse instituere
disciplinā.simili quoq; modo & in medicina, & in artificio conficiendarū nauium, & in arte
vestiaria,& in quaq; alia arte:cōtingere videmus.quid mirū igitur si vnius eiusdemq; disci-
plinæ (politicæ inquā) sit cōsiderare:quæ optima sit respublica,& qualis cuiq; cōueniat.nam
plerisq; societatib9:optimā assequi rempublicā forte impossibile est. ¶Octo quę legislatorē, 2
2 virū'q; ciuilē latēre nō debent. Primū.quæ sit optima simpliciter,respublica.Secundū.quæ
3 optima ijs quæ illi subijciūtur. Tertiū.quæ optima ex suppositione:si videlicet noua ab ini-
tio instauraretur,aut lapsa restitueretur.nā oportet legislatorē,si id daretur: posse cōsidera-
te,quomodo ab initio bene cōstituatur, & cōstituta quonā modo q plurimo seruetur tem-
pore.ceu si quædā ciuitas lapsa cū neq; optimā haberet gubernationē , neq; necessaria illi
suppeditarent,neq; si adessent vti sciret:sed deterioribus illis abrogatis legislatori cōmitte-
4 retur ordināda. Quartū.quæ gubernatio maxime omnib9 cōgruat ciuitatib9:quæq; omniū
5 & facillima,& cōmunissima sit. Quintū.talē reipublicæ statum,talēmq; ordinationē induce-
re debet legislator:quā persuasi homines & velint,& possint ex ijs quæ sibi assunt facile ad-
6 mittere. Sextū. præsentib9 rebuspublicis politicum ciuilēmq; hominē suppetias ferre posse
7 oportet:vt & prius tertio loco dictū est. Septimū.viri politici est nosse rerūpublicarum spe-
cies,& trāsgressionū earū:alioqui trāsgressis auxiliū ferre nō possit.& sunt qui putant popu
larē gubernationē vnā esse reipublicæ speciē,& paucorū potentiā vnā : quod nequaq verū
est.horū igitur omniū nosse differētias:atq; species oportet: & quot modis adinuicem cō-
8 positionē admittāt. Octauū.quæ leges cuiq; reipublicę cōueniāt. nā leges omnes ad rēpu-
blicā:nō autē respublicæ ad leges sunt accōmodādæ. resumit'q; hoc in loco diffinitionē rei-
publicę positā in superiori libro numero 25:& colligit specialius quod & septimo loco dictū
est,oportere politicū hominē nosse species & modos rerūpublicarū,tā reuera,q trāsgressa-
rū,eorū'q; numerū,& legū positiones. nā alię sunt leges vni9 speciei & alteri9.neq; enim fieri
potest vt modis omnib9 paucorū potētię,& modis omnib9 popularis status:eædē leges cō-
ducāt.sūt enim modi speciesq; plures,& nō vna solū popularis gubernatiōis, neq; vna solū
paucorū potētię:vt capite 4 & 5 hui9,amplius cognoscetur.& hęc summatim sint dicta.

ANNOTATIONES AD CAP. PRIMVM QVARTI POLITICORVM.

ARgumētū. Hoc in quarto hęc discutiūtur:legislator,species rerūpublicarū,apta 1
multitudo,vaframēta,partes reipublicæ. De specieb9 rerūpublicarū:quæ. diuer-
sitas. partes,& species popularis gubernatiōis. species paucorū. species optima-
tū. quid cēsu potestas. modi mixtiōis. modi tyrānidis. optima respublica. De par-
tib9 reipublicę:cōsilia,magistrat9,iudicia. De legislatore:à nūero 1 ad 3. quę species reipubli-

ex:à 3 ad 7. de diuersitate: à 7 ad 10. de populari gubernatione: à 10 ad 19, & rursus numero 22. de paucorũ potentia: à 19 ad 21, & rursus 23. de optimate: à 24 ad 26. de censupotestate quid: à 26 ad 33. de mixtionibus eius: à 33 ad 37. de tyrannide: à 37 ad 39. de optima republica: a 39 ad 46. de apta multitudine: à 46 ad 49. de vaframentis: à 49 ad 55. de consilijs: à 55 ad 64. de magistratibus: à 64 ad 75. de iudicijs: à 75 ad calcẽ libri. hinc capitũ ratio.

a ¶Quod non est verum. Cap. quarto, quinto & sexto huius ostenditur verũ non esse vnam solam speciem paucorũ potentiæ, aut gubernationis popularis. ¶Leges etiã simul. Leges & populares & paucorũ potentię: ex sexto libro. ¶Ex quo patet: ꝙ necessariũ est differẽtias & numerum tenere. differentiæ illæ, & numerus: ex capite tertio huius habentur.

¶De speciebus rerumpublicarum, transgressionibus, censupotestate, de exquirendis à ciuili viro. Cap. II.

3 CVm vero in prę cedẽtibus dictũ sit à nobis, tres esse rerũpublicarũ species rectas: regnũ, optimatiũ, & eã quę appellatur respublica, ac tres earũ trãsgressiones & labes: cũ regnũ in tyrãnidẽ, optimorũ autẽ gubernatio in paucorũ potẽtiã, respublica autẽ in popularẽ statũ labatur. & de optimatũ gubernatione ac regia sit dictũ. nam de optima republica cõsiderare idẽ est: ac de illis dicere. vult eni vtraq; illarũ per virtutẽ (cui suppetãt cætera) cõsistere. & insuper quid inter se differãt regia potestas, & optimorũ gubernatio, & quãdo regia gubernatio putãda sit: determinatũ est prius. Tertij cap. 5

4 ¶Restat nũc: vt de illa quæ cõmuni nomine appellatur respublica dicamus: & de cęteris gubernãdi formis, vt de paucorũ potentia, ac de populari statu, & de tyrannide. Patet autẽ harũ trãsgressionũ quæ deterrima sit, quéve secũda. necesse est enim primę quidem ac diuinissimę trãsgressionẽ: esse deterrimã. regiã quoq; gubernationẽ necesse est aut nomẽ habere solũ, cum non sit: aut propter magnã illius, qui regit excellentiam, esse. ex quo fit cognitũ: tyrannidẽ deterrimã existere, ac plurimũ à recta specie gubernandi abesse. secundo autẽ loco: paucorũ potẽtiã esse. nã optimorũ gubernatio multũ ab hac specie distat. maxime vero mediocrẽ: esse popularẽ statũ.

5 ¶Fuit & prius quidã: qui isto modo tradidit, nõ tamẽ idẽ aspiciẽs nobiscũ. ille eni existimabat tanq̃ æquæ & bonæ omnes essent, vt paucorũ potẽtia bona: aliarũ tamẽ bonarũ deterrimam esse popularẽ, improbarũ vero optimã. nos autẽ eas quę trãsgrediũtur aberrare omnes dicim⁹. nec ꝙ paucorũ potẽtia melior sit altera q̃ altera recte dicitur: sed ꝙ min⁹ improba. verũ de his nũc discutere omittam⁹.

6 ¶Est autẽ à nobis primo distinguẽdũ, quot sũt differẽtiæ rerũpublicarũ: siquidẽ plures sũt species popularis gubernationis: ac paucorũ. Deinde quę cõmunissima & optabilissima sit post optimã rẽpublicã, etsi qua cõtingit alia ad optimatiũ naturã declinãs recte cõstituta, & q̃plurimis cõgruẽs ciuitatib⁹: quęnã ista sit. deinde aliarũ: quę à quib⁹ expetẽda. Forsan eni quibusdã est necessaria popularis gubernatio magis q̃ paucorũ potẽtia: quibusdã vero hęc magis q̃ illa. deĩde queadmodũ dispositũ esse cõueniat illũ: qui velit has gubernatiões recipere. dico autẽ popularẽ secũdũ illas species, ac rursus paucorũ potẽtiã. Tandẽ vero omniũ istarũ cũ facta fuerit breuiter mẽtio: conãdũ erit trãscurrere, quęnã corruptiões, & quæ

cōseruatiōes sint rerūpublicarū & cōmuniter omniū,& separatim vniuscuiusq; & per quas causas,illas suapte natura maxime euenire cōtingat.

SECVNDI CAP. COMMENTARIVS.

Resumit rectarum rerūpublicarū & transgressionū species: quas capite quinto 3
præcedētis libri posuit. & de regia republica heroica & optimatum,numeris
68.69.75.eiusdem & numero 77.pmiscue de regia & optimatū.quę ex capite quinto eiusdē:id differre cognitę sunt,q in hac multi virtute prędití pręsunt,in illa vero vnus solus eminēti bonitate cōspicuus.& de optimate republica:postmodū rursus numero 25.huius. ¶In hoc libro determinaturum se pollicetur de 4
republica (quam timocratiam & censupotestatem aliquando nominare solent) & de transgressionibus rerumpublicarū:quæ sunt tyrānis,paucorum potentia, & popularis gubernatio.quarum deterrima est tyrānis:quippe quæ optimæ reipublicæ (regiæ inquam) opponatur.deinde paucorū potentia:opposita quidem optimorū gubernationi.tertiū vero malitię locum tenens:popularis illa & licentiosa gubernatio,opposita reipublicæ,censúq; potestati.
¶Socrates in illo Platonis libro,qui Politicus siue ciuilis appellatur:ita vt prius species re- 5
rum publicarū,& transgressionū digessit.nō tamē probat modū loquēdi Socratis:vt q popularis legitimarum gubernationū sit deterrima, iniquarum optima. sed id perq̄ exiguum
1 est,missúmq; faciendū. ¶Proponit quę magis erunt exquirēda.Primū.quot differētię,spe- 6
cies & modi sunt paucorum potentiæ,& popularis gubernationis: sunt enim illarū species
2 plures.Secūdū.quæ respublica cōmunissima,& optabilissima post optimā.Tertiū. aliarum
3 rerū publicarum,ac trāsgressionū:quæ cuiq; communitati cōpetat.fieri enim potest: vt cuidam societati popularis gubernatio magis expediat,alteri vero magis cōueniat paucorum
4 potentia.Quartum.quo pacto affecti esse debent:qui vnam quamlibet speciem popularis
5 gubernationis,aut paucorum potentiæ sunt recepturi.Quintum. per quæ corrumpantur respublicæ,& vniuersim & particulatim,& quæ maximæ sunt corruptionis earum causæ.

ANNOTATIONES AD CAP. SECVNDVM.

Socrates. Politicus.

Fuit & pri⁹ quidā:qui isto modo tradidit. Socrates in Politico isto modo distixit. Inquit enim vni⁹ principatū in regnū & tyrānidē distribuim⁹. dominationē vero, quæ nō multis cōpetit,in speciē vnā quæ laudāda est, optimatū scilicet gubernationē:alterā quæ vituperāda est paucorū potentiā.ad multorū administrationē, tūc simplicem posuim⁹ popularē gubernationē denominātes.nūc rursus & hāc duplicē esse dicamus: vel vt leges seruet vel trāsgrediatur.& subiūgit vni⁹ igitur dominatio,bonis cōiūcta cōscriptionib⁹,quas leges vocauim⁹:omniū lex optima est.legū expers dura est:& subiectis,omniū onerosissima.gubernationē vero in qua nō multi cōmunicāt: quo ad vtraq; spectat,mediā cēsere debem⁹ (quēadmodū quod paucū est:inter vnū,multáve mediū obtinet) cęterū multorū administrationē,secūdū ōnia debilē. vtpote quę ad alias cōparata:nihil magnū siue bonū siue malū valeat. quia magistratus ad exigua redacti sunt,in multósq; diuisi.quapropter legitimarū omniū rerū publicarū hęc deterrima est:iiquarū optima. hęc illic Socrates.

¶De diuersitate partium ciuitatis,de prisca, & propria de rebuspublicis sententia. Cap.III.

Vt igitur sint plures rerū publicarū species:illa est causa: 7
q cuiusq; ciuitatis partes sint plures.videmus enim primo:ex domibus omnē constare ciuitatē. deinde rursus, ex hac multitudine alios esse diuites alios pauperes,alios medios.diuitúmq; & pauperum partem esse bellicā, partem imbellem.& rursus ex plebe partem agrorū culturæ debitam videmus: partem mercaturæ, partem opificis ac sordidis ministerijs.nobiliū quoq; differentiæ sunt secundum opulentiam,& magnitudinem census.sunt enim alij equites.quod munus nemo facile supportare potest:nisi sit diues.Quapropter antiquis temporibus quæcunq; ciuitates equestri potentia excellebant:in his paucorum potentia gubernabat.equitatu autem bella contra finitimos exercebant:ceu Eretrienses

Eretrienses.

& Chalcidéses & Magnesij,qui sunt sub Meandro. & aliæ plures Asia- Chalcidéses Magnesij. Meander. Asia.
ticarũ ciuitatum. præterea sunt aliæ, q̃ secundum diuicias nobilium dif-
ferentiæ.quosdam enim genus,quosdam virtus extollit:& si quid aliud
tale,ciuitatis partem esse oportet: dictũ est, vbi de optimatibus tractaui-
mus.ibi nãq; distinximus:quot ex partibus necessarijs omnis constat ci-
uitas.& hæ quidem partes,quandoq; concurrunt omnes ad rempublicã
gubernandam:quandoq; pauciores,quandoq; plures. patet igitur ꝙ ne-
cesse est plures esse respublicas inter se differentes specie.nam & ipsæ earũ
partes:inter se specie differunt.Res enim publica est institutio guberna-
tionum.hanc vero distribuunt omnes:vel secundũ potentiam eorum qui
participes sunt,vel secundũ aliquã æquabilitatẽ cõmunẽ.dico autẽ:velu-
ti tenuiorũ,vel opulentorum,vel cõmunẽ aliquam amborũ.necessarium
est ergo respublicas tot esse: quot sunt institutiones circa earũ superemi-
8 nentias,& secundum differentias partiũ. ¶Maxime vero duæ videntur
esse:quemadmodũ de ventis dici solet,alios quidẽ esse boreales alios au-
strales,cæteros autẽ ventos horum esse excessus.sic etiã respublicas duas
esse:popularem scilicet & paucorum potentiam.nam optimates,speciem
esse paucorum potentium posuere:& eã quæ vocatur respublica dixerũt
esse popularẽ.quemadmodũ de ventis zephyrum quidem borealẽ: eurũ
autem australem.eodemq; modo in harmonijs:vt quidam tradunt. nam
& in illis duas species posuerunt: vnam Doricam,alterã Phrygiam.cæ-
teras omnes:vel ad Doricã,vel ad Phrygiam referri. maxime quidẽ igi-
9 tur consueuerunt: de rebuspublicis sic existimare. ¶Sed certe melius ac
verius est,vt nos diuisimus:duarũ vel vnius recte cõstitutæ,cęteras trãs-
gressiones esse.& aliquas esse bene cõtẽperatę harmonię,alias vero ipsius
optimæ reipublicæ.ad paucorũ vero potentiã quæ duriores sunt ac ma-
gis violentæ.quæ vero remissæ & molles, ad popularem statũ pertinere.

TERTII CAP. COMMENTARIVS.

7 CAusam diuersitatum rerum publicarum ostendit esse: diuersitatem partiũ ci-
uitatum,siue rectæ sint siue lapsæ.sed hic pręcipue de lapsis.Sũt diuites,sunt
pauperes,sunt bellici,sunt imbelles, sunt agricolæ, sunt nobiles, sunt ignobi-
les,sunt opifices & mercatores,& id genꝰ.& quæ pars obtinet in ciuitate prę-
ualentiórq; est:in ea ciuitate rem efficit publicam.litera clara est.& de partibꝰ
8 ciuitatis exactius adhuc:numero 11 huius,& 13. ¶Ponit priscorum sententiam de rebuspu-
blicis:qui duas præcipue,popularem & paucorum potentiam esse crediderũt,cæteras autẽ
ad eas reduci.vt duos præcipuos ponebant ventos, ad quos reliquos reuocabant:boream
9 videlicet & austrum.& duos canendi modos:Dorium & Phrygium. ¶Hunc de rebuspubli-
cis opinandi modum:refutat Aristoteles:approbans modum qui capite quinto tertij,& nu-
mero 3 huius,& de rebuspublicis, & de transgressionibus labibúsque earũ positus est.& re-
ctarum rerũpublicarũ:quasdam esse bene cõspirantis, cõtemperatæ'q; harmonię vt ex quæ
respublicæ & cęsu potestates.alias autẽ esse ipsius optimæ reipublicæ,ad optimũ'q; pertine-
re gubernationis statũ:vt sunt regia & optimatũ respublicæ.& lapsarũ,quæ duriores sunt &
magis violẽtę,ad paucorũ statũ pertinere:quæ vero molliores & licẽtiosiores ad popularẽ.

ANNOTATIONES AD CAP. TERTIVM.

VBi de optimatibus tractauimus.allegare videtur aliud opus eius q̃ quæ passim
in manibus habeantur.verum partes ciuitatis necessariæ;ex numero 11 huius,
8 & ex operibus facile ex numero 28 septimi intelliguntur. ¶Maxime vero duas
videntur esse:quemadmodũ de ventis dici solet. duodecim esse ventos, quorũ
duo maximos habent effectus auster & boreas:ex libris meteoricis est cognitũ. Et harmo-

niarum modos apud musicos septem esse:Dorium, Hypodorium, Lydium, Hypolydium, Myxolydium. Hypophrygium & Phrygium ex Nicomacho, Philoxeno, Cleonide & alijs musicis cognoscitur. & hæc, vt hic ostendantur: à præsenti cõtemplatione sunt aliena. discitur enim vnumquodq; proprio in loco, vel commodissime.

Nicomach⁹ Philoxenes Cleonides.

¶De populari gubernatione, partibus ciuitatis, speciebus plebis, & speciebus nobilium, & speciebus popularis gubernationis. Cap. IIII.

NEq; vero popularis ita simpliciter nunc ponenda est, vt quidam ponunt: vbi multitudo dominatur. nam & in paucorum potentijs, & vbiq; dominari maior pars prævalet. etenim si essent vniuersi mille trecenti, & horum mille essent opulenti, neq; partem gubernationis darent trecẽtis illis pauperibus ingenuis ac in cæteris paribus: nemo certe diceret hanc esse popularem. Eodémq; modo si pauci quidem inopes in ciuitate potẽtiores essent q̃ multi opulenti, nec honores illis impartirentur: nemo vtiq; diceret hanc esse speciem, quæ appellatur paucorũ potentium. potius itaq; dicẽdum fuerit popularem quidem esse: cum penes ingenuos homines est gubernatio. Paucorum autẽ potentium cũ penes opulentos. sed contingit vt alteri multi sint: alteri pauci. plærīq; enim ingenui sũt: rari vero diuites. Etenim si magistratus, honorésq; publici secundum magnitudinem distribuerẽtur, vt in AEthiopia quidam tradũt fieri, vel secũdum pulchritudinem: paucorum esset gubernatio, cũ parua sit multitudo magnorum & formosorũ. verũtamen non isto modo sat est respublicas istas determinasse: sed cum plures sint partes & multitudinis & paucorũ potentium, adhuc resumendum est. vt neq; ingenui pauci existẽtes, plurib⁹: neq; Ionium multitudo, ingenuis dominetur. vt in Apolonia, quę est in Ionio, & in Thera. in vtraq; enim istarum vrbium honores, dignitatésque erant illorum: qui nobilitate præstabant, & eorum qui primi in eas colonias venerant, qui erant pauci: non autem diuitum, licet diuitum multitudine superaret populus, vt & in Colophone antiquitus. ibi enim possidebat magna patrimonia multitudo: anteq̃ bellum gereret aduersus Lydos. Sed est multitudinis quædam gubernatio: quãdo ingenui homines & inopes multi existentes gubernant rempublicam. Paucorum vero potentium: quando opulenti & nobiliores pauci existentes gubernant. Qꝫ igitur plures sint rerumpublicarũ species, & quibus de causis: patet. ¶Quàm ob rem vero plures sint: quàm illæ quas dictum erat, 11
& quænam istæ sint, & propter quid, deinceps dicemus, principio vnde prius assumpto. Fatemur enim non vnam partem, sed plures: omnem habere ciuitatem. vt igitur si animalis vellemus species capere: primo segregaremus id quod necessarium sit omne animal habere, ceu quædã sensoriorũ, & quod cibum conficiat atq; receptet, puta os & ventrẽ. & prȩterea illas: quibus mouentur partes. Si itaq; tot species solũ, harũ vero differentiæ essent, dico autẽ ceu oris genera plura, & ventris & sensoriorũ, & prȩterea earũ quib⁹ mouetur, partiũ: harũ cõiugationis numerus necessario efficeret plura genera animaliũ. nõ enim fieri posset: vt idẽ animal haberet

Æthiopia.

Apolonia Ionium. Thera.

Colophon.

Lydi.

290

plures differentias oris, sic etiam neq; aurium. itaq; quando susceptę fuerint omnes cōbinationes istorū, facient species animalis: & tot quidē species, quot coniugationes sunt partiū necessariarū. Eodem modo de dictis rebuspublicis. ciuitates enim non ex vna, sed ex multis partibus constāt: vt sæpius dictum est. ¶ Vna quædam pars est circa alimenta multitudo: 1
quos agricolas dicimus. ¶ Secūda vero pars ea quæ vocatur mechanica. 2
hæc autem versatur circa artes: sine quibus ciuitas habitari nō potest. harum vero artiū aliæ sunt necessariæ: aliæ ad delicias pertinent, & ad vitæ cultum. ¶ Tertia pars est forensis multitudo: quæ circa emendū vendendūmq;, & circa mercaturā, & nūmulariam versatur. ¶ Quarta pars. mercenarij. ¶ Quinta. propulsatores belli. quę quidē pars non minus necessaria est ciuitati q̄ aliqua superiorum: si velint aduersus inuadētes tueri libertatem. impossibile est enim vt quæ ciuitas vocari mereatur: sit natura serua. per se enim sufficiens ciuitas. seruus autē non per se sufficiens est. Quapropter in libris de republica, ornate quidē hoc: sed non sufficienter dictum est à Socrate. inquit enim ex quatuor maxime necessarijs ciuitatē constare. hos autem esse textorem, agricolam, coriarium, ædificatorem. rursus vero adiungit, quasi illi non sufficiāt: fabrum ferrarium, & pastorem necessariarum pecudum, & insuper negociatorem, & nummulariū. & hæc omnia ciuitatem complent primam. ¶ Quasi vero ciuitas omnis necessariorum gratia sit constituta, ac non magis gratia honesti: & quasi æque indigeat coriarijs & agricolis. ¶ Propulsatores autē belli nō primā 6
facit partem, anteq̄ aucta regione, & vicinis coactis, ad bellū deueniatur. atqui & in quatuor illis & in quotcūq; cōmunicantibus, necessarium est esse aliquem: qui ius dicat, & decernat. Siquidē ergo animam quis ponat animalis esse partē magis q̄ corpus: & ciuitatū magis talia ponenda sunt esse partes, q̄ ea quæ pertinent ad necessariū vsum, propulsatores belli videlicet ac iustitiæ iudiciariæ exhibitores, & præterea cōsultores, quod est ciuilis prudentiæ opus. & hoc siue separatim existat quibusdam, siue eisdem: nihil refert ad hunc sermonem. nam & in armis esse, & agros colere: sepe cotingit eisdē. Quare si & hæc & illa ponenda sunt ciuitatis esse partes: manifestum est φ propulsatores belli pars necessaria sunt ciuitatis.
¶ Septima pars est eorum: qui magna patrimonia habentes, reipublicæ 7
onera sustinent: quos opulentos vocamus. ¶ Octaua eorum qui publicā 8
operā exhibent. & qui in magistratibus gerendis occupati existunt. ciuitas enim absq; magistratibus esse nō potest. necessariū est igitur esse quosdam, qui magistratus gerere valeāt: & hoc munus sufferre in ciuitate, vel perpetuo, vel ad tēpus. ¶ Reliqua vero sunt illa: de quibus ad integrū de- 9
terminabim⁹ quod in cōsulendo & ius cōtrouersiā habētibus reddendo, versatur. Si igitur hęc ciuitatibus adesse oportet, rectēq; fieri & iuste: ne-
12 cessariū est esse aliquos, qui virtutē habeāt rerū ciuiliū. ¶ Cæteras ergo 10
potētias eisdē adesse posse videtur pluribus, ceu eosdē esse propulsatores belli & agricolas & artifices, & præterea cōsultores & iudicātes. arrogant

Partes ciuitatis.

Socrates.

quoq; sibi virtutem cuncti:& multifariã se existimant idoneos ad gubernãdum. verũ pauperes & diuites, eosdem esse impossibile est. quapropter hæ partes præcipuæ videntur esse ciuitatis, inopes scilicet & opulenti. Et præterea ex eo ꝙ vt plurimum alij pauci sunt, alij multi: contrarię partes inter se apparent. quare & respublicas secundũ earũ præualentiam constituerunt: ac duæ videntur popularis scilicet & paucorũ potentia. Sed ꝙ sint plures respublicæ, & ob hoc quas causas: dictum est prius. ¶Quod 13
Huius vero & popularis ipsius species sint plures: & paucorum potentiũ ostendemus.
7 Patet autẽ hoc ex ijs quæ dicta sunt. nam & in plebe & in nobilitate plures sunt species. plebis quidem: vna species, agricolę, alia artifices, alia negociatores, qui emendis vendendisq; rebus intendunt, alia circa rẽ maritimam. & horum alij bellatores, alij mercatores, alij portitores, alij piscatores. multis enim in locis horum turba ingens. vt piscatores: Tarẽti & Byzãtij. naualis multitudo: Athenis. mercatores: in Egina & Chio. portitores: in Tenedo. insuper manuales & paruas facultates habẽtes: qui ociosi esse nõ possunt. præterea qui nõ ex vtroq; parẽte ciue sunt orti, liberi tamẽ homines: & si qua huiusmodi plebeiorũ hominũ species altera. ¶Nobilitatis vero: diuitiæ, gen⁹, virtus disciplina, & his similia: quæ 14 dicuntur secundum eandem differentiam. ¶Popularis igitur prima spe- 15 cies dicitur maxime secũdum æqualitatem. vult enim lex huiusmodi popularitatis, pares esse diuites & pauperes, nec alteros plus posse, alteros
1 minus, sed vtrosq; esse æquales. siquidem maxime libertas est in populari statu: vt putant quidam. & æqualitas certe fuerit maxime simili modo omnibus republica participantibus. cum vero populus sit multitudo, & id obtineat quod plurib⁹ videatur: necesse est vt hæc sit popularis gubernatio. vna igitur species popularis hæc est. ¶Alia vero species: vt magistratus honoresq; in republica secũdum censum patrimoniorũ, & eũ quidem paruum, tribuantur, ita vt qui tanta possidet, habilis sit ad honores reipublicæ suscipiẽdos. qui vero non possidet: inhabilis sit. ¶Alia species popularis est: vt omnibus omnino ciuibus habilitas sit, modo sint obnoxij: dominetur autẽ lex. ¶Alia species popularis est: vt omnes omnino habiles sint ad magistratus gerendos: modo sint ciues, & dominetur lex. ¶Alia species, eodemq; modo: nisi ꝙ non lex dominatur, sed multitudo. 16 Hoc autem fit: quando populi decreta pręualent legibus. ¶Accidit vero istud ob quosdam, qui populum ducũt. nam in ijs rebuspublicis in quibus dominatur lex: non fit aliquis qui populũ ducat, sed optimi ciuium rempublicam gubernant. at vbi leges non dominantur: ibi ductores populi oriuntur. solus enim populus regit, compositus vnus ex pluribus. multitudo enim dominandi authoritatẽ habet: non vt singuli, sed vt omnes. Homerus autem cum dicit, non esse bonũ vt plures regant: vtrum de hac dicit, vel de alia cũ plures gubernãt vt singuli, incertũ est. talis ergo populus vtpote absolutã potestatẽ habẽs: dominari solus quęrit, nec vlli legi subesse, efficiturq; dominator. quare assentatores ei⁹: in pretio habẽtur.

Tarentum. Byzãtium. Athenæ. Egina. Chius. Tenedus.

Species popularis gubernatiõis.

Homerus.

7 ¶Et est huiusmodi populus:in gubernatione sua tyrãno persimilis.iidẽ
nempe mores: & vtrobiq; meliores deprimuntur.& decreta huius popu-
li:perinde sunt,vt tyrãni præcepta.& ductores,suasoresq; huiusmodi po
puli: sunt velut adulatores illi, qui circa tyrannos versantur. & maxime
vtrisq; apud vtrosq; potentia est:adulatoribus inquam penes tyrannum,
ac ductoribus suasoribúsq; populi apud ipsum populũ.Hi actores sunt
vt decretum populi leges infringant: & ad populum cuncta referunt.con
tingit autem illos fieri potentes: ex eo quia populus dominatur omniũ,
ipsi vero volũtati populi.nam fides à populo eis adhibetur.Præterea qui
de magistratibus conqueruntur:aiunt ad iudicia populi, negocia referri
oportere: populus autẽ audit gratanter eorum prouocationes.quare per
18 hunc modum magistratus dissoluuntur omnes. ¶Merito igitur repre-
hendere videntur:qui dicunt huiusmodi popularem esse potentiam, non
autem reipublicæ speciem.vbi enim leges dominari non præualent:non
est respublica. nam lex dominari omnibus debet: de singularibus autem
magistratus & respublica iudicare.quare si est popularis potẽtia vna spe-
cierum reipublicæ: clarum est quòd talis gubernatio, in qua decretis po-
puli cuncta efficiuntur: non est proprie popularis potentia.nullum enim
populi decretum: recipit esse vniuersale. De popularis igitur speciebus:
in hunc modum determinatum sit.

QVARTI CAP. COMMENTARIVS.

10 REfutat diffinitionẽ popularis gubernationis,ita simplicem & nudam:vt nõnul
li eam ponunt,resumens pene vniuersa quæ capite quinto tertij,dixit. quædã
etiam specialiora ad illius intelligentiã adducẽs.vt de Æthiopibus: qui à cor-
porum elegantia & pulchritudine, magistratus dispensabant.de Apolloniati-
bus,Theracensibus,& Colophoniis:quæ in litera satis constãt.ex quibus liqui
11 de diffinitiones illæ ita nude traditæ atque intellectæ: inualidæ mõstrarentur. ¶Vult plures
esse modos & species rerumpublicarũ speciatim,q̃ quæ iam expressæ sunt: & causæ cogno-
scũtur ex enumeratione partium ciuitatis, à quarum vnaquaq; sumi potest species vna gu
bernandi.& partes ciuitatis annumerat.Vna est:agricolæ,qui circa alimẽta versantur.Secũ- 1.2.
da:opifices,qui versantur circa artes,aut necessarias,aut ad delicias aut voluptates,aut ad
ornatum pertinẽtes.Tertia:cauponaria,vendentiũ emẽtiũmq;,mercatoria,& nummularia. 3.
Quarta:mercenarij.Quinta:propulsatores belli.Sexta:ij qui ius dicunt,atque discernunt. 4.5.6.
Septima: opulenti & diuites,qui onera reipublicæ sustinere valent. Octaua: publicis magi- 7.8.
stratibus fungẽtes.Nona: ij de quibus alio in loco exactius, cõsultores & ius in cõtrouersiis 9.
assignãtes. Interim notat Socratẽ in diuisione partium ciuitatis: quæ à Platone ponitur in
12 libris de republica. ¶Primas partes ciuitatis esse inquit opulentos & inopes:& quæ maxi-
me inter se contrariæ vidẽtur,quod nunq̃ contingat eosdẽ simul esse opulentos & inopes,quod vt
plurimũ hi multi sint,illi vero pauci,quódq; vbi opulẽti præualẽt rem statuant publicã,vbi
vero inopes & illi quoq; sibi gubernandi facultatẽ arrogant.Sed aliæ partes coincidere pos-
sunt:vt cõtingit eosdem esse,& agricolas & artifices & belli propulsatores, insuper & cõsul-
tores & cõtrouersiarũ iudices & magistratũ gerentes.nã cuncti sibi virtutem arrogãt:& mul
13 tipliariã se idoneos ad reipublicæ gubernationẽ existimant. ¶Species plebis nouẽ enume- 2.3.
rat:ex quibus cæteræ facile intelligẽtur,si quæ sint.circa terram:agricolas,opifices,& nego- 4.5.
ciatores qui vendendis emendisq; rebus intẽdunt.circa mare: nauales bellatores,vt Athe- 6.7.
nis.mercatores:vt in Egina & Chio.piscatores:vt Tarenti,& Bizãtij.portitores:vt in Tene 8.9.
do.insuper manuoperarij paruas facultates habentes.& liberi,qui tamen non ex vtroq; pa-
14 rente ciue sunt orti,& si qua huiusmodi plebeiorũ hominũ est species. ¶Tãgit quatuor no
15 biliũ species.nobiles ob insignes diuitias.nobiles genere.virtute. disciplina. ¶Subiũgit po-
pularis gubernationis species quinq;.Prima est secundũ æqualitatẽ:vbi & pauperes & diui- 1

2 tes,æquam habent gubernandi potestatem. Secunda. in qua magistratus & honores secun-
dum censum & quidem exiguum dispẽsantur, lege posita, vt qui tantula possidet sit habilis
3 ad magistratus adipiscẽdos, qui vero non, inhabilis esto. Tertia: in qua omnes omnino ciues
4 indipiscendorũ honorum habiles sunt, modo cõpenãtur idonei, sed lex dominatur. Quar-
ta: in qua omnes omnino ciues ad gerẽdos magistratus habiles habẽtur, at lex dominatur.
5 Quinta: in qua omnes omnino ad magistratuum functiones sunt indifferẽtes, verum nõ lex
sed multitudo dominatur. Hac enim in specie: decreta populi plus possunt q̃ leges. ¶Ostẽ- 16
dit in hac quinta specie oriri quosdã populi ductores (quos demagogos quidem Græci di-
cunt) qui beneuolentia & fauore populum quò volunt ducunt, populo assentantes. in quar-
ta & tertia specie, nunquã oritur hæc pestis: neq; in duabus alijs, modo sinant leges domi-
nari. litera dilucida. ¶Assimilat in quinq;, populũ quintæ & deterrimæ gubernationis popu 17
laris, tyranno. primo: quia & populo huic, & tyranno: ijdem sunt mores. secundo: ꝙ decreta
huius populi: sunt vt tyrãni præcepta. tertio: quod tyrãno sunt adulatores: id sunt apud hu-
iusmodi populum, populi ductores, atque suasores. quarto: ꝙ adulatores maxime possunt
apud tyrannũ: & hic quoq; populi ductores apud populũ. quinto: insuper cũ accusantur ma
gistratus, populi ductores aiunt ad populũ referri debere: vt & omnes accusationes, volunt
adulatores deferri ad tyrãnos, sic'q; omnes dissoluuntur atq; pereunt magistratus. ¶Dam- 18
nat hanc quintam speciem gubernationis popularis. neq; dignũ censet: vt ei vllo modo rei-
publicæ nomen tribuatur. ꝙ in ea neq; lex neq; magistratus authoritatem vllam habeant:
sine quibus respublica esse non posse diffinita est. litera conspicua est.

ANNOTATIONES AD CAP. QVARTVVM.

Ex Socrate vir popularis.

DE quibus ad integrum determinabimus. cap. vndecimo & duodecimo huius: vbi 11
de cõsilijs, magistratibus, & iudicijs. ¶Et est huiusmodi populus: in gubernatio- 17
ne sua, tyranno persimilis. de viro populari huius speciei: Socrates in octauo de
republica. Quãdo inquit iuuenis, nutritus ruditer & aride nimium, fucorum mel
gustat, adhęrẽtq; ardentibus, vehemẽtibúsq; & callidis animalibus, potentibus omniformes
& varias voluptates vndiq; cõparare: hinc oriri existima mutationẽ, qua ex paucorũ poten
tia quæ in eo est, trãsit in popularẽ, propter inscitiam paternæ educationis. qui externas cu-
piditates & nõ necessarias: non reprimit increpãdo, coarguẽdo vehemẽter, ne paucorũ con-
ditio, populari statui cedat. verũ neglecta iuuenilis animi cultura: multæ vehemẽtésq; fiunt
cupiditates, trahunt'q; ad cõsuetudinẽ. ac dum clàm serpũt: magnũ excrescunt in numerũ.
& tandẽ iuuenilis animi arcem occupãt, præsentientes vacuã esse doctrinarũ, honestorúmq;
officiorum, verarúmq; rationũ: quæ in priorum hominũ mẽtibus, optimi omniũ custodes,
seruator'ésq; extãt. succedúntq; falsæ, superbæ, petulãtésq; rationes & opiniones in earum lo
cum: neq; pręsidium admittũt, neq; priuatorum senum monitus excipiunt. & pudorẽ, fatui-
tatem appellãtes: turpiter in exilium pellunt. & temperantiã nominãtes ignauiã, reproban-
tésq;: eijciunt. modestiã quoq; in moribus, & in sumptibus moderationẽ: tanq̃ rusticitatẽ, &
illiberalitatẽ penitus detestãtur & fugãt. cum multis futilibúsq; cupiditatibus viuẽtes: petu-
lantiã, ingenuam educationẽ nominãt. licentiã: libertatẽ. prodigalitatẽ: magnificẽtiam. im-
pudentiã: fortitudinem. illas extollunt, illis'q; applaudũt: sic'q; trãsit iuuenis ex insita neces-
sariarũ cupiditatũ affectione, in resolutã non necessariarũ voluptatum licentiã, illarum gra-
tia erogãs pecunias, laborãs, exercitiáq; suscipiens. in dies ita viuẽs: vt incidẽtibus, præsen-
tibúsq; cupiditatibus semper obsequatur, dũ alias ebrietati modulationibúsq; indulget, alias
aquæ potu contẽtus est, & inedia. interdũ gymnasticę studijs se exercet: nõnunq̃ remissiore
animo torpet. quãdoq; philosophiæ studiũ attingit. sæpe etiã se ad rempublicã cõfert, pro-
dit'q; in medium: quicquid obtulit fors, & dicẽs & faciẽs. si quandoq; milites admiratur: ad
eos fertur. sin mercatores: ad hos aduẽtat. neq; ordine vllo, aut necessitate, vitam suam diri-
git: sed hanc viuendi licentiã, iocundam & liberalem, & beatã vitam appellãs, assidue colit.

Ex Socrate Ciuitas popularis.

¶Et de ciuitate populari. Talis popularis ciuitas: in qua neq; cogaris magistratibus fungi,
etiã si ad id sufficias, neq; parẽre si nolis, neq; bellum gerere alijs bellum gerẽtibus, neq; pa-
cem agere agẽtibus alijs, nisi id placeat. si qua lex imperare vetet, & sentẽtias ferre: nihilomi
nus & imperes, & sentẽtias feras in iudicio, si tibi visum fuerit: morte & exilio dãnati nihilo-
minus vrbem incolãt, & prodeant in mediũ & persæpe (quasi nemo videat: aut curet) instar
heroum quorũdam per vrbem incedãt. indulgentia maxima: & sine vlla obseruatione nihil
curans, ex quibus studijs se quis ad ciuilia cõferat, sed honorãs, quisquis ametur à vulgo.
in qua nunq̃ vir præclarus euadet: nisi statim a pueritia honestis studijs nutriatur, & illa fre-
quẽter exerceat, altóq; præditus sit animo. Cæterum cum popularis ciuitas sitiẽs libertatẽ,

malos pincernas præsidẽtes nãciſcitur,& ea licẽtioſa libertate profuſius q̃ decet ſeſe ingurgitans debachatur:principes cauſans,tanquã rigidiores & tyrãnicos punit,niſi mites admodũ ſint,plurimúmq; cõcedãt licentiæ: & eos qui principibus parent tanq̃ ſeruiles ſint,& nullius pretij homines,obiurgat. principes autem ſubditis pares: & ſubditos pares principibus,priuatim & publice laudat,& honorat. haud ſecus ac in domo:vbi pater filio ſtat ſimilis,& filius patri ſit par,neq; vereatur,neq; metuat parentes, vt ſit maxime liber. & inquilius ciui,& inquilino ciuis æquetur, peregrinus'q; ſimiliter. & ea in vrbe præceptor diſcipulos timet, eis'q; blanditur:diſcipuli præceptores ſpernunt,& ſimiliter pedagogos. & ſummatim iuniores ſenioribus ſe ſimiles præſtãt: verbis'q; & operibus aduerſantur. ſeniores autẽ, iuniorum gerunt vices. tanq̃ ſcurræ facetijs eos delectant: ne ſeueri,imperioſi'q; videãtur. vulgi libertas extrema. empta mancipia:nihilominus libera ſunt, q̃ emptores. maxima mulieribus erga viros, & viris erga mulieres æqualitas,libertas'q;. & beſtiæ quæ hac in ciuitate ſub hominibus nutriuntur: quàm alibi liberiores ſunt. nam & catellæ (vt habet prouerbium) perinde ac dominæ ſunt: & equi & aſini tanta per vias libertate cõſueſcunt, vt in obuium quẽq; impetũ faciant,niſi ceſſerit. cæteráq; omnia:ſumma aguntur licẽtia. omnes leges tam ſcriptas, quàm non ſcriptas:ſpernunt,ne quis illis dominetur. Hæc Socrates.

De ſpeciebus paucorũ potẽtiæ,& permixtis gubernationibus. Ca. V.

19 PAucorũ vero gubernationis ſpecies vna eſt, in qua cenſum habentes ad gubernationẽ reipublicæ recipiuntur: tãtum quidem vt tenues homines ad eum peruenire nõ poſſint,is vero qui tãta poſſidet,habilis ſit ad rempublicam gerendam. Alia ſpecies eſt:cum à paruo cẽſu eſt fungendi magiſtratus habilitas: atq; cum eligunt ipſi, eos qui deſunt. ſi igitur ex omnibus hoc faciant: videtur hoc potius eſſe optimatum. ſin vero ex definitis quibuſdã: paucorum potentiæ. Alia ſpecies eſt: cũ pro patre ſuccedit filius. Quarta ſpecies: cũ hoc fit quod
20 modo diximus & lex non dominatur,ſed id illi qui regunt. Et hæc eſt correſpondens in paucorum gubernatione: vt eſt tyrãnus in monarchia, & vt eſt in populari ſtatu vltima illa ſpecies de qua diximus. & vocãt huiuſmodi ſpeciem paucorum potentiã. gubernationis igitur paucorũ hæ
21 ſpecies ſunt. Nec latere debet nos:quòd multis locis accidit rempublicam quæ ſecundũ leges non ſit popularis:conſuetudine tamen & viuendi modo populariter gubernari. ſimiliter autem econuerſo apud alios contingit rempublicã ſecũdum leges magis eſſe popularem: moribus tamen et viuendi modo ad paucorum gubernationẽ magis pertinere. Contingit hoc autem maxime poſt mutationes rerumpublicarum. non enim ſtatim mutantur: ſed contenti ſunt ab initio homines parua acceſſione potentiæ. Quare leges manent vti prius erant: præualent tamen qui rempublicam mutauerunt.

Species paucorum potentiæ.

QVINTI CAP. COMMENTARIVS.

19 PAucorum potentiæ ſpecies quatuor affert. Prima eſt:in qua ſolum à magno 1
cenſu ad adminiſtrationẽ reipublicæ admittuntur,ad quem quidem tenues homines,nequaq̃ attingere valent. Secunda:in qua à paruo quidem cenſu,ſed 2
ex determinatis quibuſdã,ad ſubeundos magiſtratus habiles iudicantur atque idonei. Tertia;cum in magiſtratu pro patre ſuccedit filius. & in his tribus lex 3
20 dominatur. Q uarta ſpecies: cum ſimiliter vt in aliquo ſuperiorum modorum magiſtratus ineunt, verũ lex non dominatur,ſed ij qui adminiſtrãdi gubernationẽ accipiunt. Hãc quartã ſpeciem paucorum potentiæ correſpondere dicit tyranno in principatu vnius,& populo quintæ & vltimæ ſpeciei. quare gubernationũ paucorum potẽtiæ determinata eſt: & quæ 4

iam reipublicæ nomine ſit indigna. ℂDe cõfuſis & permixtis gubernationibus. cur aliquan 21
do contingat mixta & confuſa gubernatio popularis, item & paucorum potentia, oſtendit.
confuſam & permixtã appello gubernationẽ popularem : cum leges paucorũ potentiæ ha-
bent aut alterius gubernationis, attamen populariter gubernãt. identidẽ permixtã pauco-
rum potentiã: cum leges habẽt populares aut alterius reipublicæ, oligarchice tamen & (vt
ſic dixerim) paucipotẽter viuunt. id accidit: propter mutationes rerũpublicarũ. vt cum pau
corum potentia tranſit in popularem gubernationem: aut popularis gubernatio in pauco-
rum potentiam. non enim ilico mutantur leges: ſed contenti ſunt ab initio homines, parua
acceſſione gubernationis. quare leges manent vt prius erant. præualent tamen: qui priorem
reipublicæ ſtatum demutauerunt.

ANNOTATIONES AD CAP. QVINTVM.

Ex Socrate vir paucorum potentiæ.

ET hæc eſt correſpondens. Ex Socrate: vir paucorum potẽtiæ. Similis (inquit) hu 20
ius reipublicæ vir eſt ei: qui patrem ambitioſum habuit, ſed qui in rempublicam
tanq̃ in ſcopulum offenderit, ſubito ex culmine dignitatis prolapſus. ſiue poſt bel
li expeditionẽ, ſiue poſt alterius magiſtratus maximi dignitatem: in iudicium ab
inſidiatoribus trahitur, à calũniatoribus circũuentus eijcitur, deprimitur, ſpoliatur. hæc au-
tem intuitus filius atq; perpeſſus: amiſſo patrimonio, propter formidinẽ cõfeſtim ex animi
throno ambitionẽ illam, animoſitatẽmq; deijcit, & humilior propter paupertatẽ factus, ſeſe
ad quęſtum cõuertit. & anguſto admodum animo: aride nimium, & parce viuens, ſéq; ve-
xans in opere, pecunias congregat. & in ea animi ſede: auarum, & lucri cupidũ collocat af-
fectum, eúmq; magnum in ſe regem efficit, ornamẽtis'q; regijs exornat, coronis, balteis, fi-
bulis, fimbrijs, enſe Perſico, rationalem vim, & animoſitatis ardorẽ humi hinc & illinc ſub-
ijciẽs, & in ſeruitutẽ redigens, illam nihil aliud inquirere & cõſiderare permittẽs, quàm vn-
de ex paucioribus pecunijs plurimæ congregentur. hunc vero nihil aliud mirari & colere q̃

Ex Socrate vir paucorum potentiæ & ciuitas.

diuitias, atq; diuites: & ſi quid aliud ad id cõferat. ℂEx Socrate vir & ciuitas. Pecunias mul
tifacit maximéq; honorat, parcior eſt, & ad lucrum anxior. ſolas neceſſarias cupiditates ex-
plet: cæteris vero ſumptibus nequaq̃ indulget, ſed alias appetitiones tanquã ſuperuacaneas
cohibet. aridior itaq;, & ſqualidior viuit: vndiq; ſumma parcimonia rem familiarẽ augens,
coaceruando intentus theſauro. neq; diſciplinæ applicuit animũ. non enim cæcum ſibi du-
cem propoſuiſſet. cupiditates habet fucis perſimiles: partim mendicas, partim maleficas.
maleficas enim cernes ad orphanorum tutelas, & ſi quid tale: in quo licentiã plurimam ad
iniuriam, nanciſcitur. in cõmercijs prauas cupiditates ſi cohibet: id vi, neceſſitate, ac metu
fit, circa reliquam ſubſtãtiam contremiſcens, non ratione illas manſuefaciens. in alienis ero-
gandis fucis ſimilis. ſeditione inteſtina nequaquam carens. non vnus: ſed duplex. & reliqua
quæ ſubiungit Socrates.

ℂDe ſpeciebus popularis & paucorũ potentiæ, & cauſis earũ. Cap. VI.

Aliter ſpecies popularis gubernatiõis & cauſæ.

Huius 1 16 Huius 15

QVòd autem tot ſint popularis & paucorum gubernatio- 22
nis ſpecies: ex dictis patet. neceſſe eſt enim aut õnes par-
tes populi (quas ſupra enumerauimus) reipublicæ gu-
bernationem habere, aut quaſdã habere, quaſdã non ha
1 bere. cũ igitur & agricolę & mediocria poſſidentes, rem-
publicam gubernãt: ſecundum leges eſt gubernatio. vi-
ctum enim ex opera ſua quærere habent: nec ocioſi eſſe poſſunt. quare le-
gem agnoſcentes: ſolũmodo ad neceſſarias contiones populum conuocãt.
alijs autem recipi ad rempublicã licet: cum tanta poſſidebunt, quãta de-
terminat lex. omnino enim non licere omnibus: paucorũ potẽtiæ eſt. otia-
ri autẽ eum qui non redditus habeat: impoſſibile. Hæc igitur his de cau-
2 ſis: vna eſt ſpecies popularis gubernationis. ℂAltera vero ſpecies eſt ob
adhibitã electionem. nam omnibus licet republica participare, qui prohi
biti non ſunt per genus, potentibus tamen in otio eſſe. quapropter in hu-
iuſmodi quidem populari adminiſtratione leges præualent, & gubernãt:
3 quia redditus non eſt. ℂTertia ſpecies eſt omnibus omnino licere rei-

publicam gerere,qui liberi sint: non tamen licere ob supradictã causam.
quare necessariũ est in hac quoq; legem dominari. ¶Quarta vero species 4
est illa:quæ postremis tẽporibus in ciuitatib9 esse cœpit.maioribus enim
multo factis ciuitatibus q̃ ab initio fuerant, & redditibus facultatibúsq;
abundantibus:participãt omnes reipublicæ propter multitudinis super-
abũdantiã.versanturq; in republica gubernãda(ex eo quia possunt otiosi
esse)etiam inopes,mercedem capientes.maximéq; huiusmodi multitudo
otiosa est.non enim cura rei familiaris propriæ,eos impedit: quæ diuites
ita occupat, vt sæpe à cõtionibus absint,& à iudicijs. ex quo fit:vt multi-
tudo pauperũ dominetur in hac republica,non autem leges. Species igi-
tur popularis gubernationis tot ac tales sunt,ob necessitates supradictas.

23 ¶Paucorum autem gubernationis prima species est: quando plures ha- 1
bent patrimonia: sed non admodum ampla. faciunt enim potestatẽ partici-
pandi ei: qui tanta possidet.& propter multitudinẽ eorum qui ad rem-
publicam recipiuntur,necesse est non homines,sed legẽ dominari. quan-
to enim magis distant ab vnius principatu,neq; tam amplas habẽt facul-
tates,vt eas negligendo otiari valeãt,neq; ita exiguas vt à ciuitate victum
querant: necesse est vt legem velint dominari, non autẽ ipsos. Q̃ si pau-
ciores sint qui patrimonia possident, siquidem plura q̃ prius: secũda spe-
cies fit gubernationis paucorum.magis enim potẽtes:plus habendi se di-
gnos putant.quapropter ipsi sumunt ex alijs:qui ad rempublicã se confe-
runt. propterea quòd nondũ ita robusti sunt,vt absq; lege gubernari pos-
sint:legem huiusmodi posuere. ¶Quòd si eò deueniant,vt ipsi pauciores
numero,maiores facultates habeant: tertia fit gubernationis paucorũ ac-
cessio. ipsi enim per se magistratus & imperia retinent,secundũ legem iu-
bentem:vt parentũ defunctorum loco,filij succedant. Quòd si magis etiã
subnixi sint opibus & amicis: prope est talis potentia ad vnius guberna-
tionem,& dominantur homines,non autem lex.& est hæc quarta species
gubernationis paucorum:correspondens vltimæ speciei popularis.

SEXTI CAP. COMMENTARIVS.

22 SPecies quatuor popularis gubernationis,aliter q̃ quinq; illas capite quarto nu
mero 15 digerit:& rationem reddit. tres tamen hic positæ:coincidunt cũ qua-
tuor primis illic positis. & quarta hic:cum quinta quæ illic est posita. ¶Pri- 1
mam dicit fieri:cum agricolæ, artifices & id genus,& mediocria possidentes,
non valentes otium agere,rempublicã gubernant. nam gubernant secundum
leges.& populum ad summopere necessarias (secundũ q, leges cõtinent) contiones conuo-
cant. non enim licet illis feriari & otiari.& ab eo censu quẽ lex diffinit:ad rempublicã admit
tunt.alioqui si nõ ex omnibus admitterẽt:paucorũ potẽtiæ, nõ popularis gubernationis id
esset. ¶Secunda species:ob adiectam electionẽ,in qua videlicet omnes qui ex genere ciuiũ 2
sunt,ad magistratus sunt eligibiles,dum modo vitã in otio degere possint,neq; emolumen-
tum ex gubernatione statuitur.iccircò in hac populari gubernatione: leges præualent & gu
bernãt.quia ex gubernatione:redditus nõ prouenit. ¶Tertia species est:cũ omnibus omni- 3
no licet rempublicam gerere qui liberi sunt,nõ tamen icirco liceat eos in otio viuere:& in
hac oportet legẽ dominari. ¶Quarta:in qua multitudine præualẽte,administrationis fun- 4
ctionem participãt plebei mercedem capientes,& in hac multitudo pauperum dominatur
& non leges. & hæc species:postremis tẽporibus cœpit in ciuitatibus.nã ciuitatibus multo
maioribus factis q̃ ab initio fuerãt,& auctis facultatibus: participãt omnes administratione

gubernationis ciuitatis,ob multitudinis incrementũ etiam inopes,quia mercedẽ ex admini
ſtratione capientes,otioſi viuere poſſunt. ¶Digent etiam hic paulo aliter quatuor pauco- 13
1 rum potentiæ ſpecies,q̃ numero 19. ¶Prima ſpecies eſt: cũ non pauci facultates poſſident,
ſed non admodum amplas,fit'q; poteſtas gubernationẽ aſſumendi à tantula facultate.& in
hac ſpecie:neceſſe eſt legem non homines dominari,ob multitudinẽ eorum qui ad rempu-
2 blicam admittuntur. ¶Secunda:cum pauciores ſunt qui facultates habẽt,& quidẽ amplio-
res quàm primi. qui quia per ſe rempublicã adminiſtrare non ſufficiunt,ius tamen eligendi
ex alijs qui pariter ad rempublicã moderandã recipiantur ſibi vendicant,& hanc pariter le-
gem vt ad eos ſpectet electio eorum qui ex alijs ad gubernationẽ aſſumentur, quòd nondũ
3 validi ſatis & potentes,& ſine lege gubernarẽt. ¶Tertia ſpecies: cum his adhuc pauciores
ſunt,& ampliores facultates habentes, qui magiſtratus & imperia ſibi ſolis vendicãt, ſucce-
dúntq; filij magiſtratibus,parentum loco, ſecũdum legem quam tulerunt, vt filij defuncto-
4 rum,parentum loco ſuccedant. ¶Quarta ſpecies: cum magis adhuc quam nouiſſimi opi-
bus ſubnixi ſunt & amicitijs, ita vt prope talis potẽtia ad vnius potentatũ, monarchiámq;
accedat,& dominentur homines nõ lex.& hæc quarta ſpecies:paucorũ potentiæ correſpon
det vltimæ,& deterrimæ ſpeciei gubernationis popularis.

ANNOTATIONES AD CAP. SEXTVM.

Qvòd autem tot ſint popularis. Quatuor ſpecies popularis gubernationis hoc in 22
capite poſitæ:cum quinq; illis coincidũt,quæ numero 15 ſunt adductæ. nam tres
primæ híc poſitæ coincidunt cum quatuor primis,illic poſitis:& quarta cũ quin
ta.ita & quatuor paucorum potentiæ hic:cum quatuor cap.quinto poſitis.

¶De diuiſione Platonis,& ſpeciebus optimatum. Cap.VII.

Svnt inſuper alia duo genera rerumpublicarũ,præter 14
eas in quibus aut multitudo,aut pauci gubernãt:quarum alterã aiunt omnes ſpeciem eſſe vnã ex quatuor.
dicunt autem eas quatuor, monarchiam,paucorũ gubernationem,popularem, & quartã quam vocãt optimatem.eſt & quinta: quam cõmuni nomine omniũ appellant.rem enim publicam vocant. ſed quia non ſæpe fit,latet numerare
Plato. volentes:& ita ſuſcipiunt,quaſi ſint quatuor ſolum. vt Plato in libris de
republica dicit. ¶Optimatẽ igitur rectè ſe habet appellare illam. de qua 15
Tertij 29 tractauimus in primis ſermonibus. quæ enim ab optimis viris ſimpliciter per virtutem eſt gubernatio reipublicæ,& non ad ſuppoſitionẽ quandam bonis viris:eam ſolam iuſtum eſt optimatem appellari. in ſola enim
Species optimatum. iſta ſimpliciter idem eſt vir bonus & ciuis. In alijs autem boni ſunt ad
1 ſuam gubernandi ſpeciem. ¶Sunt tamen quædam: quæ differentiam ha
bent à paucorum gubernatione (& appellantur optimates)& ab ea quæ
vocatur reſpublica: vbi non ſolum reſpectu diuitiarũ,ſed etiam reſpectu
2 virtutis,ad gubernationem reipublicæ ſumuntur. hæc reſpublica differt
ab vtriſq;:& naturã optimatis ſapere videtur.nã & in his ciuitatibus quę
non faciunt publicę curam virtutis:ſunt tamen quidã præſtationes, qui
3 videtur eſſe boni & æqui viri. ¶Vbi ergo reſpublica reſpicit ad diuitias,
Carthaginẽſes. & ad virtutẽ,& ad populum vt eſt apud Carthaginenſes:ea naturã optimatem ſapere videtur. & vbi ad duo illorum ſolum: vt Lacedæmoniorũ
Lacedæmonij. ad virtutẽ & ad populum.& eſt hæc mixtura popularis ac virtutis.optimatum igitur præter illam primã optimam reipublicæ gubernandi formam: hæ duæ ſpecies ſunt. ¶Et tertia: quæcunq; illius quæ appellatur
4 reſpublica,inclinant ad paucorum gubernationem.

SEPTIMI CAP. COMMENTARIVS.

24 QVomodo Plato, respublicas in quinq; species digerit in libro de republica, hic
ostendit Aristoteles: scilicet in monarchiam quæ est tyrãnis, & in paucorum po
tentiam, popularem gubernationem, optimatem, & rempublicã. sed vt inquit
Plato: hæc quæ respublica vocatur latet numerare volentes. iccirco solũ qua-
25 tuor esse putant. ¶Quatuor affert aristocratiæ optimatis'q; reipublicæ spe- 1
cies: dicens id recte se habere, si vocemus optimatem rempublicã primámq; eius speciem,
eam de qua superioribus sermonibus fecit mentionem numero scilicet 29 tertij, & alijs qui-
busdam locis. nam reuera eam solam rempublicã, quæ absolute ac simpliciter ab optimis
viris secundum virtutẽ gubernatur: æquum est optimatem appellare, non autem quæ à bo
nis viris ex suppositione quadam, atq; adiectione. vt à bonis aut optimis ad popularem gu
bernationem, aut optimis ad paucorum potentatũ. nec ab re quidem. quia in sola optimate
republica: idem est vir absolute bonus; & bonus ciuis, in alijs autem boni ex suppositione
ad suæ scilicet gubernationis speciem. ¶Secunda: in qua diuitiarũ & virtutis habito respe- 2
ctu, ad magistratus assumuntur. hoc differens à paucorum potentia: quòd non solum diui-
tias respicit. ¶Tertia: in qua ad tria aut duo respicitur, diuitias scilicet virtutẽ & populum, 3
vt in Carthagine, aut virtutem & populum vt Lacedæmone. volunt enim populariter vi-
uere: sed illic præsides habere diuites & bonos, hic autem bonos. ¶Quarta est: quæ pro- 4
uenit ab ea quæ respublica appellatur, quotiescunq; ad paucorum potentiam inclinatur. &
hæc infima & vltima optimatium est: & minus eo nomine digna.

ANNOTATIONES AD CAP. SEPTIMVM.

25 OPtimatem igitur recte sic habet appellare illã: de qua tractauimus, in primis sermo-
nibus. Scilicet tertio huius numero 29.

¶De censu potestate, de legibus bonis, finibus optimatis, popularis, & paucorum potentiæ. Cap. VIII.

26 REliquum est: vt de ea quæ appellatur respublica dica-
mus, & de tyrannide. ordinauimus autem sic: cũ prius
ordinatæ non essent, neq; hæc transgressio, neq; illæ (de
quibus modo diximus) optimates. quia reuera omnes
aberrant à rectissima gubernandi forma: post modum
cum ijs numerantur quæ sunt harum trãsgressiones &
labes, vt in superioribus circa principium diximus. merito autem postre Huius
mo loco tyrãnidem referuauimus: propterea quòd ista minime omnium 3
est respublica. nostra verò materia est de republica tractare: qua igitur de
27 causa sic ordinauimus: dictum est. ¶Nunc autem est à nobis de illa quæ
cõmuni nomine appellatur respublica: ostendendum. nã clarius eius vis
apparebit: post determinationẽ eorum, quæ ad paucorum gubernationẽ,
& ad popularem spectabant: est enim respublica (vt simpliciter dicamus)
28 mixtura paucorum gubernationis ac popularis. ¶Consueuerũt autem
eas quæ inclinant ad popularem, vocare respublica: eas vero quæ ad pau
corum gubernationem, vocare optimates. ex eo quia opulentioribus: do-
ctrina atq; nobilitas magis adesse cõsueuerũt. præterea qui diuitias habẽt:
ea videntur habere, propter quæ cæteri iniurias faciunt: vnde & honestos
& bonos & nobiles, istos appellant. cum ergo optimatum gubernatio ve-
lit excellentiam tribuere optimis ciuibus, & paucorum gubernationem
esse dicant ex bonis & honestis magis: videtur impossibile ciuitatẽ nõ be-
ne legibus institui, quæ ab optimis moderatur, & non ab improbis, eo-
démq; modo quæ leges non habeat bonas, gubernari ab optimatibus.
29 ¶Habere autẽ leges bonas: non id est si recte sint positæ, nec eis parea-

tur.itaq; vna recta legum institutio putanda est:legibus parêre.altera, vt
eæ rectæ sint leges positæ,quibus parêre oportet(fieri enim potest:vt pa-
reant ciues male positis legibus)id autẽ dupliciter accidit.aut enim opti-
mis quantũ contingit ipsis,aut simpliciter optimis. ¶Videtur autẽ opti- 30
matum esse:maxime honores tribuere secundũ virtutem.finis enim opti-
matum:virtus.paucorum vero gubernationis:diuitiæ.popularis autem:
libertas.Quod autem pluribus videtur:cõmune est omniũ. nã & in pau-
corum,& in multitudinis gubernatione,& in optimorum,quod videtur
maiori parti eorum,qui in republica versantur: id obtinet.in plærisq; igi
tur ciuitatibus:hæc species gubernandi respublica vocatur.sola enim mi-
xtio coniecturã facit opulentorum & inopum, diuitiarum & libertatis.
Ferè enim apud plurimos illi qui diuitijs pollent: bonorum & honesto-
rum locum obtinere videntur. ¶Cum vero tria sint,quæ circa æqualita- 31
tem reipublicæ contendant, libertas, diuitiæ,virtus (nam quartum illud
quæ appellatur nobilitas:duobus consequens est.nobilitas enim est anti-
quæ diuitiæ & virtus)manifestum est:quia duorum mixtura diuitum &
pauperum est respublica appellanda, trium vero, optimatum guberna-
tio maxime aliarum,præter illam veram & primam. ¶Quòd igitur aliæ 32
sint respublicæ præter monarchiam id est vnius principatum, & popula-
rem & paucorum potentium:dictum est.& quales istæ,& in quo differãt
inter se,& optimatum gubernatio,& aliæ species quæ ad optimates decli
nant,& quo modo non longe distant inter se:manifestum.

OCTAVI CAP. COMMENTARIVS.

PRoponit post assignatas populares gubernationes,paucorum potẽtiæ,& opti 26
matis reipublicæ species:de ea quæ solet appellari respublica determinare,& vl
timo loco de tyrannide.& sic ipse ordinauit: cũ prius ordinatæ non essent neq;
tyrannis,neq; species optimatis de quibus paulo supra,secunda scilicet tertia,
& quarta. & causam cur has optimatis species post populares & paucorũ spe-
cies ordinauit:subdit.quia illæ labũtur à rectissima republica. iccirco nihil mirum videri de-
bet:si deinceps eas enumerauerit cum popularibus & paucorum gubernationibus, quę re-
rumpublicarum sunt transgressiones atq; labes: vt capite secundo huius dictum est.sed vlti
mum tyrannidi reseruat determinationis locum:quia minime sibi reipublicæ nomen vendi-
cat.hic autem de hisce quæ quoquo pacto reipublicæ nomen sibi asciscunt: præcipuus ser-
mo.& hic de nũcupata republica discutere locus esse videtur:cuius cognitio ex cognitione
gubernationum popularis potestatis, atq; paucorum potentiæ agnoscitur. & cur hunc sta-
tuerit ordinem: ratio dilucida esse potest. ¶Q uid sit respublica,quam & censu potestatem 27
nonnunq̃ dicere solent,ostendit:mixturã,& æquabile quoddam contemperamentũ esse pau
corum gubernationis ac popularis. ¶Q uid alij etiam senserunt aperit:vocari etiam respu- 28
blicas huiusmodi mixturas,tametsi aliquanto plus inflectantur & deuergant ad popularem
gubernationem,non prorsus & ad vnguem seruata illa æquabilitate.at si aliquanto amplius
deuergant ad paucorum potentiã: illas vocari optimates respublicas. quia censent diuitias
propter quas cæteri iniurias afferre solent: bonos,iustos,& nobiles efficere.sic'q; eos qui di-
uitias habent: appellant. atq; iccirco fieri non posse:vt ea ciuitas bonis non instituatur legi-
bus,vtpote quæ ab optimis & minime improbis (vt eorum fert opinio) gubernatur. & con
tra fieri non posse:vt ciuitas ab optimis gubernetur,quæ leges non habeat bonas. ¶Osten 29
dit Aristoteles: quid sit ciuitatem leges habere bonas,& ad id duo requiri.Primum vt legi-
bus pareatur.secundum:vt bene positę sint.itaque leges habere bonas: est habere leges re-
ctè beneq; positas,& illis parêre.& leges bonas habere:bifariam dici. aut bonas ex supposi-
tione:vt qua cuidam dato reipublicæ statui optimæ sint.aut simpliciter bonas:vt quæ sim-

30 pliciter sint optimæ. ¶Declarat insuper: quã alij vocẽt rempublicã, eã scilicet mixturã quæ optimate, paucorũ potentia, & populo resultat, in qua hæc tria quodã modo ęquare cõtendunt libertatẽ (inquam) diuitias, & virtutẽ. quartũ: nequaq̃ appellant nobilitatẽ, ꝙ diuitias & virtutẽ comitatur. est enim nobilitas antiquæ & diuitiæ & virtus. nam optimatũ maxime est honores tribuere secundũ virtutem, paucorum secundũ diuitias: populariũ autẽ secundũ libertatẽ. est enim optimatũ finis: virtus. paucorũ potentiæ: diuitię. popularis autẽ: libertas. quare cum distribuũtur ab æqualitate virtutis, æqualitate census, & ęqualitate libertatis: id omnibus cõmune esse videtur, & reipublicæ. nã in quaq; specie quod plurib⁹ videtur: cõmune est in ea gubernãdi specie omnib⁹. vt in paucorũ gubernatione: quod plurib⁹ eorũ videtur. & in populi gubernatione: similiter. & similiter in optimorũ gubernatione. quare & horum triũ mixtura: quod plurib⁹ eorũ videtur: cõmune omnib⁹ erit. eritq; mixturę ęqualitas:
31 respublica. ¶Sententiã suã adducit eandẽ quam & numero 27: rempublicã proprie vocari mixturã duorũ, diuitũ inquã & pauperũ. cũ vero tres, studiosi, diuites & pauperes mixtionis æquabilitatem recipiunt: hanc gubernationis speciem esse optimatum. & maximã quidem inter species optimatum: excepta illa vera & prima, ceu ex numero 15 cognoscitur.
32 ¶Epilogum superiorũ facit: qui statum cognitus est. vbi monarchiã pro tyrannide secundũ subiectam materiã sumpsit. dicitur tamen & regnũ & tyrãnis monarchia, vniusq; principatus. sed hæc lapsus, & omniũ deterrim⁹ principat⁹: illud vero legitim⁹, atq; omniũ optim⁹.

ANNOTATIONES AD CAP. OCTAVVM.

27 EST enim vt simpliciter dicamus. Simpliciter: typo, & rudi Mineruo.

¶De commixtione, & modis commixtionis reipublicæ. Cap. IX.

33 QVomodo autem fiat præter popularẽ & paucorũ potentiã illa quæ appellatur respublica, & quonam pacto constituenda sit: deinceps dicemus. & simul apparebit: quibus diffiniant popularẽ & paucorũ gubernationẽ. sumenda est enim horũ distinctio. postea ex his: ab vtraq; tanq̃ regulam sumentes componere oportet.
34 ¶Sunt autẽ modi tres cõpositionis ac mixturę, aut enim ambo sumẽda quorum vtræq;, leges ponũt. ceu circa iudicia. in paucorũ enim potentia: diuitibus pœnã constituunt, nisi iudicando assint, pauperibus vero mercedem nullam. in popularibus autem: pauperibus mercedem, diuitibus autem pœnã nullam. cõmune ac medium istorum ambo hæc. quare & ciuile. mixtũ est enim ex ambobus. vnus igitur modus hic est cõbinationis. ¶Alius autem: medium capere eorum quæ ab vtrisq; iubentur. ceu concionarij. hi quidẽ à nullo censu vel exiguo penitus: illi vero à magno censu. cõmune certe neutrum: sed mediũ vtriusq; census. ¶Tertius vero ex vtrarũq; institutis: hæc quidẽ ex populari lege, illa vero ex paucorum gubernatione. dico autẽ tale. vt videtur populare quidẽ, magistratus sortiri: paucorũ autẽ gubernationis eligere. & populare nõ ex censu tribuere: paucorũ autẽ ex censu. optimatũ igitur ac ciuile ab vtraq; vtrunq; accipere. ex paucorũ quidẽ gubernatione electiuos facere magistratus: ex populari autẽ sumere non per censum. modus igitur admiscẽdi talis.

Prim⁹ modus mixtionis.

Secundus.

Tertius.

35 ¶Bene autẽ admiscuisse popularem & paucorũ gubernationẽ finis est: quãdo eadẽ respublica dici potest popularis & paucorũ gubernatio. manifestum enim hoc accidere dicẽtib⁹ eas bene esse cõmixtas. accidit hoc etiã medio. nã apparet in eo vtrũq; extremorũ. quod cõtingit Lacedęmoniorũ reipublicę. sũt enim permulti, qui aggrediũtur dicere eã esse popularẽ: ꝓpterea ꝙ populariter cõplura in illa sunt constituta. ceu primũ circa educationẽ

puerorũ.pari enim modo diuitũ filij educãtur & pauperũ.& eodem eru-
diũtur modo,quo modo valeãt pauperũ filij erudiri.ſimiliterq; in ſequẽ-
ti ætate.& cum viri facti ſunt eodẽ modo.in nullo enim magis cõſpicuus
diues:q̃ pauper.cibi quoq; iidẽ vtriſq; in comeſſationib9. veſtitu etiã tali
diuites vtũtur:qualẽ & pauperũ quiuis habere poteſt.præterea:duorum
maximorũ magiſtratuum,alterum eligit populus,alterũ gerit.ſenatores
enim eligit:ephoriã autẽ gerit. Alij vero dicũt eſſe illam paucorũ guber-
nationẽ.quoniã multa habeat quæ paucorũ potentiã afferant.ceu omnes
dignitates per electionẽ cõferri:per ſorte vero nullã.& inſuper apud pau-
cos poteſtatem eſſe necãdi,& in exiliũ pellendi:ac cætera huiuſmodi per-
multa. ¶Oportet enim in republica bene temperata vtrũq; videri ineſſe, 36
& neutrum:& conſeruari per ſeipſam,non aliunde,& per ipſam non per
alios multos extraneos,qui velint. nam & prauæ reipublicæ hoc poteſt
cõtingere:ſed nec velle quidem gubernationẽ alteram quoquomodo par-
tium ciuitatis omnino. Quẽadmodum igitur oporteat rempublicam cõ-
ſtituere,& ſimiliter illas,quæ appellantur optimates:dictum nunc eſt.

NONI CAP. COMMENTARIVS.

SVſcipit hic monſtrandũ: quonã pacto ea quæ reſpublica appellatur,cõſtitua- 33
tur,cõtemperetũrq; ex paucorũ potentia & populari,alia tamen ſpecies & à
paucorũ potentia & à populari.qua in re declaranda:ſimul patebit,quibus le-
gibus definiant, determinẽntq; paucorũ potentiã & popularẽ gubernationẽ.
nam quo pacto hæ leges inter ſe diſtinguãtur:videndum erit.& ſubinde illas
(quaſi regulã quandã) ab harũ gubernationũ vtraq; ſumentes: cõponere atq; commiſcere.
1 ¶Tres ad huius rei intelligentiã:oſtendit cõpoſitionis,cõmixtionis'q; modos. Primus eſt: 34
miſcendo,cõponendóq; ambo illa,quæ vtraq; reſpublica lege ſtatuit.ceu paucorum poten-
tia:circa iudicia lege ſtatuit,diuitibus damnum niſi prętorijs aſſint,pauperibus vero mer-
cedem nullam.popularis vero potentia:pauperibus mercedẽ ſtatuit,diuitibus autem dam-
num nullum.commue autem ac medium,ambo hæc. diuitibus (inquam) niſi aſſint dam-
num,pauperibus autem ſi aſſint merces.& rurſus diuitibus ſi aſſint damnum nullum:pau-
peribus vero ſi abſint merces nulla. mixtum enim id & temperatum, quare & reipublicæ.
2 ¶Secundus commixtionis modus eſt : ſumendo medium eorum quæ in vtraq; republica
iubentur.ceu circa cõtionẽ: popularis gubernatio ſtatuit,à nullo cenſu, vel perexiguo eſſe
contionandi facultatem.paucorum vero potentia: illam ſtatuit à magno cenſu. commune
autem,temperatũ ac æquatum,neutrum horum,ſed medium vtriuſq;, à mediocri ſcilicet
ceuſu ad contionem admitti,eiúſq; fieri participem,& hoc cenſupoteſtatis,atq; reipublicę.
3 ¶Tertius mixtionis & temperaturæ modus : ſumendo quædam ex vtriuſq; reipublicæ in-
ſtitutis,quædam vero miſſa faciendo. vt popularis gubernatio ſtatuit magiſtratus ſortitio-
ne creari,& à nullo cenſu:paucorum vero potentia,magiſtratus electione nõ ſorte deſumi,
& ex cenſu.temperatum autem, & reipublicæ, & optimatum eſt:ſi ab vtraq; hæc deſumã-
tur vtraq;,videlicet ex paucorum gubernatione magiſtratus electione fieri,ex populari au-
tem non per cenſum,cætera autem miſſa ſunto.& hic tertius eſt compoſitionis,admixtio-
nis'q; modus. ¶Q uando mixtio popularis & paucorum gubernationis ad finem vſq; atq; 35
complementum deducta fuerit: cum videlicet eadem nunc paucorum potentia eſſe vide-
tur,nunc popularis,nunc neutra. ceu ſi fuſcum nigro conferas: album apparet. ſi conferas
albo:apparet nigrum.ſi vtriq;:profecto apparet neutrum. id enim medij, mixti'q; natura.
declarat de republica Lacedæmoniorum: quæ in multis videtur temperata. & litera ſe ſta-
tim captu peruiam monſtrat. ¶Q uomodo in republica bene temperata,oporteat vtrunq; 36
extremũ videri & neutrum, iam licuit:ſed adiungit de conſeruatione eius, oportere per ſe
ipſam & non aliunde,per proprios ciues & non extraneos etiam ſi id velint,eam conſerua-
tum iri.ſic enim prauæ reſpublicæ,vt paucorũ potentiæ:exterorũ præſidio cõſeruãtur.neq;
velle vllã alterã gubernationẽ quoquo pacto,ex alijs partibus ac ſpeciebus reipublicæ.

ANNOTATIONES AD CAP. NONVM.

34 ¶Sunt autẽ modi tres. Ex subiecta figura: cõmixtionis modi, cõtẽperationis'q patescunt.

	Primus modus vtrisq; sumptis.
Lex paucorum	diuitibus nisi pretorijs assint: damnum. pauperibus si assint: merces nulla.
Lex popularis.	pauperibus si assint: merces. diuitibus si absint: damnum nullum.
Leges rei-	diuitibus nisi assint damnum: pauperibus si assint merces.
publicæ.	diuitibus si assint damnũ nullum: pauperibus si absint merces nulla.
	Secundus modus sumendo medium.
Lex paucorum.	Magistratum à magno censu sumendum.
Lex popularis.	Magistratum à paruo.
Lex reipublicæ.	Magistratum a medio censu sumendum.
	Tertius modus quædam sumendo & quædam non.
Lex paucorum.	Magistratus omnes electione & censu.
Lex popularis.	Magistratus omnes sorte, à nullo censu.
Lex reipublicę.	Magistratus desumendos electione, à nullo censu.

¶De tyrannide & modis tyrannidis. Cap. X.

37 REstat nunc: vt de tyrannide dicamus. non q multis verbis indigeat: sed vt habeat in hoc tractatu locum suum, quandoquidem hanc quoq; posuimus partẽ esse aliquã publicæ gubernationis. ¶De regno igitur determina-
38 uimus in superioribus libris. vbi tractatum est à nobis *Tertij 58*
de eo quod maxime regnum dicitur: nunquid regis gubernatio vtilis foret ciuitatibus, an inutilis, & quam oportet constituere, & vnde constituere oportet, & quomodo. Tyrannidis vero species duas *Species tyrannidis.* ibidem distinximus: propterea q earum potentia quodãmodo alteratur ad regiam gubernationem, ex eo quia ambæ potestates istę sunt secundũ leges. nam & apud barbarorum quosdam eliguntur aliqui ad gubernãdum soli, cum absoluta omnimodáq; potestate. Et olim apud vetustos Græcos, eodem modo quidam eligebantur, qui soli gubernarent: quos *Græci.* vocabant Esymnetas. Habent vero hæ inter se differentias quasdã. erant *Esymnetæ.* enim regiæ: ex eo quia secundum leges, & ex eo quia volentibus imperabant. tyrãnice autẽ: ex eo quia pro suo arbitrio dominationẽ exercebant. ¶Tertia autẽ species tyrannidis quæ maxime proprie videtur id nomẽ habere: opposita est regiæ potestati absolute. hãc necesse est tyrannidem, vnius principatum esse: qui nullis subiaceat legibus, & dominetur ęqualiũ, & meliorũ omniũ, ad propriã vtilitatẽ, non ad vtilitatẽ subditorum. quapropter inuolũtaria est. nullus enim liber: sponte sufferat huiusmodi seruitutẽ. Species igitur tyrãnidis: ꝑpter dictas causas, tot, atq; tales sũt.

DECIMI CAP. COMMENTARIVS.

DE tyrannide suscipit hoc in loco determinationẽ. nam & in tertio libro & ca-
37 pite secundo huius ipsa posita est publica quædam gubernatio, sed labes &
trãsgressio regni quod quidẽ legitima respublica est. ¶Ad memoriã ferme re-
38 uocat: quę numero 68 & 69 tertij huius determinauit, tres modos tyrãnidis
ponẽs. ¶Primus modus atq; prima species est: ea quæ numero 68 tertij po- 1
sita est secunda regni species, quã & barbaricam appellat. ¶Secũdus modus est tertia illic 2

3 posita regni species:quam Athenienses esymnetiam appellāt. ¶Tertius modus est,ac tertia species,quæ & maxime proprie tyrannidis nomen sibi vendicat:cum vnus principatur, nullis subditus legibus,dominaturq; æqualium & meliorum quorūlibet,ad propriam & nō ad subditorū vtilitatē.& hæc:regiæ potestati illi absolutæ, atq; optimæ opposita est. & hæc dominatur non volentibus.nemo enim:sponte sufferret huiusmodi seruitutem.

ANNOTATIONES AD CAP. DECIMVM.

Ex Socrate Tyrannis. TErtia autem species tyrannidis.Socrates hanc tyrannidis pestem:ex extrema po- 38
pulari licentia (quæ posita est in vltima annotatione capitis quarti) nasci putat.
inquit enim:ex hac,tyrannis nascitur.nam excessus omnis: penitus in contrariū
verti consueuit,in temporibus,in arboribus,in animalibus, & rebuspublicis ma-
xime.nimia autē libertas:maxime seruituti contraria.quare non ab re:non ex alia republica
q̄ populari tyrannis exurgit,extrema videlicet ex libertate,grauissima, acerrimáque serui-
tus,hoc pacto]nam ociosorum & prodigorum hominū genus:partim fortius & virilius est,
partim ignauius.quos homines,fucis comparauimus:illos fucis aculeos habentibus, hos
vero carentibus aculeis.qui in quacunq; ciuitate fuerint:eam turbant,quemadmodū pitui-
ta aut bilis corpus.quos oportet bonū legum latorem,non minus q̄ solertem apum culto-
rem:eminus præcauere.primū ne oriantur in ciuitate:ac si oriuntur, vt cum ipsis fauis ex-
cidantur.In populari itaq; ciuitate vnū genus hoc innascitur,longe acrius q̄ in paucorū po-
tentia:propter nimiam licentiam.nam ferme id genus in populari gubernatione præsidet:
& quod in eo acerrimū,& dicit & agit.alius autem iuxta tribunalia inhęrēs:susurrat,nec to-
lerat si quis alia dixerit.secundū genus viuit:ex omnibus quæstum agentibus, quorum qui
natura modestissimi sunt,vt plurimū ditissimi efficiūtur.hinc mellis copia,& vberior,& fa-
cilior fucis exprimitur:súntq; diuites,fucorū herba.tertium genus. populus quotcunq; ipsi
sua dūtaxat curant:nec se alienis implicāt,haud multum pecuniosi. genus hoc principalis-
simū in ciuitate:dum congregatur.neq; quidem id vult:nisi particeps mellis efficiatur,éstq;
semper particeps.quia qui præsident:expoliantes diuites,dispertientésq; populo,sibi pos-
sunt plurimū vsurpare.at qui spoliantur:coguntur repugnare pro viribus,in populū dicen-
tes,atq; agentes,innouandarū rerum ab alijs occasione suscepta,etsi id nō cuperent.& po-
pulo insidiantes:ad paucorū imperiū animū intendunt,euadúntq; paucorum potentiæ stu-
diosi,non id vltro cupientes.sed hoc illis malum ingerit: fucus eos stimulans, ac pungens.
hinc accusationes,litigia,contentionésq; mutuæ oriuntur.quam ob rem,populus cōsueuit
vnum aliquem sui defensorē creare,eúmq; nutrire: & vti magnum efficiat confouere: & ex
Ex Socrate vir tyrānus hac quoq; radice tutoria:tyrānus pullulat.& vt habet fabula:q̧ circa templum Lycei Iouis,
quisquis humana viscera,cum aliarū victimarū incisa visceribus gustauerit:lupum effici.sic
ille cuius imperio vulgus obtemperat:cognato non abstinet à sanguine.sed falsis,cōfictisq;
criminibus:in iudicium illos pertrahit a quibus timet,& iniusta se cæde cruentat,virorum
vitam extinguens,gustánsq; impura lingua & ore polluto,generis proximi sanguinē.ac nō-
nullos expellit:enecat alios,æs alienum causatus,rerum possessiones, partitionésq; agrorū.
quare necesse est huiusmodi hominem:ab inimicis interfici,aut tyrannidē exercere, lupūq;
ex homine fieri,aduersus opulentos homines seditiosum,cui periculum ab inimicorum vi
imminet.hinc custodes aliquos corporis,vt auxiliator populi saluus sit:solēt à plebe requi-
Ironia. rere.dat plebs illi metuens:sibi vero ipsi nimis confidens. vir vero pecuniosus ob pecunias
Cresus. plebi hostis (iuxta oraculum Crœso datum) ad Hermum lapidosum fluuium,aufugit:nihil
Hermus. moratus,neq; timidus dici veritus.quisquis vero comprehēsus fuerit:vltimo afficitur sup-
plicio.At populi defensor ille magnus: haudquaq̄ magnifice se gerit.principio quidē omnes
salutat arridens,quibuscūq; obuius fuerit:& nomen tyranni recusat.pollicetur multa,& pri-
uatim & publice:ære liberat alieno,agrósq; distribuit.populóq; & familiaribus suis,ac deniq;
omnibus mansuetus ac mitis esse simulat.at cum primū externos hostes partim sibi conci-
liauit,partim extinxit:rebus iam pacatis,ilico (quo populus, duce semper egeat) bellū ali-
quod excitare nititur. vt qui sub eo sunt (plurimis exhausti sumptibus) ad quotidianū victū
cōuerti cogantur,minúsq; aduersus tyrannū insidias meditētur.quinetiā si quos agnouerit,
liberali ingenio præditos,talésq; vt eius imperiū recusaturi videantur: hostibus obijcit. his
de causis necesse est,tyrannū,semper noua bella mouere:nullúmq; relinquere,vel amicorū,
vel hostiū,qui alicuius momenti sit.ac acute illū inspicere: quis fortis, quis magnanimus,
quis prudens aut diues sit,vt seu velit, seu nolit, his inimicus futurus sit, eisq; insidietur,
quousq; ciuitatem purgauerit. contrariū eorū (quæ medici) faciens. siquidē medici, a cor-
pore quod deterrimū est,abstergunt:quod vero optimū est,relinquunt.ea astrictus necessi-

tatis lege: vt cum plurimis improbis vitā agat, à quib⁹ etiā odio habeatur, vel omnino nō viuat. nam quo infensiores habet ciues, dū hæc agit: pluribus & fidelioribus satellitib⁹ indiget. illi vltro aduolabūt vndiq;, multa mercede pellecti, fuci quidā externis & varijs ex gētibus cōfluētes: alétq; hunc præclarū exercitū suum, variū semper ac diuersum. imprimis si quæ sunt sacræ opes in ciuitate: illas diripiens, cōsuménsq;, quousq; illa sufficient quæ vendūtur, dū leuiora exigit a plebe tributa. q si opes istæ defecerint: ex paternis aletur & ipse, & collegæ ipsius, contubernalésq; & scorta. populusq; qui tyrannū genuit: ipsum, amicosq; eius nutriet. q si populus succenseat, dicàtq; haud æquū esse, vt adultus filius à patre amplius nutriatur, sed cōtra pater a filio, neq; ad hoc eū creasse, vt postq̄ adoleuisset, seruis eius ministrasset, nutriens ipsum, ipsius seruos, & alios omnes vndiq; cōfluētes, eius astipulatores, velitq; tunc illū e ciuitate vt pater filium è domo, vna cū debachantiū turba depellere: sentiet tunc demū populus, qualis ipse, & quali bestia delectatus sit, generarit atq; educarit. nam audebit tyrānus, patri vim inferre: & si nō obtēperet, verberare. arma auferet: nihil etiā parricidiū timens. atq; vt fertur, populus, seruitutis liberorū hominū fugiens fumū: in flammam dominationis seruorū incidit, locóq; ingentis illius & importunæ libertatis, durissimā & acerbissimā seruitutē subiens. hæc Socrates. & hæc proprie videtur tyrannis.

¶ De optima republica, partibus ciuitatis, mediocritate, excessu atque defectu. Cap. XI.

39 QVæ vero sit optima respublica, & quæ vita optima plurimis ciuitatibus & plurimis hominibus: neq; per virtutem iudicāt quæ supra vulgus emergat, neq; per doctrinam quæ ingenio indiget & adiumentis externis, neq; per gubernationē quæ ad votum fiat. sed vitam eā probant, quam plurimi consequi possint: & gubernationem eam, quā plurimæ ciuitates valeant recipere. nam quas vocāt optimates de quibus modo diximus: partim exterius cadunt plurimis ciuitatibus, partim appropinquant illi, quæ respublica vocatur. quam ob rem de ambabus tanq̄ vna sit: dicendum est.
40 ¶ Iudiciū autē de omnibus istis ex eisdem principijs est. si enim probe dictum fuit in Ethicis vitā beatam esse secundū virtutē nō impeditam, virtutem autem ipsam esse mediocritatē: necesse est mediā esse vitā optimā eius (quam singuli adipisci valeant) mediocritatis: & easdem definitiones necesse est esse circa ciuitatis virtutē &
41 vitium, & rempublicā. est enim respublica, vita quædam ciuitatis. ¶ In cunctis autē ciuitatibus: partes sunt tres. nam alij diuitijs excellunt admodū, alij paupertate nimia deprimūtur, alij sunt inter hos medij. cū igitur confessi simus mediocritatē, & mediū esse optimū: palam q bonorum fortunæ mediocris possessio, est optima omniū existimanda. hęc enim facillima est ad obediendū rationi. At vero si modū excedunt in alterutrā partē (ceu si fortuna, si viribus, si nobilitate generis, si diuitijs: vel his cōtrarijs, ceu si paupertate nimia, si ingenti imbecillitate, si ignominia multa) difficile est vt rationi obediant. fiunt enim istorum alij quidem contumeliosi & delinquētes magis in rebus magnis. alij occulte praui: & in rebus exiguis fraudatores. iniuriæ vero inferuntur quandoq; per cōtumeliā, quandoq; per dolum. insuper hi minime circa gubernationem reipublicæ afficiūtur: miniméq; consulunt. hæc autē vtraq; damnosa sunt ciuitatibus. præterea qui bonis fortunæ superabūdant, ceu opibus, diuitijs, amicis, & alijs huiusmodi: nec imperium cuiusq̄ pati volunt, neq; sciunt.

& hoc statim:domi,eorũ natis existit.propter delitias enim ne in scholis quidem præceptoribus obedire consueuerunt.qui autẽ horũ sunt in indigentia nimia constituti:deiecto nimiũ animo,vilesq́ existunt. Ex quo fit vt hi magistratũ gerere nesciant,sed ad parendũ seruiliter sint apti.illi vero imperari sibi nullo modo patiantur:sed ipsi alijs tanq̃ domini, volunt imperare.efficitur ergo seruorũ & dominorum ciuitas, non liberorum:& aliorũ inuidentium,aliorũ spernentiũ.quod plurimum abest ab amicitia & ciuili societate.nam societas amicabile quiddã est.cum inimicis enim:ne in via quidẽ cõmunicare homines volunt. ¶Vult quidẽ ciuitas ex paribus ac similibus esse q̃tum fieri potest maxime. hoc autẽ maxime existit medijs.quare necessario fit:vt huiusmodi ciuitas optime gubernetur, ex quibus dicimus natura constare ciuitatẽ. ¶Conseruantur quoq́ in ciuitatibus isti maxime cæterorũ ciuiũ.neq́ enim aliena concupiscunt:vt faciũt pauperes.neq́ eorum bona cupiũtur ab alijs: vt diuitũ à pauperibus.& quia neq́ insidiantur alijs, neq́ alij ipsis : sine periculo

Phocylides degũt.quapropter bene optauit Phocylides mediocribus optima multa. mediocris esse volens in ciuitate. ¶Patet igitur:q̃ ciuilis societas optima 42 est,quæ per mediocres fit.easq́ ciuitates recipere,vt bene gubernẽtur: in quibus mediocres plurimi sunt,ac plus possunt maxime quidẽ ambab⁹. quo si non:at saltem altera parte.hæc enim addita,momentum facit:& prohibet contrarios excessus fieri. ¶Quapropter valde optandũ est:vt ij qui in republica versantur:facultates habeant mediocres, & sufficientes. nam vbi alij nimis multa possident, alij nihil: vel plebs infima insurgit, vel paucorũ potẽtia illa extrema, vel tyrannus propter vtrũq́ excessum. ex populari enim statu nimium puerili,& ex paucorũ potentia:ad tyrannidẽ deuenitur. ex mediocribus autẽ ac prope parib⁹: multo minus. cuius rei causam postea,vbi de mutationib⁹ tractabitur:dicemus. ¶Quòd 43 autẽ media sit optima : manifestum est.Sola enim seditionibus caret.vbi enim permultũ est mediocre:minimũ seditiones & discordiæ ciuiũ ignascũtur:magnæq́ ciuitates ob hanc ipsam causam minus seditionibus subiacent:quia in his multa est mediocrium hominũ multitudo.paruas autẽ ciuitates facile est in duas partes diuidi omnes,ita vt nihil medium relinquatur:& ferè cũcti vel inopes sunt vel opulenti. ¶Populares quoq́ gubernationes tutiores sunt & diuturniores,q̃ paucorum potentię propter medios. Plures enim sunt:& magis honoris participant in populari gubernatione q̃ in paucorũ.nã quãdo sine his multitudo inops plus potest: male res se habent ac cito pereũt. ¶Signũ vero huius putandũ est: q̃ qui

Solon. optime leges cõdiderũt:ex mediocrib⁹ ciuibus fuẽre. nã & Solon huius

Licurgus. modi fuit,vt apparet ex eius carminib⁹:& Lycurgus(nõ enim erat rex)&

Charõdas. Charõdas,& ferè plurimi aliorũ. ¶Patet autẽ ex his:& ꝑpter quid plurimæ respublicæ,aut populares sũt,aut paucorũ gubernationes. propter 44 id enim q̃ frequẽter in his,pauci sunt medij:semper qui prẹualẽt(siue hi sint qui facultates habent siue plebs:quia mediũ trãscẽdũt)per seipsos gu

bernationē agūt. itaq; aut multitudo populi, surgit: aut paucorū potētia. ¶ Præterea, ex eo quia seditiones fiunt & pugnæ inter multitudinem & opulentos: quibuscūq; vincere contingit, hi neq; cōmunem amplius habent rempublicam neq; æqualem. sed quasi victoriæ præmium reportāt, rempublicam obtinere: & alteri popularem statum, alteri paucorum potentiam faciunt. ¶ Præterea qui principatum Græciæ habuerunt: hi ad propriam respicientes rempublicam: aut popularem statum in ciuitatib⁹ constituerunt, aut paucorū gubernationē, non ad ciuitatum illarū commoda respiciētes, sed ad sua. quare per istas causas effectū est: vt vel nunq̄ mediorum illa gubernatio extiterit: vel admodum raro, & apud paucos. vnus enim vir cōsensit solus ex ijs qui antiquit⁹ in principatu fuēre: hūc gubernādi modū constituēre. iámq; in ciuitatibus consuetudo obtinuit, Græcia.
45 nō velle ęquale: sed aut imperare quærere, aut victos obedire. ¶ Quę igitur optima sit respublica, & quam ob causam: ex his patet. De alijs autē rebuspublicis cum plures populares & plures paucorum gubernationes esse diximus: quæ prima ponenda sit, & quę secunda, & quæ hoc pacto deinceps potior sit, aut deterior: determinata optima, non erit difficile intueri. necesse est enim esse meliorē: quæ proxime huic accedit. deteriorem vero quæ plurimum distat à medio: nisi ad suppositionem quis iudicet. Dico autē ad supposionem: quia sæpenumero alia reipublicæ forma eligibiliore existente, nihil vetat aliam quibusdam magis vtilem esse.

VNDECIMI CAP. COMMENTARIVS.

39 QVid de optima republica sentiāt aliqui. optimā eam vitā, optimā'q; rempublicam censent: eā quam plurimi consequi possint, quámq; plurimę recipere valeant ciuitates. neq; per virtutem, eam vitā iudicant, quæ supra vulgus assurgat: neq; per doctrinam quæ naturæ dexteritate & adminiculis fortunæ æget. neq; eam optimā putant: quæ maxime esset optanda. nā quas vocant optimates, de quibus iam diximus: quædam deficiūt, extráq; cadūt plurimis ciuitatibus, quædam vero inclinant ad eam quę vocatur respublica. quare de ambabus: vt de vna, eadémq; sen-
40 tiunt. ¶ Propriam affert determinationem: nos scilicet ex eisdem elementis atq; principijs iudicare posse, quæ respublica sit optima, & quæ vita sit optima ciuitatibus. nam si probe dictum fuit in Ethicis, vitam beatā esse secundū virtutē non impeditam, sed cui cætera & corporis & extraria suppetāt bona, & virtutem ipsam mediocritatem esse: necesse profecto fuerit optimā vitam esse mediocrem, sed hac quidem mediocritate quam singuli quiq; adipisci valeant, & metas terminósq; eosdem, virtutis & vitij ciuitatis atq; reipublicę esse. nam
41 respublica: quędam vita est ciuitatis. ¶ Diducit ciuitatē in partes tres: supremam, infimā, mediā. & mediocritatem: vt in animi bonis, ita & in cæteris commendat. vt in forma, viribus, nobilitate generis, diuitijs, amicis, delitijs, & huiusmodi reliquis. primo nam hæc virtutibus comparādis sunt accommodatiora. excessus: fastum, superbiā, cōtemptúmq; & paritatis impatientiam pariunt. defectus vero: ad fraudes, nequitias, iniurias, inuidentiásq; & inimicitias impellunt, & deiectos cōplusculos, seruiléq; reddunt, & ad magistratus gerēdos ineptos. ¶ Secūdo. quia ciuitas: maxime ex æqualibus ac similibus (quoad fieri potest) esse vult. id autē maxime fit: si omnia mediocria assint. quare necesse est: vt huiusmodi ciuitas optime gubernetur. vtpote quæ ex ijs est: ex quibus asserimus secundū naturam constare oportere ciuitatē. ¶ Tertio. huiusce reipublicæ ciues: maxime omniū cōseruātur. nam aliena non concupiscunt, vt pauperes: neq; eorum bona appetūtur ab alijs, ceu solent diuitum bona à pauperibus. & quia neq; alijs moliūtur insidias, neq; alij ipsis: in tuto vitā transigūt,
42 quare non ab re videtur optasse Phocylides mediocribus optima multa. ¶ Ex ijs quæ dicta sunt, infert ciuilē societatem eam esse optimā, quæ ex mediocribus coalita est. proxime autē huic & secundo loco: eas ciuitates probe gubernari, in quibus plurimi sunt mediocres,

& plus possunt maxime quidē ambabus alijs partibus. quod si fieri nequit: saltē altera parte. nam alterutri adiecti parti, prçualebunt: & lapsus contrarios prohibebunt fieri. ¶Infert etiam valde esse optandū: vt ij qui in republica versantur, facultates habeant mediocres & quæ illis sufficiant. alioqui respublica: aut in paucorū potentiā, aut populares licentias, aut tyrannides, propter vtrūq; excessum aut facultatū aut inopiæ, misere detruditur. ex mediocribus: id perraro accidit. & causam huiusce se dicturū pollicetur: quod & quinto huius facturus est. ¶Pauloante rempublicā ex mediocribus optimā esse, ex antecedentibus colle- 43
git: hic autē idem ex subsequentibus rursus ostendit. primo quia sola vel maxime hæc mediocrium respublica seditionibus vacat. nam vbi est permultū mediocre: ibi minimū seditiones & discordias ciuium ignasci necesse est. & hanc quoq; ob causam: magnæ ciuitates minus seditionibus quatiūtur. quia in his complures sunt mediocres. at paruæ ciuitates: facile duas in partes dirimūtur, ita vt nihil mediocre relinquatur. nā ferme cuncti vel inopes sunt, vel opulenti. ¶Secundo. quia populares gubernationes tutiores & diuturniores sunt, q̄ paucorum potentiæ, propter mediocres. nam & plures, sunt & plures honorum fiūt participes in popularibus gubernationib9 q̄ in paucorum potentijs. quia cum absq; mediocribus inualuerit inopum multitudo: male res geruntur: atq; dispereūt. tutissima igitur & diuturnissima mediocriū respublica. quare & optima. ¶Tertio. q mediocriū respublica optima sit: id indiciū esse potest. quia qui optimæ leges condidere: ex mediocribus ciuibus fuēre. nam & Solon huiusmodi fuit vt apparet suis ex carminibus. & Lycurgus. nō enim erat rex. & Charondas. & ferme q̄plurimi aliorum. ¶Tres causæ: cur plurimæ ciuitatum guber- 44
nationes, populares sint, aut paucorum potentiæ. Prima est: ob mediocriū hominū paucitatem. Secunda: ob seditiones & pugnas inter opulentos & multitudinem: quibus qui vincunt rempublicam statuunt, quasi victoriæ præmium. ¶Tertia. quia reipublicæ principatū tenuerunt rem'q; publicam administrarūt ad eam quæ eis cordi rempublicam respicientes, non ad ciuitatum commoda sed sua: aut popularem statum, aut paucorū potentiam induxerunt. ceu olim in Græcia comperitur factitatum. litera dilucida. ¶Inter species popularis 45
gubernationis, & species paucorū potentiæ: quo quæq; loco habeatur, vt aut potior aut deterior dicatur, vult statim esse cognoscibile ex accessu aut abcessu à mediocrium republica, quæ iam optima cognita est. nam quanto illi accedet: tanto illo in genere potior. & quanto abcedet. tanto quoq; deterior. potior dico aut deterior in illo genere simpliciter, nō quoad suppositionem. nam ex suppositione nihil prohibet deteriorem gubernationem alia simpliciter meliore, eligibilioreq; republica, quibusdam esse vtiliorem, melioremq;.

ANNOTATIONES AD CAP. VNDECIMVM.

SI enim probe dictum fuit in Ethicis. cap. decimo primi Ethicorum: vbi virtuti, 40
sufficientes fortunas adiūgit, ne impediatur homo à virtutis operatione. vt certe citharœdus, cui desit cithara pulsare nō potest, harmoniamq; suscitare: neq; cui instrumenta desunt ad agendum, vitam actiuam administrare, & secundū virtutē operari. At virtutem mediocritatem esse: cap. 20 & 21 secundi eorūdem moralium sufficiēter est monstratū. & quç optima vita, & quç optima ciuitas si qua esset: ex libris Ethicorum facilis adipiscitur intelligentia. quibus quidem haud prius intellectis: neq; ij quoq; libri intelligantur necesse est. ¶Nam & Solon huiusmodi fuit: vt apparet ex eius carminib9. So- 43
Solon. lon carmine scripsit: cuius initium legum ponit Plutarchus fuisse.

Plutarchus Legibus his oro primum rex Iuppiter assit:
Fortunamq; ferat felix nomenq; secundet.

Et multa alia ex eius carminibus inserit in eius vita. ex qua cognoscitur mediocris fuisse, & æquationem adamasse. & in senio philosophia oblectatum fuisse: ipse de se scribit.

¶Quantaq; sat fuerat populo, permissa potestas:
Nec detractus enim nec datus vllus honor.
Ast qui diuitijs magnis, opibusq; superbi:
His æquum præter, munera nulla dedi.
Sed valida amborum muniui pectora parma:
Vinceret vt neutrum, vincere neve tuli.
Consului populo, studioq; & legibus aptis.
Dum propero ad senium discere multa iuuor.
Grataq; sunt nobis, venerisq; & dulcia Bacchi
Quaeq; viris musæ munera læta ferunt.

Hæc de carminibus Solonis: authore Plutarcho.

¶De multitudine popularitati apta, & de fallaci & fucaria diuitũ bonitate. Cap. XII.

46 QVæ autem respublica, quibus, & qualis qualibus conferat: post dictas cõsequens est tractare. sed capiendum est prius vniuersaliter de cunctis. oportet enim partem illam ciuitatis quæ rempublicam, stare vult: potentiorem esse, q̃ illa pars, quæ non vult rempublicã manere. est autem omnis ciuitas ex quali & quãto. dico autem quale: ceu libertatẽ, diuitias, disciplinã, nobilitatẽ. quãtum vero: ceu multitudinem excedentẽ. fieri autem potest, vt quale existat vni ciuitatis parti, earum quidem partiũ, ex quibus coalescit ciuitas, alteri vero quantũ, ceu maiorem esse numerũ ignobilium q̃ nobiliũ, & pauperum q̃ diuitũ: neq; tamen tantũ superare quantitate quantũ superare qualitate. propter hoc: adinuicẽ conferenda sunt. Vbi ergo superat pauperũ multitudo eam quam diximus proportionẽ: hic suapte natura popularis gubernatio exoritur, ac species singulę popularis status, secundũ multitudinis exuperãtiam. ceu si agricolarũ multitudo plus possit: prima species. si multitudo mechanicorum ac mercenariorũ: vltima species. & sic de alijs: quę sunt harum mediæ. Vbi autẽ ea pars in qua sunt opulenti & nobiles, magis superat qualitate, q̃ deficiat quãtitate: hic paucorum potẽtia, gubernatioq; exoritur, ac eodẽ modo singulæ species secundũ exuperãtiam istiusmodi

Quib⁹ magis cõuenit popularis status.

Quib⁹ magis paucorũ potẽtia.

47 hominũ. ¶Debet autem qui legẽ ponit in republica: semper ad medios respicere. siue enim ad paucorũ gubernationẽ dirigantur leges: de medijs est cõiectandũ. siue ad popularẽ statum, & ad medias quoq; leges respicere debẽt. vbi enim mediocriũ superat multitudo, vel vtrũq; extremum vel alterũ tantũ: hic respublica recipit stabilitatẽ. non enim est metus: ne quãdoq; diuites cum pauperibus, conspirẽt contra mediocres. nunq̃ enim alteri seruire alteris vellent. ¶Q; si cõmuniorem aliquã quærunt: nullam aliam q̃ istam reperiẽt. nã per vices gubernare non paterẽtur: propter diffidentiã, quæ inter eos existit. ¶In cunctis vero locis: arbiter est fidelissimus. arbiter tamen medius. quantòq; melior est gubernatio tẽperata: tan

48 to durabilior. ¶Aberrant etiã plærią illorum, qui optimates reipublicæ gubernationes efficere volunt: non solum in tribuendo nimiũ diuitibus, verũ etiam in seducẽdo populum, necesse est enim procedente tẽpore, ex falsis bonis: verũ malum euenire. diuitũ enim cupiditates plus habendi: magis destruunt rempublicam quàm quæ multitudinis.

DVODECIMI CAP. COMMENTARIVS.

46 QVæ & qualis multitudo apta sit, vt suscipiat aut popularẽ gubernationẽ aut gubernationẽ paucorũ: ex his cognoscere oportet. Primum oportet vniuersim in omnibus rebuspublicis: eã partẽ ciuitatis quæ rempublicã incolumem esse vult potentiorẽ esse ea, quę illa non vult, partiũ ciuitatis: hæc quale cõtinet, illa quantum. dico quale: vt libertatem, diuitias, disciplinã, nobilitatem. quantũ vero: vt copiosiorem multitudinẽ. fieri autem potest vt quale vni partium ciuitatis assit, ex quibus ipsa coalescit ciuitas: & alteri assit quãtum, verũtamen quantũ non tanto superare, quanto deficit qualitate. quare & quale & quãtum: inuicem sunt conferenda. vbi ergo quantum, inopũmq; multitudo dictã proportionẽ vincit, id est opposita ꝓportiõe quale superat, plũsq;

quãtitate superat, minúsq; simul qualitate deficit q̃ aliorum sit atq; possit qualitas: illic sua-
pte natura popularis gubernatio exoritur. Prima quidẽ species: si hæc agricolarũ multitudo
est. vltima vero: si sordidorũ, & mercenariorũ. & sic de ijs, quæ inter illas sunt mediæ: quę nu-
mero rs huius sunt determinatæ. vbi vero cõtrá, pars qualiũ, quæ opulentos & nobiles con
tinet, magis superat qualitate q̃ deficiat quantitate: hic paucorum potẽtia exoritur. & secũ-
dum exigentiã huiusmodi hominũ: vnaquæq; paucorum potentiæ species. ¶Documentũ: 47
quod mirifice debẽt obseruare: qui leges statuere volunt. semper eas respectu ad mediocres
habito: esse ferendas. Primo. q illæ, & (quæ illis moderatur) respublica maxime recipit sta-
bilitatem. ¶Secundo. quòd nulla ciuilis vita est: quæ pluribus cõuenire possit q̃ mediocris.
¶Tertio. q cunctis in locis: maxime fides tribuitur arbitro. arbiter autẽ medius. litera cla-
ra. ¶Accusat eos, qui omnem tribuendo diuitibus authoritate: optimates respublicas effi- 48
cere volunt. quasi qui diuitias habent: optimi sint. quia ipsi seducunt populum. nam neces-
se est procedente tempore: ex falsis bonis, verũ malum euenire. quandoquidẽ diuitũ auendi
cupiditates: plus rempublicam destruant, q̃ eæ quæ populi existunt.

ANNOTATIONES AD CAP. DVODECIMVM.

NEcesse est enim procedente tempore: ex falsis bonis, verũ malum euenire. Homi- 48
nes tãta cęcitate mentis feruntur: vt eos putent meliores, & digniores, qui fortu
nis abundant. quare facile suadentur: vt illis gubernationis summã credant. verũ
Plato.
vt inquit Plato in nono legum suarum: hæc ignorãtia diuitiarum, inexplebilem
gignit auiditatem. at vero huius ignorantiæ causa est inquit: q non recte laudantur diuitiæ.
nam tam Græci q̃ barbari diuitias (cum tertium bonorũ teneant locum) in primo ponunt.
atque hac sentẽtia: seipsos simul & posteros perdunt. at non oportet hominẽ qui felix futu
rus sit: diuitias quomodocũq;, sed cum iustitia & temperãtia quęrere. hæc Plato. quare cum
Aristoteles.
huiusmodi diuitibus summa reipublicæ cõmittitur: persæpe (quod hic inquit Aristoteles)
vt ex falsis bonis, verum malum euenire comperiatur oportet.

¶De vafris legibus paucorũ potẽtiæ & populariũ, de cõtẽperamẽ-to, gubernatoribus, antiquitate regiæ gubernationis. Cap. XIII.

SVnt autem (vt exordij gratia dicatur) illa circa quæ si- 49
mulant, fallaciterq; prætexunt ad populum, quinque
numero: contio, magistratus, iudicia, armatura, exerci
tatio. ¶Circa contionẽ quidẽ licere õnibus adesse: sed
pœna apposita diuitibus si nõ assint, vel solis, vel mul
to maior. ¶Circa magistratus autẽ non licere ijs qui
censum habent magnũ: renunciare magistratui, pauperibus autẽ licere.
¶Circa iudicia vero: pœnã esse diuitibus nisi iudicent, pauperibus autẽ
Charõdas.
impunitatẽ. aut illis magnã: his paruã pœnã, vt est in Charõdæ legibus.
Leges Charondæ paucorum potentiæ.
¶Quibusdam vero locis: omnibus licet descriptis, in contionibus, iudi-
cijsq; adesse. quòd si descripti sint & nõ exerceatur: in pœnas incidũt per-
magnas, vt metu pœnæ vitent descriptionẽ. & per nõ descriptionem: neq;
iudicia neq; cõtiones exerceãt. ¶Eodẽ modo circa arma possidẽda, & cir
ca gymnasia legibus statuũt. pauperibus licet nõ habere arma: diuitibus
autẽ pœna cõstituta est, nisi habeãt. & si gymnasio se nõ exerceãt paupe-
res, nulla pœna est: diuitibus autẽ pœna est. vt alij metu pœnæ se exerce-
re compellãtur: alij (quia nullã formidãt pœnã) non faciãt. Hæc igitur in
paucorũ potentiæ legis positione, sunt machinamẽta. ¶In populari autẽ 50
statu: cõtra hæc, alia excogitãt. pauperibus enim salaria statuũt cõtionã-
tibus, atq; iudicãtibus. diuitibus autẽ nullã pœnã imponũt. ¶Itaq; ma- 51
nifestũ est: si quis velit iuste hæc tẽperare, q oportet vtrinq; assumere. Et
illis quidẽ salaria cõstituere. his autẽ pœnã. sic eni omnes cõmunicarent.

nã illo quidẽ modo:reſpublica ſit alterorũ ſolum.oportet quidẽ rẽpubli-
cam eſſe ex ijs ſolũ,qui arma poſſidẽt.cẽſus autẽ magnitudo definiri ſim-
pliciter non poteſt quãtus ſit:ſed cõſiderata qualitate,attinet maximũ(vt
qui participãt republica:ſint plures q̃ ij qui nõ participãt)hũc inſtituere.
volunt enim pauperes & honorũ expertes,quietẽ agere:ſi neq; cõtumelia
eos quis afficiat,neq; bona illis auferat.ſed hoc nõ facile. nõ enim ſemper
cõtingit:vt qui rẽpublicã gubernãt ſint mites & humani.cõſueuerũt autẽ
quoties bellũ eſt: grauiter ferre,niſi ſuſcipiãt alimẽta,cũ ſint pauperes.at
52 vero ſi quis alimẽta porrigat:cupiunt bellũ. ℂApud quoſdã:gubernatio
reipublicæ exiſtit, nõ in ijs ſolum qui ad armaturã ſunt habiles,ſed in ijs
qui exercuerũt arma.in Malieñſibus quidẽ gubernatio reipublicæ erat in Malienſes.
iſtis.& magiſtratũ creabãt ex ijs:qui militabãt.primáq; reſpublica apud
Græcos cõſtituta eſt ex ijs,qui bellum gerebãt,poſteáq̃ deſierunt regna, Græci.
ab initio quidẽ ex equitibus.nã robur excellẽtiáq; belli tunc in equitibus
habebatur.peditatus enim niſi ordo,ac diſciplina aſſit:inutilis eſt.huiuſ-
modi autẽ diſciplina & ordo: antiquis illis tẽporibus nondũ erat.ex quo
fiebat:vt in equitatu robur belli haberetur.ſed auctis ciuitatibus quæ in
armis potentiã magis habebant:plures ad cõmunionẽ reipublicæ recepti
ſunt.ex quo factũ eſt.vt quas nunc reſpublicas vocamus: tunc popularis
53 ſtatus diceretur. ℂFuerat enim antiqua ciuitatũ gubernatio rationabili-
ter paucorũ,& regia.propter paucitatẽ enim hominũ:nõ erat magn⁹ nu-
merus mediocriũ. itaq; pauci cũ eſſent multitudine & ordinatiõe: magis
54 ferebãt ab alijs gubernari. ℂQuã igitur ob cauſã plures ſint rerũpublica
rum formæ:& quã ob rem præter illas quæ dicũtur aliæ ſint (nã popula-
ris gubernationis nõ vna numero eſt ſpecies:neq; aliarũ ſimiliter)ac præ-
terea quæ differentiæ ſint inter eas,& quare accidat,& inſuper quæ opti-
ma rerumpublicarũ, vt plurimũ dici poteſt, & aliarumquoq; rerumpu-
blicarum qualis qualibus congruat:dictum eſt.

TERTIIDECIMI CAP. COMMENTARIVS.

49 HIc adducit leges ſex vafre,argute ſubdoléq; excogitatas ad paucorum potẽtiæ
gubernationẽ:quæ circa quinq; prætexũtur populo,cõtionẽ,magiſtratus,præ-
toria,armaturã,& bellica exercitia. ℂPrima lex. Licere omnibus intereſſe con 1
tioni,ſed diuitibus niſi aſſint eſſe pœnã,pauperibus autẽ nullã: vel diuitib⁹ niſi
aſſint pœnã eſſe magnã,pauperibus autẽ perexiguã. ℂSecunda. Nõ licere ijs 2
qui cenſum habẽt magnũ,renunciare magiſtratui:pauperibus autẽ licere. ℂTertia. Diuiti- 3
bus pœnã niſi prætoriorũ iudicijs aſſiſtant,pauperibus autẽ nullã: aut illis pœnã multã,his
vero pœnã perexiguã ſi nõ aſſint. vt eſt in Charõdæ legibus. ℂQ uarta. Lex circa eadẽ quæ 4
prius,cõtionẽ ſcilicet & prætoria:quæ quibuſdã in locis habetur.õnibus qui deſcripti fuerit:
licere & cõtionib⁹ & prætorijs adeſſe.qui cũ deſcripti fuerint:ſi nõ aſſint,permagnũ incurrere
rerũ ſuarũ damnũ.quare inopes,metu dãni,vitãt inſcribi:vt per nõ deſcriptionẽ,neq; cõtio-
nẽ,neq; iudicia exerceant. ℂQ uinta. pauperibus licere nõ habere arma:diuitibus autẽ mul 5
ctam grauẽ impoſitã eſſe ſi ipſi arma non habeãt. ℂSexta. pauperes,etiã ſi in bellicis exer- 6
citijs ſe nõ exerceãt,pœnæ immunes eſſe:diuitibus autẽ ſi id nõ faciãt,pœnã eſſe pergrauẽ.
Hac enĩ cauſa,hæc lex poſita eſt:vt diuites metu pœnæ ſe exercere cõpellãtur,pauperes au
tẽ ob pœnæ imunitatẽ id omittãt.& hæc ſunt paucorũ potẽtiæ:in legis poſitione machina-
50 mẽta. ℂIn populari gubernatione alia cõtra hæc,ex oppoſito machinãtur:contionẽ inquã,
magiſtratũ,iudicia,armaturã & gymnaſticã exercitatoriã m ve diſciplinã. vt lex vna eſt. Pau
peribus qui cõtionibus aſſint mercedẽ eſſe:diuitibus autẽ ſi non aſſint,pœnã nullã. & ita de

magiſtratu,contione,& reliquis,populares ſuo modo leges fiant:ceu factu facile eſt. ❡Dat 51
modum temperãdi has cõtrarias leges:vt numero 34 huius mõſtratũ eſt,maxime ſecundũ
primum modũ. alioqui ſi leges iſtæ non çõtemperabuntur:alterorũ ſolum,vt paucorũ potẽ
tũ,aut populariũ,erit publica gubernatio. oportet autẽ vbi hæc cõtingunt: rempublicã ſo-
lum ex ijs eſſe,qui arma poſſident. & cenſus magnitudo,in paucorũ potentia abſolute aſſi-
gnari nequit quãtus ſit: ſed (ſi res eorũ publica ſtare debet) cõſiderata qualitate definiri de-
terminari'q; debet,vt maximus cõſtituatur. ſic tamen: vt qui participãt rempublicã plures
ſint,q̃ qui non participãt. alioqui reſpublica non ſtabit. nã tantiſper pauperes,& qui ab ho-
noribus ſunt excluſi, ſedati ſunt:dũ neq; iniuria eos quis afficit, neq; bona illis aufert,quod
haudquaq̃ facile eſt. nã non ſemper contingit: vt qui rempublicã adminiſtrant mites ſint &
humani. quare ſeditiones oriũtur,& bella. atqui cum bellum eſt: conſueuerũt grauiter ferre
ſi à diuitibus non ſuſcipiant alimentũ,cum ſint pauperes. at vero ſi quis alius porrigat: vo-
lunt etiam contrà diuites,atq; eos. qui rempublicam tenent,mouere bellum,quare qui rem-
publicam participant: plures cæteris eſſe oportet, ſi illam incolumem atq; permanentẽ eſſe
velint. ❡Gubernatores in quibuſdã ciuitatibus ex ijs ſolum fuiſſe, qui rem militarẽ tracta- 52
rent:vt olim apud Malienſes,& apud Græcos,vt Lacedæmonios. litera cõſpicua eſt. ❡Cur 53
antiqua ciuitatum gubernatio: regia fuerit,deinde paucorum potentũ, demum popularis.
litera patet. ❡Epilogus eorum:quæ iam diſcuſſa ſunt. 54

ANNOTATIONES AD CAP. TERTIVMDECIMVM.

Sophiſma.

SVnt autem vt exordij gratia dicatur:illa circa quæ ſimulant, fallaciterq; prętexũt. 49
Hæc machinamenta, vaframentáq;: ſophiſmata hic nuncupat Ariſtoteles. nam
quod nos fraudem,deceptionẽ,cautelam,dolum,cõmentũ,machinamẽtũmq; di
cimus:Græci ſophiſma dicũt. ❡Itaq; manifeſtum eſt:ſi quis velit iuſte hæc tem- 51
perare. Ex numero 34:contemperãdi modi ſufficienter habẽtur. Et ex his elice regulã,præ-
ceptũmq; vniuerſale:q̃ in ea republica,in qua non omnes ad rempublicam admittũtur:plu
res debent eſſe,potentioréſq; qui reipublicæ participes ſunt,q̃ partis alterius.

❡De partibus reipublicæ,conſilijs magiſtratibus,iudicijs,de conſultandi poteſtate & membris eius. Cap. XIIII.

RVrſus autẽ & cõmuniter & ſeparatim,de vnaquaq; di 55
cemus earũ partiũ,quę poſt hęc ſequũtur:cõuenienti ſũ-
pto principio. ſunt ergo tres partes omniũ rerũpubli-
carũ in ſingulis:quarũ ſtudioſus legis poſitor cõſidera
re debet vtilitatẽ. quibus bene ſe habentibus,neceſſe eſt
rẽpublicã bene ſe habere: & gubernãdi formas inter ſe
differre, in eo q̃ ſingulæ iſtarũ differunt. Harũ trium partiũ vna eſt quæ
verſatur in publicis cõſilijs. Altera in magiſtratib9:hoc eſt,quos eſſe opor
tet, & quã poteſtatẽ habere,& queãdmodũ habeãt creari. Tertia pars in
iudicijs cõſiſtit. ❡Ea pars quæ cõſulit:authoritatẽ habet de bello & pa- 56
ce,de ſocietate ineũda ad bellũ vel diſſoluẽda,de legibus ferẽdis vel abro-
gãdis,de morte,de exilio,de publicatione bonorũ,de rationibus repoſcẽ
dis. ❡Neceſſe eſt enim vel õnibus ciuibus hæc õnia,decernẽda tribuere. 57
vel quibuſdã omnia, ceu vni cuidã magiſtratui,aut plurib9 alijs alia. vel
quædã illorũ omnibus,quędã vero quibuſdã. ❡Omnia igitur & omni- 58
bus populare eſt. talẽ enim æqualitatẽ affectat populus. Sunt autẽ plures
modi eius quod eſt omnia õnibus. Vnus ſi ſingulatim & nõ ſimul om-
nibus:vt eſt in republica Teleclei Mileſij,& in alijs rebuſpublicis:delibe
rãt magiſtrat9ſimul collecti,ad magiſtratũ vero vadũt omnes ſingulatim
ex tribubus & partibus etiã minutis,donec trãſeat per õnes. cõgregatur
autẽ populus:ſolũ modo pro legibus ferẽdis,& p ijs quæ pertinet ad rei-

De prima parte.

Telecleus.

publicæ statum, & pro ijs audiendis quæ à magistratibus nunciantur. ¶Alius modus est: omnes simul cõuenire aut solũmodo ad magistratus creãdos & ad ferendas leges,& pro bello vel pace, & ad rationes reposcendas, in cæteris vero eos qui magistratũ gerunt discernere ad singula deputandos, vel per electionẽ vel per sortẽ. ¶Alius modus est: vt ad magistratus creãdos & rationes reposcẽdas cõueniant omnes ciues,& ad deliberationẽ belli suscipiẽdi vel societatis ad bellũ ineũdæ, cætera vero magistratus exequantur per electionẽ creati quicũqꝫ fuerint. tales vero sunt: quoscunqꝫ gerere necessariũ est, eos qui sciũt. ¶Quartus modus est: vt omnes de omnibus cõuenientes deliberẽt, magistratus autẽ de nullo statuãt, sed tantũ primo loco sententiã dicãt. quẽadmodũ fit in extrema illa gubernatione populari: quã in paucorũ gubernatione speciei violẽtæ, & in gubernatione vnius tyrãnidi correspondere diximus. Hi ergo modi populares
59 omnes. ¶Quibusdã vero omnia: paucorũ potentiæ. Habet autem & hoc differẽtias plures. quãdo enim à mediocri cẽsu fiat assumptio,& multi assumuntur propter eã censũs mediocritatẽ, & quæ lex vetat non moueãt, sed sequãtur,& liceat possidẽti cẽsum, habere: paucorũ & huiusmodi gubernatio, sed tamen ciuilis propter eius mediocritatẽ. ¶Quãdo vero non omnes participes sunt, sed hi qui eliguntur,& secundũ leges gubernãt: vt & prius, paucorũ potẽtiæ est. ¶Quãdo autẽ ipsi se eligunt qui deliberandi authoritatẽ habẽt, & quãdo filius patri succedit, & domini sunt legũ:
60 necesse est huiusmodi gubernationẽ esse paucorũ potentiũ. ¶Sed quãdo quędã, ceu cũ de bello, pace,& repetendis rationibus vniuersi cognoscũt, de alijs autẽ magistratus electi, vel sorte assumpti: optimatum id est, vel eius quę appellatur respublica. ꝙ si de quibusdã electi: de quibusdã vero sortiti,& vel simpliciter sortiti, vel ex præelectis, vel communiter electi ac
61 sortiti: partim optimatũ est partim reipublicæ ipsius. ¶Distinguitur ergo ea pars quæ in cõsulendo deliberãdóve cõsistit: in hunc modũ, pro natura rerũpublicarũ. & administratur vnaquęqꝫ respublica: secundũ huius
62 modi determinationẽ. ¶Confert autẽ & gubernationi illi populari: quæ nunc maxime videtur esse popularis (dico autẽ ei in qua populus dominus est etiam legum in deliberãdo, ac melius disponendo) hoc idem facere in cõmunibus, quod fit circa iudicia in paucorum potẽtia. imponunt enim pœnã illis, quos iudicare volunt: vt iudicent. Populares vero mercedẽ statuunt pauperibus. cõfert & hoc idẽ circa contiones agere. melius enim in cõmuni deliberabunt, si omnes consilio intersint: populus quidẽ cum nobilioribus, isti autẽ cum populo. ¶Confert etiã per electionẽ assumi eos, qui deliberaturi sunt: vel per sorte æqualiter ex partibus ciuitatis. cõfert etiã si plurimũ excedat multitudo plebis eos, qui sunt in gubernãda republica peritiores: vel nõ omnibus mercedẽ tribuere, sed quã-
63 tis corrospõdent numero nobilitatis, vel exortiri plures. ¶In paucorũ vero gubernationibus: aut eligere quosdã ex multitudine, aut talem magistratum cõstituere, qualis est in quibusdã ciuitatibus quos appellãt prę-

Conferẽtia populari gubernationi.

Conferẽtia paucorum potentiæ.

conſultores ac legum cuſtodes,ac de ijs ſolūmodo rebus ad cōſilium re-
1 ferre,de quibus ante iſti deliberauerint.Per hunc enim modum populus
2 interueniet in deliberādo:nec tollere quicq̄ de republica valebit.❡Inſu-
per aut illa decernere poterit populus:aut nihil contrariū illis, quæ pro-
ponentur, vel conueniēdi quidē omnes participes facere: deliberādi vero
3 magiſtratibus poteſtatē relinquere.❡Et oppoſitum eius facere:quod fit
in populari ſtatu. populi enim decretum in condemnando ratum nō fit:
ſed ad magiſtratus rurſus referatur,quod contra fit in popularibus. ma-
giſtratus enim abſoluendi:domini ſunt omnino.condemnandi vero non:
ſed ad populum habetur recurſus. De conſulendo igitur & deliberādo,
eiúſq; poteſtate:inhunc modum determinatum ſit.

QVARTIDECIMI CAP. COMMENTARIVS.

1 ENumerat tres partes:in ſingulis quibuſq; rebuſpublicis. Prima eſt:quæ conſiſtit 55
3.2. circa publica conſilia. Secunda:circa magiſtratus. Tertia: circa iudicia. quas in
vnaquaq; republica: ſtudioſus legiſlator,vt bene ſeſe habeāt,penſiculatius cu-
rare debet.de quibus: & generali ſermone & particulari,ſe determinaturū pol-
licetur. ❡Septem: circa quæ verſatur ea pars quæ cōſulit, quæ quidē partium 56
prima eſt.bellum & pax.ſocietas ineunda vel diſſoluēda.leges ferēdæ aut abrogādæ.mors,
exilium,publicatio bonorū,& repetundæ rationes. ❡Poteſtatis cōſultandi de ſeptē prædi- 57
ctis:diuiſionē tripartitā rebuſpublicis cōmunem ponit.Hanc videlicet: horum omniū pote
ſtatem vel omnibus eſſe tributā. vel horum omniū quibuſdā: vt vni cuidā magiſtratui,aut
pluribus,alia alijs impartiēdo.vel quorundā omnibus, quorūdam vero quibuſdā hanc eſſe
1 poteſtatē. ❡Primum ſuperioris partitionis membrū,omniū ſcilicet omnibus eſſe conſulta 58
tionis poteſtatē: populari gubernationi conuenit.ſed iterū:id in quatuor modos diducitur.
Primus eſt is qui in republica Telecleí Mileſij continetur, & nōnullis alijs rebuſpublicis:vbi
omniū omnibus particulatim & nō ſimul, eſt hæc poteſtas.nā conſultant ſolū magiſtratus
ſimul cōuenientes:ad magiſtratus autē particulatim ex tribubus & partibus etiā aſcendunt,
quouſq; euadat per omnes.& ſolūmodo cōgregatur populus ſimul:pro legibus ferēdis,pro
2 ijs quæ pertinēt ad totius reipublicæ ſtatū,& pro ijs quæ magiſtratus mādant. ❡Secūdus
modus:vbi omnibus poteſtas cōueniendi atq; cōſultandi ad magiſtratus creādos, ad feren-
das leges pro pace & bello,& ad rationes repoſcendas: in cæteris vero,eorū qui magiſtratu
funguntur eſt diſcernere,quoſdā diſputādo aut electione, aut ſorte ad reliqua obeunda mu
3 nera. ❡Tertius modus eſt:cū omnibus eſt conſultādi poteſtas,ad magiſtratus creādos, ad
rationes repoſcēdas,ad bellum ſuſcipiendū,aut ineundā ad bellū ſocietatē:cætera vero ma-
giſtratus electione creati quicūq; cōtigerint,quoad fieri poteſt adminiſtrāt.tales autē magi-
4 ſtratus ſunt:quoſcūq; gerere oportet nō idiotas,ſed ſciētes. ❡Quartus modus eſt:cū om-
nes omniū conſultandi facultatē habent.neq; magiſtratus de vllo ſtatuāt,ſed tantum ea de
quibus cōſultandū eſt in medium adducāt.& id quoq; fieri ſolet in extrema populari guber
natione:quæ vltimæ & violentæ paucorū potētiæ,& vnius tyrānidi correſpondere dicta eſt.
Hi itaq; modi cōmunes populares exiſtūt. ❡Secūdū eiuſdē diuiſionis mēbrū ſcilicet,quo- 59
rundā quibuſdā eſſe poteſtatē:mōſtrat paucorum potētiæ congruere,id'q; in tres diducitur
1 modos. Primus:cum omnes a mediocri cenſu,ad conſultationē admittuntur,ac reipublicæ
ſecundū legē gubernationē.iuxta huiuſmodi legum præcepta:quæ lex moueri vetat ne mo
ueant,ſed ſequātur.& qui cenſum habet: liceat magiſtratus eſſe participē. & id propter cē-
2 ſum eſt paucorū potentiæ:propter autē mediocritatē,reipublicæ. ❡Secundus:quādo non
omnes ab huiuſmodi cēſu cōſultandi habēt facultatē:ſed qui electi fuerint,& ſecundū leges
3 vt in primo modo gubernāt. ❡Tertius mod9 eſt:quādo illi qui cōſultationis retinēt autho
ritatē:ex ſeipſis magiſtratus eligunt,& filius ſuccedit patri,& domini ſunt legum. ❡Vltimū 60
mēbrum,cum ſcilicet quorundā omnibus eſt poteſtas,& quorundā quibuſdā:coaptat opti-
matū poteſtati,aut ei quæ appellata eſt reſpublica. & ſortitiones reipublicæ ſunt,quatenus
in ea popularis gubernatio eſt cōtemperata: electiones vero optimatum. litera conſpicua.
❡Præcedētium epilogus. ❡Tria:quæ populari gubernationi, & maxime vltimæ cōferunt 61
1 circa cōſultandi poteſtatē. ❡Primum:vt pœna quibuſcunq; ad contionē nō venientibus im- 62

ponatur. sic enim melius cõsultabunt & deliberabunt simul: & nobiles cum populo, & popu
lus cũ nobilibus. ¶Secundũ: vt aut per electionẽ aut per sortẽ ij qui deliberaturi sunt, assu- 2
mãtur æqualiter ex vtraq; parte diuitúmq; & insignium, ac populariũ. ¶Tertium: vt multi- 3
tudo plurimum excedat eos, qui rempublicã ministrant: vel vt non omnibus dent mercedẽ,
sed tot quot necessarij sunt vt numero nobilium respondeãt, vel exortes multos faciant sor-
63 téve deponãt. ¶Tria identidem: quæ cõferunt paucorũ potentiæ circa consultationẽ. ¶Pri 1
mum. vt eligãtur quidã de multitudine: qui cõsultandi habeãt potestatẽ. aut præconsultorũ
legúmq; custodum magistratus eligatur: & nõ liceat cõsultari de quibus ipse nõ prędelibera-
uerit. sic enim populus cõueniet ad cõsultandũ: neq; moueri quicq̃ de reipublicę statu vale-
bit. ¶Secundũ. vt liceat populũ de ijs solum cõsultando decernere: quæ proposita fuerint, 2
aut saltẽ nihil cõtrariũ. vel vt cõueniendi quidẽ omnes sint participes: sed consultãdi, magi-
stratus facultatem habeant. ¶Tertium. vt decreto, sententiáq; populus ad condemnandũ 3
dominus non sit: sed ad magistratus rursus referatur. Cuius contrarium: in rebuspublicis fie-
ri solet. pauci enim absoluendi domini sunt: condemnandi vero non domini, sed semper ad
plurimos fit recursus. & hæc de consultandi potestate.

ANNOTATIONES AD CAP. QVARTVMDECIMVM.

72 Confert autem & gubernationi illi populari. Hæc species popularis vbi populus
omnium dominus est, etiam legum: deterrima est. conferunt igitur hæc quæ hic
adijciũtur: illi gubernationi, quemadmodum viro ægro, pharmaca & medicinæ,
ne citó intereat. & ita de ijs quæ conferunt paucorum potentiæ.

¶De magistratibus, necessarijs, proprijs, honestis, & de magistratuum institutionibus. Cap. XV.

64 Consequens his est circa magistratus distinguere. habet
enim & hæc pars reipublicæ differentias multas: quótque
magistratus, & quarũ rerum authoritatẽ habere, & pro
quo tempore magistratus quosque (nã alij semestres, alij
breuiores; alij annuos, alij diuturniores statuunt magi-
stratus) & vtrum oportet esse perpetuos, an ad longum
tempus, an neutrũ. vtrum frequenter eosdem, an non eundẽ bis, sed tantũ
semel gerere oportet. & præterea circa cõstituendos magistratus: ex qui-
bus oportet. & à quibus, & quomodo: de his enim omnibus oportet pos-
se distinguere, quot modis valeat fieri: & deinde accõmodare, qui quibus
65 conferãt gubernationibus reipublicæ. ¶Est autẽ ne hoc quidẽ facile de-
terminare: quales magistratus sunt nuncupãdi. indiget enim ciuilis socie
tas multis magistratũ gerẽtibus. quapropter nõ omnes qui vel eligũtur,
vel assumũtur sorte: sunt magistratus existimandi. vtputa in primis sacer-
dotes. hoc enim: aliud quiddam ponẽdum est, à ciuilibus magistratibus.
Præterea festorum prouisores, & præcones, & legati qui eliguntur. Sunt
autẽ curæ ciuiles aut omniũ ciuium ad vnam actionẽ: puta dux eorũ qui
militant. aut secundũ partẽ: vt mulierũ, puerorúmque curatores. aliæ dispẽ
satiuæ. sæpe enim eliguntur quidã, ad distribuendã annonã. Aliæ mini-
stratiuæ: ad quas si opulẽti eligũtur, substituunt seruos. Maxime vero vt
simpliciter dicamus illi sunt magistratus appellandi: quibus est delibera-
re de quibusdã, & iudicare, & iubere, & maxime hoc extremũ. nã iubere
imperiosius est. Verũ ista quantũ ad vsum nihil differunt: vt ita dixerim.
66 nondum enim determinata est huiusmodi de nomine cõtrouersia. ¶Ha-
bet enim aliam quandã intellectiuã considerationẽ. sed quales magistra-
tus, & quot necessarij sunt ciuitati, & quales necessarij quidẽ, inutiles ve-

De secũda parte reipublicæ.

Quid magistratus.

ro ad bonam reipublicæ gubernationē:magis vtiq; quispiā dubitabit,& ad omnē rempublicā,& præsertim ad paruas ciuitates. ℂNā in magnis 67
quidem licet:& debēt singuli magistratus ad singula opera deputari.sufficit enim multitudo ciuium ad magistratus gerēdos: propterea ꝙ multi ciues sunt.quare hos cum intermissione magna tēporis,alios semel dūntaxat gerūt.meliúsq; singula curātur:ꝗ si in multis cura nostra distrahatur. sed in paruis ciuitatibus:necesse est in paucos,magistratus plures conferre.nā cum sit paucitas hominū:nō facile est multos in magistratibus esse. quinā postea forent successores eorum? Indigent quādoq; magistratibus eisdem,& legibus,paruę magnæq; ciuitates:nisi ꝙ hæ quidē sæpe indigēt eisdē,illis vero multo tēpore intermisso id accidit. quapropter nihil prohibet multas simul curas illis demandare. non enim se impediūt.& propter hominū paucitatē: necessarij sunt magistratus quidā, quasi luminaria obeliscis imposita.si ergo dicere possumus, quot necessarij sunt omni ciuitati,& quot nō necessarij quidem,sed oportuni:facile quis sciens ista, cōiungat.quales coniungere congruat in vnū magistratū. ℂDebet etiam 68
hoc nō latuisse: quales cōueniant secundū locum magistratus pluriū curā habere,& qualium vbiq; vnū magistratū potestatē habere,ceu honestatis.vtrum in foro pręfectū annonæ,alium alibi,aut vbiq; eundē dicemus magistratū.& vtrum secundū negocia partiendū est:an secundū personas. dico autem,ceu vtrum curæ honestatis aliū puerorū & alium mulierū.& in rebuspublicis vtrum differat secundum vnāquāq;,magistratuū genus, an nihil.ceu in populari statu,& paucorū gubernatione,& optimatū, & in monarchia: vtrum idem sunt magistratus potestatem habētes, sed non ex æqualibus aut similibus,sed alij in alijs. veluti in optimatibus quidē ex hominibus doctis,in paucorū autē potentia ex opulentis,in populari statu ex ingenuis.an existāt magistratuū quidā secundū has differentias. est autē vbi ijdem cōueniunt,est & vbi ijdē differūt. alicubi enim cōgruit magnos esse:alicubi paruos eosdē magistratus. ℂVerūtamen sunt aliqui 69
proprij:ceu eorū qui præconsultāt. hæc enim potestas non est popularis. consiliū vero populare.oportet enim esse aliquid tale: cui cura sit populum consilio pręuenire, ne otiosus sit.id autē(cū pauci sint numero)paucorum potentiæ est. est autē necesse vt pręcōsultores illi sint pauci numero.quare paucorū id potētiæ est.sed vbi sunt ambo hi magistratus:pręcōsultores cōsiliarijs præficiūtur.nā cōsiliarius popularis:pręcōsultor autē paucorū potētię. ℂDissoluitur etiā potestas cōsilij in huiusmodi plebeis 70
gubernationibus:in quibus populus ipse cōueniens de ōnibus cōstituit. hoc autē accidere cōsueuit:cū est vtilitas quædam aut merces cōstituta ijs qui in cōtionē conueniūt.otiosi etiā cōueniunt persæpe:& de cunctis ipsi statuunt. ℂQui autē puerorū curā habēt, & qui mulierū,& si quis alter 71
est qui potestatē & curā habeat huiusmodi:optimatū id est,& nō populare(quo pacto enim in populari statu, pauperū mulieres cohibebūtur foras non prodire?)neq; est paucorū potētiæ.nā mulieres ipsorū:in delitijs

72 viuūt. Sed de his quidē: eatenus dixisse, nūc sat sit. ¶ De cōstituēdis autē
magistratib⁹ conādū est iā transigere. Cōsistūt autē differētię in trib⁹ ter-
minis: q̄bus cōpositis necesse est ōnes modos esse cōprehēsos. vnus ex tri-
bus est: qui sint illi qui magistrat⁹ cōstituāt. alter: ex quib⁹ cōstituatur. ter
tius: p̄ quē modū. Cuiusq; vero istorū: differentiæ tres sunt. aut eni ciues
omnes cōstituūt, aut quidā, vel ex oībus, vel quibusdā determinatis, ceu
p̄ cēsum, vel per genus, vel p̄ virtutē, vel p̄ quiddā tale aliud, quale apud
Megarēses, ex ijs qui vnà cū populo cōiuncti sūt ad bella gerēda. Et hoc Megarēses.
p̄ electionē, aut p̄ sortē. rursus autē hæc simul cōduplicata. dico autē hos
quidē quidā, illos vero omnes: & hos ex oībus, illos, ex quibusdā: & hos
electiōe, illos vero sorte. Vniuscuiusq; differētię istorū modi erūt quatuor.
aut eni omnes ab omnib⁹ p̄ electionē. aut ōnes ab oīb⁹ p̄ sortē, & vel ex
cūctis vel quasi diuisi per trib⁹ & cōuentus & societates, quousq; trāseat
p̄ vniuersos ciues. aut semp̄ ab oīb⁹: & partim sic parti illo modo. Rursus
vero, si aliqui sūt qui cōstituūt magistrat⁹, aut ex oīb⁹ p̄ electionē, aut ex
oīb⁹ p̄ sortē, aut ex q̄busdā p̄ electionē, aut ex quibusdā p̄ sortē, vel partim
isto modo parti illo. dico autē quędā ex oīb⁹ p̄ electionē, quędā p̄ sortem.
73 atq; ita duodecim modi efficiūtur seorsum: duob⁹ cōduplicatis. ¶ Horū
autē duę cōstitutiōes sunt populares: hoc est ōnes ex oīb⁹ electiōe vel sor
te, vel ex vtrisq; partim sorte partim electiōe fieri magistratus. At vero nō
omnes simul, sed ex oīb⁹ cōstituere vel ex q̄busdā vel sorte vel electiōe vel
vtroq; modo, aut parti ex oībus, parti ex q̄busdā vtroq; modo: dico, autē
vtroq; modo, parti sorte parti electiōe illi⁹ speciei est, q̄ appellatur respu-
blicę. ¶ Quosdā vero ex oīb⁹ cōstituere parti electiōe parti sorte, aut vtroq;
modo hos quidē sorte illos electiōe: paucorū potētię est, multoq; magis, si
vtroq; modo. sed quosdā ex oīb⁹, quosdā ex q̄busdā: ciuile optimatū, vel
quosdā electiōe quosdā sorte. quosdā vero ex quibusdā paucorū potētię:
etiā si p̄ sortē fiat vel nō fiat, & quosdā ex quibusdā vtroq; modo. quosdā
74 autē ex omnib⁹, & ex q̄busdā ōnes p̄ electionē: optimatū. ¶ Modi igitur
circa magistrat⁹ tot sūt: & distingūtur ita secūdū rerūpublicarū formas. q̄
autē quib⁹ cōducāt, & quomodo cōstitutiones eorū faciendæ sint vnà cū
potestatib⁹ magistratuū, & qui sint hi: manifestū erit. dico autē potestatē
magistratus: ceu circa redditus authoritatē habere, & circa custodiā. alia
enim potestatis species: queadmodū circa bellū, & circa cōtractus forēses.

QVINTIDECIMI CAP. COMMENTARIVS.

64 Hic de magistratu secūda scilicet p̄te reipublicę, quę nūero 55 adducta est: & p̄se
65 quitur, dū quirēdo ea quę deinceps sūt discutiēda. ¶ Qui ciuiles magistrat⁹ sūt
nūcupādi. & excludit quosdā ab huiusmodi nūcupatōe: q̄uis sint à multitudine
aut sorte, aut electiōe desūpti. vt sacerdotes, choragi, p̄cones, legati, dux belli,
puerorū & mulierū institutores, qui pedonomi & gyneconomi appellātur, dispēsatores vt si
tometrę qui frumēta metiūtur, annonā'q; dispēsant, administratorij vt cū ad administratio-
nes aliquas, serui etiā (si abūdāt, paulóq; fuerint opulētiores) eligūtur. Diffinit'q; magistra- Quid magistratus.
tus: eos videlicet p̄prie magistrat⁹ esse dicēdos, quibus in republica deliberādi, iudicādi, &
iubēdi est facultas, & maxime iubēdi. nā iubere: cęteris imperiosius est. verū non vult vt de
vocabulo, qui p̄prie & qui improprie magistratus dicātur, magnā agitemus cōtentionem.
66 quia huiusmodi cōtrouersia: paruū ad rē nostrā pōdus habet, paruū'q; momētū. ¶ Trāsit ad
aliā inquisitionē, & magis quidē intelligētia dignā: quales, & quot magistratus necessarij ci-

uitati,& quales necessarij,sed ad studiosū reipublicæ statū haudquaq̄ vtiles, & circa omnē
ciuitatē & maxime paruas,hęc dubitari possunt. ℭPrimū:generali respōsiōe diluit:multos 67
esse oportere,& in magnis ciuitatib9 & in paruis,magistrat9.sed id interest:q̄ in magnis ci-
uitatibus vnūquēq; magistratū,ad vnū opus deputare oportet,& hominē vnū,vnicū gere-
re magistratū,ob multitudinē,quæ ad has obeūdas curas sufficit.sic'q; melius singula a sin-
gulis curātur:q̄ si in multis simul gerēdis magistratibus,cura distraheretur.in paruis autem
opus est:vt vnus & idē plures gerat magistratus,q'q; plures magistratus in paucos cōferā-
tur.alioqui si in multos (illis deficiētibus) nō esset ob ciuiū paucitatē,qui illis in magistrati-
bus succederēt.prętere a magnis ciuitatib9 op9 est,sępe eosdē innouare magistrat9:paruis
autē multo tēpore trāsacto.quare nihil ꝓhibet:multarū simul curarū,eosdē principatū ge-
rere.nō enī illę se curę impediūt.& ad hominū paucitatem:facere oportet magistrat9,tanq̄
lychnia cādelabris īposita.Verūtamē cū vn9 plures magistrat9 gerit,nō necessarij sed opti-
mi quidē,necessarij sūt iungēdi.sic enī illę curæ se minus impediēt. ℭTāgit multa:quę ci- 68
uilē,rerū'q; publicarū solertē indagatorē latere minime oportet.quæ ex determinatis parti:
& adhuc ex determinādis dilucidiora euadēt. ℭPręd icta respiciebāt cōmunes pluribus re- 69
buspublicis magistrat9:hic autē de ꝓprijs magistratib9,& qui vni soli reipublicæ cōueniūt.
& ostēdit præcōsultorē esse paucorū potentię:cōsiliū autē populare.& illā pręcōsultādi po-
testatē expedire paucorū potentię:atq; præcōsultationē primū locū,primas'q; partes obti-
nere,vbi in republica vtrūq; & cōsiliū & pręcōsiliū (vt ita dicā) fuerit. ℭQ uāuis cōsiliū po- 70
pulare sit:nō tamē omni populari gubernationi cōpetit.nā in vltima populari specie:huius-
modi cōsiliū nō creatur,aut creatū dissoluitur. ℭDemū patefacit:si quis magistrat9 creatur, 71
qui curā honestatis puerorū,& mulierū,& huiusmodi,id esse reipublicę optimatū propriū,
neq; id populare,neq; paucorū potentiæ esse. ℭDe institutionibus magistratuū artificiose 72
tractat:trē'sq; assignat terminos,scilicet a quib9,ex quib9,& quomodo cōstituātur.ex quo-
rum cōmixtione,atq; cōpositione:omnes magistratuū modi cōprehendūtur. & quisq; horū
terminorū tres habet differētias.vt aut ab omnib9 sumūtur magistratus.aut ab aliquibus.
aut cū cōbinantur hęc:ab omnibus quidā,& quidā ab aliquib9.rursus vel ex omnibus insti-
tuūtur ciuibus,aut ex quibusdā.aut quidā ex omnib9,quidā vero ex quibusdā.Pręterea aut
omnes electiōe,aut omnes sorte.aut quidā electione,quidā vero sorte. Et vnaquæq; harū
differentiarū:quatuor rursus habet modos.vt aut ab omnib9 omnes sumūtur magistratus
electiōe.aut ab omnibus omnes sorte:& hęc vel ex cūctis simul,vel quasi particulatim per
tribus cōuentus,& societates,quousq; trāseat per vniuersos ciues.aut quidā ab omnib9 ele-
ctione,quidā sorte.aut quidā ab omnibus quorū pars quædā sortitur:pars vero eligit.Rur-
sus si a quibusdā sumātur magistratus:aut à quibusdā sumūtur ex omnib9 per electionē:aut
ex omnibus per sortē.aut ex quibusdā electiōe,aut ex quibusdā sorte.aut vtraq; cōbinādo:
ceu quosdā magistratus electione,& quosdā sorte.quare modi duodecim efficiutur:cū duo
seorsum cōbinantur. ℭAptat rebuspublicis hos cōstitutionū magistratuum modos.hi duo 73
modi,omnes magistratus ex omnibus esse cōstituendos electiōe,aut ex omnibus sorte,siue
partim electiōe partim sorte:popularis potentię sunt.at vero hi modi,nō omnes simul ma-
gistratus,sed ex omnibus cōstituere aut ex quibusdā siue electiōe siue sorte,siue vtroq; mo-
do:eius sunt quę respublica appellatur. isti vero quosdā ex omnib9 cōstituere,siue electiōe,
siue sorte,siue partim electione partim sorte,aut quosdā ex quibusdam siue electione,siue
sorte,siue vtroq; modo:paucorū potentiæ. Hi demū quosdā ex omnibus, & quosdam ex
quibusdā,siue electiōe,siue sorte,aut quosdā ex omnibus,aut quosdā ex quibusdā sed om-
nes electione:reipublicæ optimatū. ℭColligit,tot esse modos cōstituēdi magistratus: quot 74
ex cōbinatiōib9 superiorū modorū accipiūtur.qui secūdū respublicas:differūt.nā aliqui cō-
stitutionū modi:sūt popularis gubernatiōis,aliqui reipublicę,aliqui paucorū potentię,ali-
qui vero optimatis,ceu visum est.qui vero modi,quibusq; rebuspublicis cōpetāt,& quomo
do faciēdę erūt cōstitutiōes,pariter cū potestatibus magistratuū,& quinā illi erūt magistra-
tus:in sexto fiet manifestum.Potestatem magistratus voco: ceu circa redditus authorita-
tem habere,& circa publicam custodiam.alia insuper species potestatis:vt authoritas atq;
dominium ducandi exercitus,& circa contractus rerum venalium.

ANNOTATIONES AD CAP. QVINTVMDECIMVM.

PRæterea festorū ꝓuisores. Huiusmodi festorū ꝓuisores,duces chororū in festis, 65
in nūptijs,in pōpis,gręce χορηγοί,latine vero choragi dicūtur,q̄ chororū,socie-
tatū'q; sint duces,tenētē'sq; primatū. ℭCōsistūt autē differētię in tribus terminis. 72
Termini magistratuū,differentię & modi:& cui speciei reipublicę quisq; modorū conueniat,
qui sexdecim sunt expressi:ex subiecta descriptiōe si quis attēdat,facile deprehēdi possint.

304

Tres termini differẽtiæ.		A QVIBVS		EX QVIBVS		QVOMODO
	1	Ab omnibus	1	Ex omnibus	1	Electione
	2	Ab quibuſdam	2	Ex quibuſdam	2	Sorte
	3	Ab oībus quidã & quidam ab quibuſdam	3	Ex oībus quidã & quidã ex quibuſdam.	3	partim electione partim ſorte

Cuiuſq; 4. modi								
	1	Ab oībus omnes	5	Ex oībus omnes	9	ex oībꝰ oẽs electõe	13	Ab oībꝰ electõe
	2	Ab omnibus quidã	6	Ex oībus quidam	10	Ex oībus oẽs ſorte	14	Ab oībus ſorte
	3	A quibuſdam oẽs	7	Ex quibuſdã omnes	11	Ex oībus parti electione parti ſorte	15	Ab oībꝰ pti electõe parti ſorte
	4	A quibuſdã quidã.	8	Ex quibuſdã quidã	12	Ex quibꝰ aut electione aut ſorte	16	A qbꝰ aut electiõe aut ſorte

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16
Populare	reipu. opti.	reip. opti.	pau.	pop.	rei. opti.	reip. opti.	pau.	opti.	popu.	reip.	pau.	opt.	popu.	reip. opti.	pauc.

¶ D iudicijs, iudiciorũ ſpeciebus, & de modis iudiciorum. Cap. XVI.

75 REliquũ ex tribꝰ eſt de iudicijs dicere. capiẽdi vero ſunt
iſtorũ modi per eãdẽ viã. etenim differẽtia iudiciorũ in
tribꝰ terminis: ex quibꝰ, & de qbꝰ, & quomodo. dico au
tẽ qbus: vtrũ ex õnibꝰ vel ex quibuſdã. De quibꝰ: quot
ſunt ſpecies iudiciorũ. quomodo: vtrũ per ſortẽ vel per
76 electionẽ. ¶ Primo igitur diſtinguamꝰ quot ſũt iudicio-
rum ſpecies. Sũt autẽ octo numero. vna: ratiões repoſcere. Altera: ſi publi 1 2
ce quis cui iniuratꝰ ſit. Alia: quod ad ſtatũ ciuitatis pertinet. Quarta: ex 3 4
magiſtratibꝰ & priuatis hominibꝰ, quęcũq; circa pœnas verſatur. Quin- 5
ta: de priuatis cõtractibꝰ, habẽtibꝰ magnitudinẽ. Ac pręterea de homici- 6
dijs: & peregrinis. Homicidijs rurſus ſpecies: ſiue in ipſis iudicijs ſiue in
alijs ex ꝓuidẽtia fecerit vel inuitꝰ, & quotcũq; cõfitemur quidẽ facta ſed
de iure cõtrouerſiã facimus. & quęcũq; pro homicidio, profugis circa re-
ditũ ſtatuũtur. vt Athenis dicitur, & id quod eſt ad putei mulctã, iudi- Athenę.
ciũ. Cõtingũt autẽ talia in omni tẽpore pauca, & in magnis ciuitatibus.
¶ De peregrinis autẽ vna pars eſt. ſi peregrinꝰ cõtra peregrinũ agat. alte- 7
ra: ſi peregrinꝰ cõtra ciuẽ. eſt inſuper vltra hęc omnia: de paruis cõtractibꝰ 8
cognitio qui dragmas quinq; aut nõ excedãt, aut parũ. Oportet enim de
his ius dici: nec incidit in iudicũ multitudine. Sed omittamꝰ de his, & de
homicidijs, & de peregrinis: dicamus autẽ de ciuilibꝰ, de ijs inquã in qui-
77 bus ſi nõ recte iudicetur, ſeditiões gignũtur ac rerũpublicarũ motꝰ. ¶ Ne
ceſſe eſt enĩ: vel omnes de omnibꝰ ſupradictis iudicare electione vel ſorte,
vel omnes de omnibꝰ parti ſorte parti electiõe, vel de quibuſdã eorũ ali-
quos parti ſorte parti electiõe aſſũptos. hi ergo modi nũero ſunt quatuor.
Totidẽ autẽ alteri: qui ſecũdũ partẽ. rurſus enĩ ex quibuſdã: & qui iudi-
cant de omnibus per electionẽ, aut ex quibuſdã de omnibus per ſortẽ, vel
parti ſorte parti electiõe, vel quædã iudicia de eiſdẽ ex ſortitis & electis.
78 Iſti ergo (vt dictũ eſt) ſũt modi in pręcdictis. ¶ Inſuꝑ eadẽ cõduplicata: di-
co autẽ vt quædã ex omnibꝰ, quędã ex quibuſdã, quędã ex vtriſq;. ceu ſi

eiuſdẽ iudicij eſſent alij ex omnib⁹, alij ex quibuſdã, vel per ſortẽ, vel per electionẽ, vel ex ambob⁹. quot igitur modi iudiciorũ eſſe poſſunt: dictũ eſt. Horũ autẽ prima: popularia ſunt, quæcũq; ex omnib⁹ vel de omnib⁹. Secũda vero: paucorũ potentię quęcũq; ex quibuſdã de omnibus. Tertia optimatũ & ciuilia, quæcũq; partim ex omnibus partim ex quibuſdam.

SEXTIDECIMI CAP. COMMENTARIVS.

NVmero 55 tres partes rerũ publicarũ poſuit: cõſultationẽ, magiſtrat⁹, iudicia, 75
exacta duarũ primarũ determinatione, primæ quidẽ numero 56 ſecũdæ 641
hic de tertia agit, ponẽs tres terminos, ex quib⁹, de quib⁹, & quomodo, ad cõ
prehẽdẽdos eodẽ artificio iudiciorũ modos, quo & deprehenſi ſunt magiſtra-
tuũ modi. termin⁹ ex quib⁹: reſpicit an ex omnibus ciuib⁹ ſumãtur iudicia, an
ex quibuſdã. de quib⁹: reſpicit ea circa quæ verſantur iudicia, quæ profecto tot ſunt, quot iu-
diciorũ ſpecies. quomodo vero: vt in magiſtratib⁹, ſortẽne an electione iudicia fiãt. ❡Octo 76
2 1 iudiciorũ ſpecies. Prima eſt: de repetũdis rerũpublicarũ adminiſtrationibus. Secũda de pu-
4 3 blicis iniurijs. Tertia: de ijs quę ad rempublicã pertinẽt. Quarta: de cõtrouerſijs ratione dã-
5 ni & magiſtratuũ & priuatorũ. Quinta: de priuatis cõtractib⁹, magnitudinẽ quidem habẽ-
8 7 6 tibus. Sexta: de homicidijs. Septima: de peregrinis. Octaua: de prauis dragmalibúſq; cõtra-
ctib⁹: vt qui quinq; dragmas, aut paulo amplius nõ excedãt. in quib⁹ quidẽ: nõ opus eſt iu-
1 dicũ multitudine. Species iudicij de homicidijs: rurſus diuiditur. nã vna ſpecies eſt: cũ iudi-
2 catur de homicidijs prouidẽtia, electione ſpontẽq; perpetratis. Alia: de homicidijs, quæ quis
3 fecerit inuitus. Tertia: de homicidijs quæ facta cõfitentur: iure tamen, an iniuria id factũ ſit,
4 in cõtrouerſiam venit. Quarta: de profugis & exulibus ob perpetratũ homicidium, cum re
1 uerſi deprehendũtur. Species iudicij de peregrinis in duas ſecatur. Prima eſt: cũ peregrinus
2 agit in peregrinũ. Secunda: cũ peregrinus in ciuẽ. ſed nunc miſſum faciamus dicere de homicidijs, & de peregrinis: & de illis præcipue intendamus, quæ rempublicam concernũt, & quibus nõ rite diſpoſitis ſeditiones oriũtur, & rerũbublicarũ motus. ❡Ponit octo modos 77
iudiciorũ. quatuor vniuerſales, quãdo omnes iudicãt: & quatuor particulares, quãdo quidã iudicãt. quatuor vniuerſales ſũt. nã aut omnes de omnib⁹ ſupradictis iudicãt electione. aut omnes de omnib⁹ ſorte. aut omnes de omnib⁹ parti electiõe parti ſorte. aut omnes de quibuſdam, hi quidẽ electione illi ſorte. Quatuor particulares. aut enĩ quidã de omnib⁹ iudicãt electione. aut quidã de omnibus ſorte. aut quidã de omnib⁹ partim electione partim ſorte: aut quidam de quibuſdã, aut hoc aut illo modo. ❡Dat modos cõplicatiores ex pręceden- 78
tibus. vt cũ quidã in eodẽ iudicio ſunt ex omnib⁹ ſorte, & quidã ex quibuſdã electione, aut cõtrá, aut vtroq; modo permixtũ. & hi, tótq; ſũt modi: qui ſumi poſſũt circa iudicia. ❡Vult 79
primos modos, id eſt vniuerſales eſſe iudiciorũ popularis gubernatiõis: ſecũdos autẽ & particulares paucorũ potẽtiæ, & tertios qui dicti ſunt cõplicatiores, quia & vniuerſales & particulares claudãt, miſceantq; & cõtemperẽt: reipublicæ eſſe, & optimatis. Litera peruia ſatis.

ANNOTATIONES AD CAP. SEXTVMDECIMVM.

NEceſſe eſt enim vel omnes. Modos iudiciorum: ex ſubiecta deſcriptione deprehendere, haudquaquam difficile fuerit.

	SIMPLICIORES MODI	
1	Omnes de omnibus iudicare electione	populare.
2	Omnes de omnibus ſorte	populare
3	Omnes de omnibus partim electione partim ſorte	reipublicæ opti.
4	Omnes de quibuſdam, hi electione hi ſorte	reipublicæ opti.
5	Quidã de omnibus electione	paucorum
6	Quidã de omnibus ſorte	paucorum.
7	Quidã de omnibus partim electione partim ſorte	pauco.
8	Quidã de quibuſdam, hi electione illi ſorte	pauco.
	COMPLICATIORES MODI.	
9	Quidam ex omnibus electione & quidã ex omnib⁹ ſorte	reipublicæ & optimatis.
10	Quidã ex omnib⁹ ſorte & quidã ex aliquib⁹ electione	reipub. opti.
11	Quidã ex oĩbus & ex quibuſdã parti electione parti ſorte	reipu. opti.

QVINTI POLITICORVM ARISTOTELIS FINIS.

QVINTVS POLITICORVM ARISTOTELIS.

De causis mutationum rerumpublicarum, rebuspublicis, inæqualitate, æqualitate, iusto & stabilitate. Cap. I.

1 DE alijs quidem omnibus, de quib⁹ dicere pro-
posuimus: fere dictum est. ex quibus autē mu-
tantur respublicæ, & quot ea sint & qualia, &
quænam sint singularum rerumpublicarum
corruptiones, & ex qualibus in quales maxi-
me mutantur, pręterea quę remedia & genera-
liter & specialiter cuiusq;, & per quæ maxime
conseruari possit vnaquæque rerum publica-
rum: considerandum post ea quæ dicta sūt, de-
2 inceps erit. Oportet autem prius illud prin-
cipium assumere: quod plures sint formæ rerumpublicarum. & confi-
tentur quidem omnes iustum, & secundum proportionem æquale: sed
aberrant ab eo, vt est antea dictū. nam populus constat ex ijs, qui cum Tertij 15
sint secundum quid æquales: putant se simpliciter pares esse. pauco-
rum vero potentia ex ijs, qui cum præstent aliqua re, sintq; inęquales:
se in cunctis præstare arbitrantur, inæqualésque esse. opibus enim su-
perantes: simpliciter existimant superare. deinde vero alij quasi pares
existentes in cunctis: dignum putant se parem portionem habere. hi
autem quasi superiores sint: maiora sibi competere arbitrantur. maius
enim inæquale. habent igitur omnes secundum quid iustum: sed sim-
3 pliciter aberrant. Et ob eam causam: quando non pro opinione sua
vtrique reportent de republica: seditiones concitant. Omnium vero iu-
stissime hoc facerent, qui virtute praecellunt: qui tamen minime om-
nium id faciunt. Nam id simpliciter rationabile est: vt hi soli pręferan-
tur, habeantúrque inæquales. Sunt autem quidam, qui præstantes
genere: plus habere se dignos putant. videntur nobiles esse illi: quo-
rum maiores virtute, & diuitijs præditi fuere. hinc principia & fontes
4 (vt ita dixerim) seditionum oriūtur. Quapropter & mutationes me-
rito fiunt: quandoque ex præsenti statu ad alium. ceu ex populari gu-
bernatione ad paucorum potentiam, vel ad popularem ex paucis: vel
ad rempublicam optimatem ex illis, vel ad alias ex istis. quandoque
præsentem gubernandi formam non quærunt mutare: sed in ea per-
manentes per se illam suscipiunt: vt paucorum potentiam, vel mo-
narchiam. Insuper circa magis & minus: ceu vel paucorum poten-

tiam existentem magis extendere vel coercere, vel popularem statum ampliare vel restringere, eodémque modo de alijs speciebus ampliandis vel restringendis. adhuc autem in parte aliqua reipublicæ mouenda: ceu magistratum quendam de nouo inducere: vel remouere.
Lacedæmonij. Lysander. Pausanias. Epidamni. vt apud Lacedæmonios ferunt aliquid Lysandrum tentasse regiam potestatem tollere: & Pausaniam regem, Ephoros. & Epidamni: respublica est mutata in parte. nam pro tribuum præfectis cōsiliarios creauerunt. in eo vero magistratu (quem Athenienses eliæam vocant) necesse est etiam eorum qui in republica versantur magistratus abire: cum quis suffragijs in magistratu creatur. Paucorum autem potentia erat: quod vnus in hac republica erat princeps. ¶Vbique enim: 5
Æquum numero. 3 2 1 propter inæqualitatem oritur seditio: disparibus tamen non existit proportio. perpetua enim potestas regia, iniqua foret: si esset in paribus. Omnino enim quærentes æquum: in seditiones incidunt. ¶At 6
Æquū pro dignitate. 4 2 1 enim duplex est æquum. vnum numero: alterum dignitate. numero quidem: ceu multitudine ac magnitudine idem, & æquum dignitate autem dico: id quod est secundum rationem. vt secundum numerum: æquali excedunt tria duo, & duo vnum. sed dico secundum rationem excedere duo, & duo vnum. nam duo pars æqua quaternorum, & vnum duorum. ambo enim medietas. ¶Fatentes autem sim- 7
Tertij 35 pliciter esse iustum id, quod est secundum dignitatem: contendunt, vt dictum est. Alij quia si in aliquo sint pares: se penitus pares esse existimant. alij quia si in aliquo præstant: in cunctis se superare arbitrantur. quam ob rem duæ præcipue fiunt gubernandi formæ: populus scilicet & paucorum potentia. nobilitatem enim ac virtutem: in verbis quidem omnes fere vsurpant. etenim qui reuera nobiles ac boni sint: nusquam centum reperiuntur, diuites autem multis in locis.
¶Simpliciter vero omnino secundum alterutram statuere æqualitatem: improbum est. Patet autem ex eo quod contingit. nulla enim huiusmodi rerumpublicarum recipit stabilitatem. Causa vero huius: quia impossibile est ex primo errore in principio commisso, non euenire ad extremum aliquid mali. quare opus est partim arithmetica æquitate vti: partim ea quæ est secundum dignitatem. ¶Veruntamen 8 9
tutior est ac minus seditioni subiacet popularis gubernatio, quàm paucorum. Nam in paucorum gubernatione duæ gignuntur seditiones. vna inter se ipsos: alia ad populum. in gubernationibus autem populi: vna tantum seditio fit, ad paucorum potentiam. ipsis vero inter se (quod quidem dignum dictu sit) non accidit seditio populi. ¶Insuper mediocrium hominum gubernatio, propinquior est populari gubernationi, quàm illi quæ paucorum: quæ quidem est magis tuta, quàm aliqua huiusmodi rerumpublicarum.

PRIMI CAP. QVINTI POLITICORVM COMMENTARIVS.

1 QVae & quot sunt causę mutationum rerũpublicarũ,& corruptionũ earũ,& quę remedia quibus saluentur,cõtineantúrq; nondũ dictum est. fere autẽ de cũctis alijs vniuersis,de quibus determinare proposuerat:in præcedentibus est dictũ. iccirco non ab re de huiusmodi rerũpublicarũ mutationibus ,corruptionibus,
2 medelis'q; ac remedijs:determinatio est suscipienda. ¶Ad memoriã reuocandas esse vult,species rerũ publicarum:quæ generaliter numero 29 tertij, specialius autẽ numero 15 quarti,& sequẽtibus,& quonã pacto popularis gubernationis & paucorũ potentiæ
3 non sit iustũ simpliciter,sed secundum quid:numero 35 tertij iam cognitum est. ¶Inæqualitatem,primã esse causam atq; originẽ mutationũ rerũpublicarũ. quando enim non vtraq; pars & opulentorũ & inopum,pro opinione sua ęquale in republica reportãt:seditiones cõ
4 citant,seditione autẽ respublicæ mutãtur. ¶Respublicas vario modo mutari:aliquãdo de specie in oppositã,aut alterius generis speciem,aliquando secũdum maius & minus, & aliquando qui seditiones agunt nequaq̃ rempublicam mutare volunt,sed ad eam dũtaxat ad
5 mitti. Litera de se conspicua. ¶Quanq̃ ita est ꝙ in omni republica propter inæqualitatem oriri seditionem contingat:attamen in ęqualibus proportio est.nam perpetuũ regnũ æqualibus inæquale est.fieri tamen potest vt id sit pro dignitate.incidunt enim in seditiones. qui
6 quærunt omnino,totaliterq; æquum. ¶Duplex æquum. vnũ numero quod quidem mediũ est arithmeticũ,idem atq; ęquale multitudine,aut magnitudine:alterũ pro dignitate ęquũ, quod geometricũ,& in rationũ proportionũ'q; æqualitate cõsistit. de vtroq; oppido q̃ abũ
7 de dictũ est:in annotationibus circa tertiũ caput quinti Ethicorũ & sequentiũ capitũ. ¶Ob has duas æqui species:duæ præcipuæ se declarant gubernandi formę, paucorũ potentia & popularis gubernatio. nam æquum:iustum vtraq; ponit. sed paucipotentes:æquũ quod pro dignitate & geometricũ iustũ ponũt,illudq; sibi falsò arrogãt. quia reuera,neq; boni neq; digni:tametsi diuites sint,& nobilitatis opinione prætumidi. populares autem:iustum dicunt æquũ,& numero,& arithmeticũ. quod æque sibi falsò ascribũt. nõ enim si in aliquo ęquales:
8 iccirco in vniuersis & omnino æquales existant. ¶Iustum statuere in republica,aut omnino secunũ æqualitatẽ geometricã & pro dignitate vt volunt paucipotentes,aut omnino secũdum arithmeticam & in numero ceu volũt populares:prauum est. Sed partim arithmetica æqualitate,partim geometrica:vtendũ est. quia cum iustũ ab altera tantũ harũ æqualitatũ desumitur:respublica stabilitatẽ non habet,sed varijs quatitur motibus,ac seditionibus,necesséq; tandem est ex huiusmodi errore ab exordio admisso, vt tandem in grandẽ quandã
9 perniciem respublica deuoluatur. ¶Quanq̃ ita est:stabilior tamen popularis gubernatio q̃ paucorũ potentia. Primo. quia in paucorũ potentia:duæ seditiones oriũtur,& paucorũ potentum inter se & ad populum:in populari autem gubernatione, vna, populi aduersus paucos potentes. inter se enim non oritur seditio:quæ mẽtione digna sit. ¶Secundo. popularis gubernatio magis accedit ad gubernationẽ mediocriũ hominum, quæ omnium stabilissima est quàm paucorum potentia. nimirum igitur si popularis:& stabilior & securior, quàm paucorum potentia est.

ANNOTATIONES AD CAP. PRIMVM QVINTI POLITICORVM.

IN quinto hæc. mutationes rerumpublicarum, medelæ, durationes. De mutationibus & medelis:inæqualitas, seditiones, causæ seditionum, medelæ, mutationes popularis gubernationis, mutationes paucorum potentiæ, mutationes optimatum, medelæ, magistratus saluandæ reipublicæ aptus, mutationes regni, medelæ regni, & retentio tyrannidis. De inęqualitate:ab 1 de 10 numerum. de seditionibus: à 10 ad 14. de causis seditionum : à 14 ad 15. de medelis seditionum : à 15 ad 19. de mutationibus popularis gubernationis : à 19 ad 24. de mutationibus paucorum potentiæ, à 24 ad 35. de mutationibus optimatum : a 35 ad 42. de medelis mutationum harum rerumpublicarum : a 42 ad 62. de magistratu apto : à 62 ad 72. de mutationibus regni: à 72 ad 92. de medelis & retentione tyrannidis : a 92 ad 128. de durationibus: à 128 ad cal
4 cem libri. hinc sectionis libri in cap. 12 : ratio. ¶In eo vero magistratu: quem Athenienses

eliæam vocant, Græci de eo magistratu ita, ἡλιαία τὸ μέγα δικαστήριον ἐν τῇ ἀττικῇ, καὶ οἱ
δικασταὶ ἡλιασταὶ ἐκαλοῦντο. ἡλιαία βουλὴ συνεστῶσα ἐξ ἀνδρῶν χιλίων. Eliæa magnum
prętorium Atheniense, & iudices eliastæ vocabantur. Eliæa consilium constitutum ex mille
Leonardus viris Leonardus habebat. Apud Elienses vero, necessariũ est illorũ etiam qui versantur in
republica: dignitates vadere, quando creatur magistratus aliquis. & in aliquibus exemplari-
Aristoteles. bus: apud Dienses. sed arbitror vitio scriptorum. verum Aristoteles sic, ὡς δὲ τὴν ἡλιαίαν
ἐπαναγκὲς εἶναι. ἔτι τῶν ἐν τῷ πολιτεύματι βαδίζειν τὰς ἀρχάς. ὅταν ἐπιψηφίζεται ἀρχὴ τίς
καὶ τὰ λοιπά. & quia parum intelligibile erat, eo modo quo posuit Leonardus: immutatus
est hic locus, ad literæ Græce intelligẽtiam. ¶Vbiq; enim propter inæqualitatem oritur se- 5
ditio: disparibus tamen non existit proportio. Aliter q̃ hic habeatur in numero huic literæ
Leonardus respondenti: expositum est, propter ambiguitatem particulę ὁυμὴν. quã Leonardus negati-
ue accepit: ego vero aduersatiue, & non negatiue. nam ex Suda ὁυμὴν ἀλλάμην etiam desi-
gnat. ἀλλαμὴν autem nostri: attamen, aut quippiam simile exponunt. Aristoteles sic habet,
πανταχοῦ γὰρ διὰ τὸ ἄνισον ἡ στάσις. οὐμὴν τοῖς ἀνίσοις ὑπάρχει ἀνάλογον. ἀΐδιος γὰρ βασι-
λεία ἄνισος ἐὰν ᾖ ἐν ἴσοις. quod ad verbum. vbiq; enim propter inęquale seditio: attamẽ in-
æqualibus inest proportionale. nam perpetua regni potestas, inæqualis: si sit in æqualibus. &
plane dubium esse possit: an id velit quod in litera exposuit. verum vt aduersatiua particu-
la est: rectius quadrare videtur intelligẽtiæ, q̃ si intelligatur particula esse negatiua. regni enĩ
potestas inæqualis est ad æquales. nam regis ad ciues: qui inter se sunt æquales, sed regi in-
æquales. vtrum hoc an illo modo rectius sit: alij amplius diiudicent. litera tamen dimissa est
vt erat: propter ambiguitatem (vt dictum est) dictionis ὁυμὴν. ¶Veruntamen tutior est ac 9
minus seditioni subiacet. Id summopere de primis speciebus popularis gubernationis cer-
tum. in vltima enim, in qua sunt populi ductores: seditiones crebræ exoriuntur.

¶De seditionibus paucorum & popularium, pro quibus rebus seditiones oriantur, & de causis earum. Cap. II.

CVm vero cõsideremus quibus de causis seditiones, mu- 10
tationésq; rerumpublicarũ eueniũt: capiẽda sunt primo
vniuersaliter principia, & causæ eorũ. Sunt autẽ fere (vt
ita dicam) tria numero: de quibus primo secundũ se suc-
cincte determinandũ est. videre enim oportet: queadmo-
dum dispositi ad seditiones deueniunt, & quarũ rerum
gratia, & tertio quæ sunt principia ciuiliũ turbationũ, ac seditionũ inter
ciues. ¶Quòd quidẽ igitur disponantur ad res nouas appetẽdas: illa est 11
potissima causa, de qua iã diximus. hi quidẽ quia pares esse volũt ijs, qui
plus habent: nisi hoc sit, seditiones cõcitant. illi vero (quia inæqualitatem
affectant & excessum) si se arbitrãtur nõ plus habere cum sint inæquales,
Causæ sed æquale aut min⁹: adeque seditiosi sint. hęc autẽ quãdoq; iuste cupiũ-
1 Lucrum tur: quãdoq; iniuste. Inferiores quidẽ vt pares sint, seditiones moliũtur.
2 Honor & pares qui sunt: vt pręstẽt. Queadmodũ igitur dispositi sunt, qui res no-
3 Iniuria uas seditionésq; quærunt: dictũ est. ¶Res autẽ pro quibus, seditionibus 12
4 Metus contẽdũt: sunt lucrũ & honor, atq; his cõtraria. dedecus enim & damnũ,
5 Excessus vel ipsorũ vel amicorũ fugiẽtes: seditiones in ciuitatibus agũt. ¶Causæ 13
6 Cõtemptus. vero ac principia motionũ vnde ipsi ita disponũtur, & pro ijs quæ dixi-
7 Incremẽtũ p̃ter ꝓportionẽ mus: sunt vt septẽ, sunt etiã vt plura. quorũ duo sunt eadẽ cum illis quæ
8 Verecundia. dicta sunt: non tamẽ eodẽ modo. propter enim lucrũ, & propter honorem
9 Negligentia. irritantur inuicẽ: nõ vt acquirãt sibi ipsis (vt dictũ est prius) sed quia vi-
10 Paruitas. dent alios partim iniuste, partim iuste plus in ipsis habere. Insuper pro-
11 Dissimilitudo pter contumeliã, propter metũ, propter præpotentiã, propter cõtemptũ,
12 Extrinsecum propter incrementũ excessiuũ. præterea & alio modo propter verecũdiã,

propter negligentiam, propter paruitatem, propter dissimilitudinem.

SECVNDI CAP. COMMENTARIVS.

10 TRia secundum se & seorsum: primo figura, rudi'q; discussione determināda. prí
mum quo pacto affecti: seditiones mouent. Secundū, quarum rerū gratia: illas
excitāt. Tertium, quæ sint principia & causæ turbationum & seditionū inter ci-
11 uēs. ¶Hic de primo. affecti sunt ad seditiones inopes: qui diuitibus pares esse 1 Lucrum
volunt. diuitésq; ac potētes qui cum inæqualitatē affectent, se semper minus 2 Honor
q̄ debeant habere putāt. insuper ij qui cum sint æquales: ambiunt, præstaréq; volunt. omnes 3 Iniuria
enim hi: nisi id fiat ad quod mens insana, irrationalis'q; appetitus eos pertrahit, seditiones 4 Metus
12 cōcitant, atq; mouent. ¶De secundo. ea cuius gratia seditiones mouēt, sunt lucrum & ho- 5 Excessus
13 nor, vt illa adipiscantur: & eorū contraria damnū scilicet & dedecus, vt illa vitent. ¶De ter- 6 Contemptus
tio. principia & causæ huiusmodi turbationū ac seditionū inter ciues: sunt vt septē, sunt vt 7 Incremētū p̄ter ꝓportionē
plures. septē sunt: lucrum, honor, iniuria, metus, contēptus, excessus, incremētū debitā pro- 8 Verecundia
portionem excedens. Adduntur alio modo & hæc quatuor: verecūdia, negligētia, paruitas, 9 Negligentia
dissimilitudo ob verecundiā, negligentiā, & paruitatē, pauxillúmq; mutationis sensim irre- 10 Paruitas
pens: mutātur respublicæ absq; seditione & motu. Et lucrū & honor, quādo sunt ea pro qui- 11 Dissimilitudo
bus seditionibus contendunt: mouent animos seditiosorum, vt illa ipsi adipiscantur. quan- 12 Extrinsecum
do vero principia & causæ seditionum: irritant ciues indignatione aut inuidentia, cum hi vi
dent se inhonoratos, illos autem honoratos. Litera satis aperta est.

ANNOTATIONES AD CAP. SECVNDVM.

13 PRopter enim lucrum & propter honorē quæ hic annumerat: vndecim sunt. ve-
rum adijciet postmodū extrinsecā causam, vt numero 86, quæ adiecta numerū
perficiet 12. ¶Propter paruitatem. Propter id quod sensim & parumper repit. quando à republica aliquid parum demitur, & toleratur (quia latet aliquid momēti habere ad tollendam rempublicam) deinde permittitur quippiam pauxillulum demi, sic latenter irrepit reipublicæ malum, tandémq; ad id perducitur, vt aut tollatur, aut in magno versetur discrimine.

¶De causis vndecim seditionum, declaratio. Cap. III.

14 HOrum autem contumelia & lucrum quā habeant vim, Pria causa.
& quot seditionum causæ: ferè est manifestum. cōtume- Iniuria.
lia enim & auaritia eorum qui gubernāt: homines pro- Lucrum.
uocantur ad seditiones contra illos, & cōtra statum reipublicæ quæ ista fieri patiatur. auaritia vero quandoq; ex priuatis rebus fit: quādoq; ex publicis. ¶De hono- Honor.
re etiam clarum est: & quid valeat, & quomodo causa sit contēdendi. ipsi enim inhonorati & alios honoratos cernentes: seditionem aggrediuntur. Hæc autem iniuste quidē fiunt: cum præter dignitatē honorātur quidā, Hęc: honorationes & inhonorationes.
vel inhonorātur. iuste vero: cum secundum dignitatē. Propter præpotentiam autem: quādo quis maior sit & potentior, vel vnus vel plures, q̄ secundum ciuitatē & potentiā reipublicæ. consueuit enim ex talibus: fieri Excessus.
vnius dominatio, vel gubernatio violenta. Quapropter quibusdā in locis ostracismo vtūtur: ceu Argis & Athenis. atqui melius erat ab initio prouidere: ne in huiusmodi potentiā augeri homines permitterentur, q̄ post, Argi. Athenięses
cōtra auctos, remedium quærere. ¶Propter metum vero ad seditionem 5 Metus.
deueniunt: qui formidant ob maleficia cōmissa ne pœnas dent, & hi contra quos paratur violentia, præuenire volentes, priusq̄ malum patiātur. vt apud Rhodū: nobilitas cōtra plebē insurrexit metu iudiciorū, quæ sibi parabātur. ¶Propter contēptum vero ad seditiones deueniūt & insur- Rhodij.
gunt, ceu in paucorū potentia: quādo plures sunt illi qui à republica excluduntur. potētiores enim se putant. Et in populari statu, opulenti con- 6 Contēptus

temnentes inordinationẽ & malã administrationẽ eorum,qui rempubli-
Thebani. cam gubernãt.ceu apud Thebanos post pugnã in Onophytis cõmissam:
Onophyti. mala gubernatione,popularis status interijt. Et in Megarensibus:cũ per
Megarẽses. inordinationẽ & magistratuũ negligentiã superati sunt. Et Syracusis an-
Gelon tyrã- te Gelonis tyrannidem. Et Rhodij populus antequã cõtra insurgeretur.
nis.
Rhodij. ¶Fiunt etiam propter incrementũ excessiuum mutationes rerũpublica-
7 Incrementũ rum.vt enim corpus ex partibus suis cõstat,& oportet eas simul pro mo-
præter pro- do quãq; suo crescere,vt commensurationis maneat harmonia, ac nisi hoc
portionem. fiat corrumpitur(ceu quãdo pes quatuor cubitorũ sit,cæterum vero cor-
pus duorum palmorũ longitudinẽ habeat:interdum etiã in alterius ani-
malis figurã trãsire queat,si non solum quãtitate,verum etiam qualitate
immoderatũ fieret incremẽtum) ita & ciuitas ex partibus constat,quarũ
interdum aliqua latenter succrescit,ceu egenorum hominũ multitudo in
popularibus gubernationibus & rebuspublicis. contingit vero quãdoq;
Tarentini id per fortunã: velut apud Tarẽtum,cum superati prælio ab Iapygensi-
Iapyges. bus, nobilitatis magnam partẽ amisissent (fuit autem id prælium paulo-
Medi.
Græcia. post id tempus: quo Medi Græciam inuaserunt) ad popularem statũ ex
Argiui. republica est facta mutatio.& Argiui post cædem suorum in hebdoma à
Hebdoma. Cleomene Spartiata factã:coacti sunt inquilinos quosdã ad rempublicã
Cleomenes
Athenæ. recipere. Et Athenis,cum terra male pugnaretur aduersus Lacedæmoni-
Lacedæmo- os: nobilitas attenuata est,cum ex descripto se submittere ad bellum coge
nij. retur.cõtingit autem hoc in popularibus gubernationibus: rarius tamẽ.
Pluribus enim diuitibus exsistẽtibus,vel diuitijs in pluribus auctis:mu-
8 tatio fit in paucorum potentiã atq; potentatũ. ¶Mutantur etiã respubli-
Verecũdia. cæ,absq; seditione:propter verecundiã.vt in Herea. cũ enim per electionẽ
Herea. sumere magistratus solerẽt:postea sortiti sunt,ex eo quòd electiones eorũ
9 Negligẽtia. in homines turpes,pudendósq; cadebãt. ¶Est propter negligentiã:quan
doq; sinunt ad summas potestates eos assumi, qui non sunt amici status
Horeum. eorum.per quẽ quidem modũ:apud Horeum euersa est paucorũ guber-
Heracleo- natio,per Heracleodorum, qui magistratũ nactus, gubernationẽ ciuita-
dorus. tis ex paucorum potentia ad popularem statũ traduxit. ¶Insuper pro-
10 Paruitas. pter pusillum.dico autẽ pusillum: quãdo latet paulatim succrescẽs reipu
blicæ mutatio,quæ ad magnitudinẽ latẽter euadit,si negligatur id quod
Ambracio- pusillum. queãdmodũ apud Ambraciotas à paruo censu prius erãt ma-
tæ. gistratus. Tandem vero à nullo fuerunt,quasi nihil aut prope foret inter
11 parum & nihil. ¶Seditiones etiã cõcitant aduenæ:donec in eadem simul
Dissimilitu- conspiratione deuentum sit.vt enim non ex quauis multitudine cõstitui-
do. tur ciuitas: ita etiam neq; in quouis tempore. Quapropter quicunq; iam
inquilinos susceperunt aduenas:omnes ferè seditionibus iactati sunt.ceu
Sybaris. Sybarim:vnà cum Trezenijs,incoluerunt Achei. postea maiorem in nu-
Trezenij. merum crescentes Achei, Trezenios pepulerũt. vnde ortum odiũ est Sy-
Achei.
Thurij. baritis,& in Thurijs idẽ fecerũt Sybaritæ cõtra illos,qui eos receperant.
Sybaritæ.
Bysantij. nã plus habere volentes:quasi de suis agris pulsi sunt. Et apud Bysantiũ

aduenæ in oppreſſionem ciuium cõiurati: cognita re prælio & armis expulſi ſunt. Et Antiſſei:exules ex Chio ſuſceptos,tandẽ armis deijcere coacti ſunt. Antiſſei. Chios.
Zanclei vero qui Samios receperunt:mox ab eis ſunt propria ciuitate deiecti. Zanclei. Samij.
Apolloniatæ qui fuẽt in Euxino ponto:aduenis receptis,ſeditione agitati ſunt. Apolloniatæ. Euxinus pontus.
Et Syracuſani poſt tyrãnos expulſos:cũ hoſpites, & conductos milites feciſſent ciues, in ſeditionem & prælium inciderũt. Syracuſani.
Et Amphipolitæ:receptis Chalcidenſiũ colonis,pulſi tandẽ ab illis ſunt ferè omnes. Amphipolitæ. Chalcidenſes.
¶Seditionẽ autem concitant in paucorũ quidem potẽtia multitudo indigne ferens (quemadmodũ dictum eſt prius) ꝙ cũ ipſi ſunt pares, non æque honorãtur. Scda cauſa
In populari vero ſtatu nobilitas:ꝙ par fiat cęteris, cum ipſi ſint pręſtãtiores.
¶Incidunt autẽ quãdoꝗ in ſeditionẽ ciuitates propter ſitum:quãdo talis eſt locus,vt non ad vnã eandẽmꝗ gubernationem ſit aptus. Tertia.
vt Clazomenijs accidit, qui in Chytro habitant:cõtra eos, qui habitãt in inſula. Clazomenij Chytrus.
Et Colophonijs erga Notios. Colophonij Notij.
Athenis quoꝗ nõ eodem modo:ſed multo magis populares ſunt qui in Pyreo habitãt,quàm qui in vrbe. Athenę. Pyreum.
vt enim in prælijs tranſitus foſſarum, etiam ſi admodũ paruæ ſint, interrumpit ordines militum:ita in ciuitate diſſimilitudo omnis videtur diſſenſionem facere. Q uarta.
¶Maxime forſan diſſidet virtus & vitium, deinde paupertas & diuitiæ,& alia magis quàm alia:quarum rerum vna eſt illa,de qua diximus.

TERTII CAP. COMMENTARIVS.

14 DEclarat quo pacto hæc vndecim:lucrũ,honor,iniuria,metus,exceſſus,contemptus,incrementũ præter proportionẽ,verecundia,negligẽtia,paruitas,& diſſimilitudo:cauſæ ſint ſeditionum,turbationũmq; rerumpublicarũ. & diſſimilitudinem quadruplicẽ aſſignat. vnam inter incolas & peregrinos. ſolent enim diſſimiles eſſe:& habere diſſimiles viuendi modos. Secunda eſt populi & inſigniũ, quia populus vult eſſe ſimilis diuitibus & nobilibus:cum ipſis ſit diſſimilis. & contra opulenti volunt eſſe in omnibus egenis diſſimiles:cum illis in aliquo ſint ſimiles. Tertia. ratione ſitus loci:cuius pars vna apta eſt diſſimili gubernationi. Q uarta eſt diſſimilitudo virtute & vitio. & illa eſt maxima. & litera aliena luce non eget.

ANNOTATIONES AD CAP. TERTIMVM.

14 HOrum autẽ cõtumelia & lucrum:quam habeant vim. propter hæc duodecim: lucrum,honorẽ,iniuriã,metũ,exceſſum,cõtemptũ,incrementũ præter proportionem,verecundiã,negligentiã, ob id quod latẽter & paululũ inſerpit, diſſimilitudinem,& inſuper cauſam extrinſecã:motus,& rerũpublicarũ mutatiões fieri. Ariſtoteles ex ſuis ampliſſima affert teſtimonia, verum & ex noſtris hiſtorijs facile eſſet conſimilia cognoſcere. quod quia longum eſſet hic narrare,& intelligentiæ nihil præiudicat omiſſum: iccirco alterius ſoleŗtiæ relinquimus ex hiſtorijs noſtris colligendum.

¶De medelis,& documentis circa ſeditiones. Cap. IIII.

15 ORiuntur autem ſeditiones non pro paruis rebus:ſed ex paruis ad magna perueniunt. maxime vero etiã paruæ corroborantur: quãdo in principalibus fiunt. vt contigit Syracuſanis antiquitus. Syracuſani.
mutatus eſt enim ciuitatis ſtatus propter duos adoleſcẽtes:qui in magiſtratu conſtituti,ſimultatẽ inter ſe habuerunt,ex amatoria cauſa. altero enim abſente, alter(cũ ſodalis eius eſſet) puerum, quẽ amabat ſibi conciliauit. at ille reuerſus,cum id grauiter ferret: vxorem illius habere

studuit. ex hoc: omnes qui versabantur in republica, diuerso fauore diui-
Documētū serunt. Quā ob rem ab istis principatibus cauendū est diligenter: ac dissol
uendæ statim sunt eorum discordię, qui multum in republica possunt. in
principatu enim peccatur, principatus autem dicitur dimidium esse to-
tius. itaq paruum in principatu erratum: correspondens est ad alias par-
tes. omnino autem excellentiū virorum discordiæ: totam post se trahunt
Hestiæa ciuitatem. vt contigit apud Hestiæam: post popularem statum. duobus
enim fratribus de diuisione patrimonij contendentibus: vnus eorum qui
erat pauperior, quasi nō exhibente altero fratre bona omnia, neq thesau
rum quem pater inuenerat proferente, querebatur, ac populum in suos
fauores pertraxerat. alter vero qui diuitijs pollebat: locupletes sibi acciue
Delphi. rat. Et in Delphis ex affinitatis causa, contētione exorta: principium fuit
seditionum omniū, quæ postea fuerunt in ea ciuitate secutæ. hic enim cū
sibi triste auguriū incidisset: vt venit ad sponsam, suscipere illam noluit.
illi vero quasi spreti atq contempti, sacrorum quiddā (eo sacrificante) in-
Mitylene. iecerunt: atq vt sacrilegum accusantes, capite damnari fecerunt. ¶ Mity-
Athenieses. lene quoq seditio ex hæreditate coorta: magnorū malorū fuit origo. inde
Mitylenei. quoq bellum Atheniēsibus cōtra Mityleneos susceptū: in quo vrbs eorū
Paches. à Pachete duce capta fuit. Timophane enim quodā opulēto homine, vi-
Timophanes. ta functo, cum duæ filiæ superstites fuissent: Doxādrus quidā dari illas
Doxādrus. filijs in matrimoniū concupiuit. quod cum assequi nō potuisset, alios sibi
Athenieses. prælatos dolens: res nouas moliri aggressus: Atheniensibus quibus erat
Phocenses. publice hospes, bellum suscipere persuasit. ¶ Et apud Phocēses seditio
Mnasea. exorta est ex hæreditate inter Mnaseam Mnesonis patrē & Euthycratem
Mneson. Onomarchi. hæc seditio Phocensibus initium fuit eius belli, quod sacrū
Euthycrates. appellauerūt. ¶ Mutatus est etiam Epidāni ciuitatis status ex nuptijs,
Onomarchus. desponderat enim quis filiā. cum vero pater despōsatæ magistratū gerēs,
Epidānum. illi damnū irrogasset: quasi despectus, omnes qui præsenti ciuitatis statu
infensi erāt, per factionē ad se recepit. ¶ Fiunt etiā mutationes & in pau 16
Incremētū. corum potentia, & in populari statu, & in ea quæ appellatur respublica:
Ariopagus qui & martius vicus. ex eo quòd aliquod collegiū, vel aliqua pars ciuitatis famā sit vel augmē
tum maiorem in modū consecuta. Vt apud Athenienses, Ariopagi consi
Persæ siue Medi. lium per tēpora belli Persarum famā consecutū: seueriorē reipublicæ gu-
bernādi formā videtur fecisse. ¶ Et rursus Naualis turba, q causa victo-
Salamin. riæ Salaminensi bello fuisse videbatur, & ob eam victoriā principatū ma
Argiui. ris acquisisse ciuitati: popularem statum validiorē effecit. ¶ Et apud Ar-
Lacedæmonij. giuos, nobilitas q in prælio contra Lacedęmonios, apud Mantiniam vr-
Mantinia. bem cōmisso, magnā famam cōsecuta erat: popularē statum delere tenta-
Syracusani. uit. ¶ Et apud Syracusanos multitudo vrbana, q causa victorię belli ad-
Athenieses. uersus Athenienses videbatur fuisse: rempublicā mutauit ad popularem
Chalcidenses. statum. ¶ Et apud Chalcidēses, q simul cum nobilitate ad opprimendū
Phoxus. Phoxum tyrannū plebs insurrexisset: statim reipublicæ gubernationē su-
Ambracia. scepit. ¶ Et apud Ambraciam eodem modo, populus cū aggressoribus

Periandro tyranno expulſo:in ſeipſum gubernationem conuertit. Et om- Periander.
nino hoc latẽ re non oportet:quòd qui potentię cauſa fuerunt,ſiue priua-
ti, ſiue collegia publica,ſiue tribus, ſiue pars aliqua ciuitatis, ſiue quæ-
cunq; mutitudo,ſeditionem cõmouent.aut enim qui honori eorum inui
dent ſeditionẽ faciunt:aut ipſi propter præualentiam,par habere cum cæ
17 teris non acquieſcunt. ❡Mouetur quoq; reſpublica : quando partes illæ
ciuitatis, quæ contrariæ videntur eſſe, parificantur adinuicẽ(ceu diuites
& plebs)mediũ autẽ aut parum aut nihil omnino ſit.ſi enim queuis pars
ita robuſta fiat,vt ad id quod prædominabatur proxime accedat:poſthac
minime vult diſcrimina ſubire.quapropter & qui virtute præcellunt:nul
lam(vt ita dixerim)faciunt ſeditionẽ.paũci enim ſunt:alij vero permulti.
vniuerſaliter ergo in cunctis rebuſpublicis:initia cauſęq; mutationum ac
18 ſeditionum, in hunc modum fiunt. ❡Mutatur autẽ quandoq; reſpubli-
ca per vim:quandoq; per dolum.Per vim autẽ:ſtatim ab initio.aut poſt- Vis.
ea compellendo.verum enimuero fraus duplex eſt.nõnunq̃ enim decepti Dolus.
ab initio,ſua demum ſponte recipiunt alium gubernãdi modum: deinde
poſtea violente conſeruant.vt accidit cum quadringenti illi, Athenienſiũ Athenieſẽs.
rempublicam ſuſceperunt,affirmantes ꝙ Perſarum rex, pecunias ad bel- 400 Perſarũ rex,
lum contra Lacedæmonios ſubminiſtraret:ac in eo mentiti, nihilominus codex Græ-
poſtea vi retinere gubernationem conati ſunt. Interdum autem ab initio cus ſolum
perſuadentes.ac poſtea rurſum perſuaſis ſponte ac volentibus retinẽt gu- habet rex.
bernationem. Simpliciter ergo circa omnes reſpublicas: ex ijs quæ dicta Lacedæmo
ſunt,contingit mutationes fieri. nij.

QVARTI CAP. COMMENTARIVS.

15 DOcumẽta quatuor pro cõſeruatione rerumpublicarũ. Primum. ſtatim diſcor- 1
dias inter eos qui in magiſtratu ſunt eſſe ſedãdas . alioqui ex paruis rebus or-
tæ diſcordiæ : ad magnas,& magnarum rerum ſeditiones exurgunt. quod ſex
exemplis comprobat.duorum adoleſcentũ Syracuſis.duorum fratrum de di-
uiſione patrimonij contendẽtium apud Heſtiæam. propter ſpretam ſponſam
Delphis. Mytilene ob Timophanis filias Doxandri filijs in matrimonio negatas. Phocide
ob contentionem hæreditatis inter Mnaſeam & Euthycratem. Epidamni vero ob offenſio-
nem ſuſceptam à patre nurus. Verum hæc in ſuperiores cauſas reuocantur. in primo enim
iniuria. in ſecundo & quinto lucrum. in tertio,quarto,ſexto cõtemptus. ſed hæc vt intelligã
16 tur & vniuerſus literæ contextus:facillimum eſt. ❡Secundum:quando membrum aut pars 2
aliqua ciuitatis, ex claro aliquo facinore,famam conſequitur aut augmentũ,& omnino qui
potentiæ cauſa fuerint,ſiue priuati,ſiue collegia aliqua publica,ſiue tribus,ſiue pars aliqua
ciuitatis,ſiue quæcũq; multitudo:imminere tunc ciuitati ſeditionis periculum,ſeu pauco-
rum potentia,ſeu popularis gubernatio,ſeu ea quæ vocatur reſpublica fuerit. Nam aut illi
qui honori eorum inuident:ſeditionem faciunt.aut ipſi,propter præualentiam: par habere
cum cæteris non acquieſcũt. ſex declarat exemplis:de Ariopagi conſilio. de bello Salaminẽ-
ſi. de bello Argiuorum apud Mantiniam. De Syracuſano aduerſus Athenieẽſes. de oppreſſo
Phoxo tyrãno Chalcide: auxilio populi. de eiecto Periandro tyrãno ab vrbe Ambracia:ad-
17 iutore ſimili modo populo. cauſa omniũ horum exceſſus. ❡Tertium. Item ſi ſit popularis 3
gubernatio & diuitum,atq; inſigniũ potentia tantum creſcat,vt æquetur populo:aut ſi pau
corum potẽtia gubernatio ſit,increſcat autem populus,vt opulentis & nobilibus æquetur.
ſic vt nihil aut perparum interſtitij ſit atq; diſcriminis: ſeditionis periculum imminet. nam
partium quæcũq; proxime accedit ad eam quæ dominatur:quod reliquum eſt minime vult
pericula ſubire:ſed ſeditiones molitur. quare ab ijs qui virtute præcellunt:nulla (quod dictu
ſit dignum) ſeditio timenda eſt. Nam perpauci ſunt:alij autem perq̃ multi:& hæ cauſæ,non

modo paucorum potentiæ & popularis gubernationis: ſed vniuerſaliter cauſæ ſunt ſeditio-
4 num,& mutationum omniũ rerumpublicarũ. ¶Quartum. Reſpublicas mutari interdũ vi, 11
interdum fraude atq; dolo. & id bifariam: aut retenta gubernatione violente ac nolentibus ciuibus,aut ea retenta,ipſis quidem volentibus.& vis & dolus: ad iniuriam pertinent.

ANNOTATIONES AD CAP. QVARTVM.

IN principatu enim peccatur. principatus autem dicitur:dimidiũ eſſe totius.Id & 15
ita dici ſolet:in principio peccatur. principium autem dicitur dimidium eſſe totius.& reuera idem eſt:ſed cum pro principio ponitur principatus,res eſt ad latinorum intelligentiam pro re ſubiecta eueſtigio accõmodatior.at vero cum nomine principij vtimur: res eſt cõuenientior adagio.tametſi latini principia:principatus appellent atq; magiſtratus,conſuetudinem Græcorum ſequentes. Græci enim pro eo quod latini nunc principium,nunc principatũ,nunc magiſtratum dicunt: ſemper idem habent vocabulum τὴν ἀρχήν.quo & hic Ariſtoteles vtitur.inquit enim,ἐν ἀρχῇ γὰρ γίνεται τὸ ἁμάρτημα. ἡ δὲ ἀρχὴ λέγεται ἥμισυ εἶναι παντός.quare ſermo apud Græcos: aptior & ad materiã ſubiectam,& ad alludendum prouerbio.

¶De mutationibus, & modis mutationum popularis gubernationis. Cap.V.

Popularis gubernatio: in paucorũ potentiam.

SEd oportet in vnaquaq; ſpecie rerumpublicarum: hoc 19
idem conſiderare.Popularis ergo ſtatus:maxime recipit mutationẽ,propter eorũ hominũ perfidiã,qui ſunt ductores in populo. hi enim partim egregios quoſque opulentóſq; priuatim calumniando: conſpirare eos ſimul compellunt (cogit enim in vnum cõmunis metus: etiam eos,qui prius erant inimiciſſimi)partim quidem publicæ multitudini ſuggillãdo.& hoc ferè vbiq; in hunc modum fieri videmus. ¶Nam

Cous.

& apud Coum:popularis ſtatus interijt,ob prauitatẽ eorum, qui populum ducebant.nobilitas enim conſpiratione facta: regimen ciuitatis arripuit.

Rhodus.

¶Et apud Rhodum.ſtatutas enim ſtipendiorum pecunias,quæ cõductis militibus ſoluerentur: potentes quidã in populo pro ſe retinebãt. erátq; id impedimento quominus ea redderentur:quæ triremiũ debebantur præfectis.præfecti autẽ claſſis,cum pecunias non haberent,ac nihilominus nauigare ex lege cogerentur:veriti pœnam iudicij, cõſpirationem inierunt, ad popularem ſtatum euertẽdum. ¶Et apud Heracliã quoq;, populus oppreſſus eſt ilico poſt coloniarum emiſſionẽ:ob eos qui populi erant ductores.nam illi potentes in populo:illatis iniurijs,nobilitatẽ expulerunt.illi vero poſtea conſpirantes,& in vnum cõuenientes, in vrbem

Megarẽſes.

reuerſi:populum oppreſſerunt. ¶Nec multo diſſimiliter apud Megarenſes: popularis ſtatus interijt. Ductores enim populi, quo pecunias per bonorum publicationẽ haberent: multos è nobilitate pepulerant, vt tandem facta ſit permagna exulum multitudo.exules ergo in vnũ cõuenientes,prælio ſuperarunt: oppreſſóq; populo paucorum potentiã conſtituerunt.

Cumæ. Thraſymachus.

¶Contigit hoc idem apud Cumas,in populari ſtatu:quem deſtruxit Thraſymachus. & apud alios ferè, quis inſpiciat mutationes eodem modo cõtigiſſe. ¶Interdum enim vt gratificentur iniuriantes,nobilitatẽ 20
conſpirare faciunt:vel patrimonia æque diuidentes,vel redditus muneribus publicis ſubijcientes.interdum vero calumniãtes:vt bona opulento-

21 rum publicari faciant. ¶Vetustis quidem temporibus, quãdo idem erat ductor populi ac belli dux: populares respublicæ in tyrãnidem mutabã-tur. & profecto antiquorum tyrannorum: plurimi ex popularibus homi-nibus facti sunt. Causa vero cur tunc fierent, non autem nunc, illa est: q tunc qui populum maxime ducebant, erant ex ijs, qui bello gerendo pre-ficiebantur. nondum enim dicendi peritiam habebant. nunc autem Rhe-torica arte superueniente: qui dicendi facultatem habent, populos ducũt quidem. sed quia imperiti sunt rerum bellicarum: tyrannidem inuadere non audent, nisi sicubi parũ aliquid tale accidat. ¶Tyrannides certe fre-quentius fiebant prius, q̃ nũc: & propter magnas potestates, quibusdam commissas. ceu Mileti ex prætura. multarum enim ac magnarum rerum potestatem habebat prætor. ¶Ac etiam ob id: quia tunc vrbes non erant magnæ, sed rure homines habitabãt, sese negocijs operum exercẽtes. qui autem præsidebant in populo: cum viri militares essent, tyrannidem inua-debant. idq; agebant omnes præstita sibi fide à populo: quæ quidem pro-ueniebat ex inimicitia aduersus opulentos. vt Athenis: Pisistratus per fa-ctionem contra Pediacos susceptam. & Megaris: Theagenes armẽtis opu-lentorum occisis, quæ iuxta flumen repererat pascẽtia. Et Dionysius ac-cusans Daphneũ & diuites: meruit tyrannidem Syracusis obtinere, pro-pter inimicitiam nobilitatis, sibi fide à populo præstita, quasi popularis

22 esset. ¶Mutantur etiam respublicæ: ex consueta gubernatione in vltimã speciem popularitatis. cum enim per electionem sunt magistratus, non ta-men à censu, eligit autem populus: qui populum ducunt, magistratum

23 ambientes, eò rem deducunt vt sit populus dominus etiam legum. ¶Re-medium autem ne hoc omnino fiat, vel vt minus fiat illud est: vt tribus quidem magistratum eligant, non populus vniuersus. Populariũ igitur statuum mutationes ferè omnes: per has fiunt causas.

Popu. gubernatio in tyrannidẽ. Rhetorica. Miletus. Athenæ. Pisistratus. Pediaci. Megaræ. Theagenes Dionysius. Daphneus. Syaracusæ. Popu. i deterrimam popularẽ.

QVINTI CAP. COMMENTARIVS.

19 HActenus generaliter de mutationibus rerumpublicarum: hic autem specialiter aggreditur. & primum de populari gubernatione, in paucorum potentiã. hæc enim vel maxime hoc pacto mutari solet: ob perfidiam eorum, qui applausu ac fauore populum ducunt. qui diuitibus, & quibusq; opulentias habẽtibus: nunc priuate falsa crimina impingunt, nunc in multitudine taxant. iccirco co-gunt eos qui facultates habent: in vnum conspirare. cogit enim in vnum cõmunis timor etiam eos qui prius erant infensissimi. quod quinq; monstrat exemplis de populari statu mu-

20 tato: Coi, Rhodi, Heraclię, Megaris, & Cumis. & hæc iniuriã & metum respiciunt. ¶Duos ponit modos: quibus huiusmodi factionũ actores, ductores (inquam) assentatorésq; popu-li, iniuria & opulentos & nobiles viros lacessentes: eos cõspirare cogunt. Primus est: cum vt multitudini gratificentur: diuitum, nobiliúmq; bona æqualiter distribui faciunt, aut eorum redditus, oneribus publicis subijciũt. Secundus. cum illis crimina impingunt: vt eorum bo-

21 na publicentur, applicentúrq; fisco. ¶De eiusdem mutatione in tyrannidem, & quid causæ est, cur olim populares gubernationes in tyrannidem, nunc vero in paucorum gubernatio-nem mutentur. primo id causæ est: q olim idem erat ductor populi, & qui dux bello geren-do præficiebatur. hac enim gratia populum ducebat, non eloquentia artéque dicendi. quia nondum reperta erat. & iccirco qui huiusmodi erant: audebant tyrannidẽ inuadere. nunc au-tem populos ducunt, qui dicendi facultatem habent: sed quia rerum bellicarum sunt impe-riti, tyrannidem inuadere non audent. nisi sicubi aliquid parum tale accidat. ¶Secũda cau-sa est: propter magnas potestates, quæ illis cõmittebantur. ¶Tertia. quia vrbes olim paruę

erant:sed ruri habitabant homines, operi sese exercentes, ductores autem præsidebant po-
pulo, & viri militares erant, præstabaturq; illis à populo fides ob inimicitiã quam videbant
eos contra opulentos exercere. quare audebãt attẽtare tyrannidem. vt Pisistratus Athenis,
Theagenes Megaris, & Dionysius Syracusis fecêre. ¶De mutatione priorum specierũ po- 22
pularis gubernationis: in vltimã deterrimámq; popularium speciem. Id enim euenit: cum
populus magistratus eligit, & populi ductores magistratum ambientes, eò rem ducunt quo
magistratum retineant, vt populus etiam sit dominus legum. ¶Medela remediúmq; ne id 23
omnino fiat aut minus fiat, est. vt magistratus gradatim, aliqua tribus eligat, non autem po-
pulus vniuersus. Hæc de mutationibus popularis gubernationis.

ANNOTATIONES AD CAP. QVINTVM.

INterdum enim vt gratificẽtur: iniuriantes nobilitatẽ conspirare faciunt. vt in se- 20
quenti numero de Theagene Megarẽsi, & Dionysio Syracusano. & non est opus
in hoc quinto: alia adducere exempla. quia omnes historiæ similibus scatẽt abun
de: promptéq; se exhibent legere volẽtibus. ¶Nunc autem arte rhetorica. Rhe- 21
torica: ars dicendi. & rhetor: dicẽdi peritus. ars profecto bona: abusus plurimus. nam fermè,
qui sibi hanc artem arrogarunt, & in dies arrogant: si in literarijs ludis (vera quidem spreta
philosophia) se solos scire gloriantur, cæteros aspernati, sibi solis complacent, inuectiuis &
conuitijs in alios dicendo student, quæcunq;, aut laudant aut vituperant, id extreme, & ni-
hil mediocriter faciunt. si in ciuilibus: omnia sibi licere putãt, non veritatem ipsam non iu-
stitiam colentes, vbiq; apud tyrannos, paucorũ potentatus, & populares fiducia linguæ ma-
gistratus ambiunt. in quibus quod dici solet: eloquentia sine sapientia ensis acutus in mani-
bus furiosi. vtrosque detestatur Plato: tanq̃ ciuitatibus maxime noxios. at qui probitati &
philosophiæ, artem dicẽdi coniunxere, qualis Pericles & Isocrates: illos effert Plato, & sunt
reuera extollendi atque probandi.

¶De mutationibus, & modis mutationum, gubernationis paucorum potentiæ. Cap. VI.

Paucorũ 1 potẽtiæ mutationũ modi, primo in popularẽ. Naxus. Lygdamis. 2

PAucorum autẽ gubernationes mutantur, per duos ma 24
xime modos manifestissimos. vnus si iniurijs afficiant
multitudinem. quilibet enim præses sufficit: maxime si
ex numero paucorũ dux aliquis existat. quemadmodũ
in Naxo Lygdamis: qui tyrannidem postea Naxiorũ
inuasit. ¶Habet autem etiam ex alijs: initium seditio- 25
nis, differentias. quãdoq; enim ab ipsis opulentis, qui non honorãtur ma
gistratibus, fit dissolutio: cum perpauci sint illi, qui honorificas dignita-
tes vsurpant. vt in Massaliensibus, & Istro, & apud Heracliã: & in alijs
ciuitatibus accidit. homines enim ab honoribus exclusi: res nouas moliri
non cessant, quoad ipsi quoq; honorẽtur, seniores quidem fratrum, post-
ea vero rursus qui minores sunt natu. quibusdã enim in locis, non simul
ad rempublicã gubernandã recipiuntur filius & pater: alicubi vero neq;
frater senior ac iunior, & vbi paucorũ potentia ciuilior euadebat. In Istro
ad popularem statum seditione inter nobilitatẽ recidit. apud Heracliam
vero: ex paucioribus ad sexcentos. Mutata est etiam Gnidi paucorũ po-
tentia, seditione inter nobilitatẽ ipsam coorta: ex eo q̃ pars eorum, ab ho-
noribus excludebatur. sequidem (quemadmodũ dictum est) pater filium
impediebat, & frater fratrem: nec nisi qui senior foret honorabatur. insur
gens enim populus per illorum discordiam, ac ducem nactus: ex nobili-
bus, irruẽs, victoriã obtinuit. imbecillis enim aduersa pars erat. Et apud
Erythrẽses. in paucorum gubernatione regiarum vrbium, antiquis tem-
poribus, licet diligenter curarent qui in gubernatione earum versabãtur:

Massaliẽses. Ister. Heraclia.

Gnidus.

Erythrẽses.

26 tamē quia perpauci erāt,nō tulit populus,ſed rēpublicā mutauit. ℂMu 3
tātur etiā paucorū gubernationes ex ſe:propter factionē eorū, qui popu-
lum ducunt.hęc autē populi ductio:duplex.vna quidē ex ijs qui ſunt cir
ca ipſos paucos. efficitur enim quis populi ductor,q̄uis admodū paruo Athenæ.
numero ipſi pauci exiſtāt.vt Athenis in triginta illis, qui circa Charidē Charicles.
erāt:poterant autē quod triginta populi ductores.& in quadringētis qui
erāt circa Phrynichū:ſimili modo.altera autē:quādo illi qui in populari Phrynich⁹.
adminiſtratione verſantur,populū ducūt.vt apud Lariſſam nobilitas ple Lariſſa.
bem colebat,ex eo:quia per plebē fiebat electio magiſtratus illius,qui cu
ſtodia reipublicę vocabatur.& in quibuſcūq; gubernationibus paucorū,
nō illi ipſi eligūt ad magiſtrat⁹ qui etiā gerere illos poſſunt:ſed ex cēſibus
magnis tribuuntur,vel amicitijs,electio tamē illorum per ciues fit,vel per
plebē.vt Abydi.& vbi iudicia nō ſunt ex ijs:qui rēpublicā gubernāt.co- Abydus.
lendo enim plebem:quo eorū ſuffragia promereātur,rempublicā mutāt:
vt apud eā Heracliā cōtigit:quæ eſt in Ponto.& hoc idem accidit:quādo Heraclia.
in gubernatione paucorū quidā exiſtētes, ad pauciores etiā rempublicā Pontus.
trahūt.pares enim cæteris eſſe quærētes:cōpelluntur populum in ſui au-
27 xiliū adhibere. ℂFiunt etiā in gubernatione paucorū mutationes:quan- 4 Paucorū potentiæ in tyrānidē.
do prodigaliter viuētes, qui gubernāt per luxuriā patrimonia cōſumpſe
rint.optāt enim res nouas huiuſmodi homines:tyrānidemq; vel ſibi ipſis,
vel alteri affectant. quēadmodū Hipparinus Dionyſio Syracuſis.& Am Hipparin⁹.
phipoli Cleotimus Chalcidēſium colonos ſuperinduxit:& cū veniſſent, Dionyſius. amphipolis
ſeditionē cum illis cōtra diuites fecit.& in Egina,qui negociū illud Cha- Cleotimus.
rete Athenienſi confecerat: res nouas molitus eſt propter huiuſmodi cau Chalcidēſes Egina.
ſam.Hi homines ergo quādoq; res nouas cōmouent:quādoq; rempubli- Chares.
cam furtis expilant. itaque ſeditiones concitātur aut ab ipſis: aut ab illis
qui eorū furta nō tolerāt.vt Apolloniæ quę in Ponto eſt accidit.Cōcors Apollonia.
vero ſi ſit paucorū gubernatio: ex ſeipſa nō facile interit.Huius ſignū eſt
apud Pharſalum vrbem reipublicę ſtatus.pauci ſiquidē in ea ciuitate gu Pharſalus.
bernatores,multorū ſunt domini:ꝙ ipſi inter ſe recte ac debito modo ſe ge
28 runt. ℂEuertūtur etiā quādo in paucorū gubernatione aliā paucorū gu 5 Paucorū potentiæ in vltimam.
bernationē efficiūt.id eſt quādo eorū ad quos pertinet gubernatio reipu-
blicæ qui pauci ſunt: ſelectio quędā fit,neq; habilitas eſt omnibus ad ma
ximos magiſtratus dignitatēſq; poſſe aſſumi.Quod apud Elidem vrbem Elis.
quādoq; cōtigit.nā cū paucorū eſſet gubernatio reipublicæ:admodū pau
ci eorum ad ſenatoriū ordinē(propterea ꝙ erat perpetua dignitas)perue-
nire poterant,atq; ob id ꝙ potentiū erat electio,ac perſimilis Lacedæmo- 6 Lacedęmonij.
29 niorū ſenatui. ℂFit autē mutatio gubernatiōis paucorū & in bello & in
pace.in bello quidē:ꝙ populo diffidētes,cōducto milite vti cōpellūtur.&
qui illis præficitur:ſæpe tyrannus euadit.vt Corinthi Timophanes.ꝙ ſi Corinthus.
plures præficiūtur: ipſi ſibi potentatū parāt.interdū vero iſta formidātes Timophanes.
qui regunt:populū recipiunt ad cōmunionē reipublicę,quoniā neceſſitas
30 cogit populo vti. ℂIn pace autē propter diffidentiā,quā inter ſe habent: 7

cōductis militibus custodiā tradunt,præficiuntq; illis aliquē virum,qui
ad neutrā partē magis inclinare videatur. at iste:sæpe dominus fit partis
Larissa. Leuadēses. vtriusq;. Quod accidit in Larissa à Leuadēsibus rēpublicā tenētibus cir-
Samus. ca Samum.& apud Abydum:tēpore sodalitatū,quarū vna erat Iphiadi.
Abydus. 8 ¶Oriuntur etiā seditiones per exclusionē aliorū ab alijs factā eorū ipso- 31
Iphiadus. rum qui sunt in paucorū gubernatione:quādo de nuptijs,vel de iudicijs
Eretria. concertāt,queādmodū de nuptijs supra diximus. & in Eretria paucorū
Diagoras. gubernatio equitū sublata est per Diagorā:qui affectus iniurijs fuerat ex
Heraclia. Thebę. nuptijs. Ex iudicio autē apud Heracliā seditio extitit,& Thebis ob adul
terij iudiciū. Atqui vtroq; in loco non iniusta fuerat accusatio:sed per fa-
Eution. ctionē expetita pœna. apud Heracliā quidē aduersus Eutionē. Thebis
Archius. vero aduersus Archiū:quos cōtenderūt inimici in foro ligari,ac ceruices
9 eorū annulo ferreo includi. ¶Sæpe etiā paucorū gubernationes dissolu- 32
tæ fuerunt ob nimiā dominationē,nō probātibus quibusdā ex ipsis,qui
Gnidus. gubernabāt,huiusmodi excessum:vt accidit ijs qui apud Gnidū,& apud
Chius. Chiū per paucorū potentiā gubernabāt. ¶Fiunt autē etiā casu mutatio- 33
nes illius quę respublica vocatur & gubernationū paucorū. vbicūq; à cē-
su sumūtur ad deliberandū,& iudicandū,& ad cęteros magistratus. sępe
enim cōstitutus est primus census ad præsens tēpus,vt participēt in pau-
corū quidē gubernatione pauci,in republica vero medij: abundātia rerū
aliqua superueniēte,vel per pacē vel per aliā fortunæ prosperitatē,contin
git ipsas possessiones multo maioris pretij fieri. quare omnes efficiuntur
habiles:ad cunctos reipublicę gradus,dignitatésq; suscipiēdas. idq; cōtin-
git interdū sensim & latēter:interdū celerius. paucorū igitur gubernatio-
nes mutātur,& seditionē recipiunt:propter huiusmodi causas. ¶Omni- 34
no autē & popularis status & paucorum potentia,conuertuntur interdū
non in cōtrarias species,sed in eas quæ sunt proprij generis,ceu ex legiti-
mis popularib9 & paucorū in ipsas dominātes:& ex istis rursus in illas.

SEXTI CAP. COMMENTARIVS.

1 DE mutationib9 paucorū potētiæ in popularē. huius autē rei:duo sūt frequētissi 24
mi modi. Vnus.cū populus ab illis qui gubernacula subeūt:iniuria afficit. suffi-
cit eni tūc quicūq; se populo pręsidē fecerit:& maxime si is fuerit aliquis ex rei
militaris ducib9 paucorū potētiæ. qđ Naxi fecit Lygdamis qui post modū Na-
2 xiorū tyrannidē inuasit. ¶Secūdus modus est. quādo opulentorū pauci hono 25
rātur magistratib9:& alij absq; honorib9 dimittūtur illi. tūc seditionē cōcitāt:illi qui magistra-
tuū nō afficiūtur honoribus,paucorūq; dissoluūt potentiā. ceu cōtigit apud Massiliā,Istrū,
3 Heracliā,Gnidū,Erithreā:& plærisq; alijs in locis. ¶Est & alius modus & tertius. quādo ali 26
qui è paucorū potētum numero:sunt populi ductores. per factionē enim eorū ac seditionē:
paucorū potentia in popularē trāsit gubernationē. vt Athenis,Larissę,Abydi,Heraciæ, &
Ponti:factitatū aliquando cōperitur. Sunt eni duplices populi ductores. hi scilicet qui dicti
sunt,qui ex numero paucorū colunt plebē,ob suffragia magistratuū,electiones,aut similia.
alij autē sunt populi ductores,ex ijs qui in populari gubernatiōe versantur. intelligētię cæte
4 ra patēt. ¶Quart9 modus de mutatione paucorū in tyrānidē. quādo qui paucorū potētiæ 27
rē administrāt:voluptarie,molliter,luxuriose,delicatéq; ac prodige viuēdo patrimonia cōsu
mūt. huiusmodi enim homines,ōnibus ꝓfligatis:noua moliūtur,aut tyrānidē sibi,aut alijs.
vt Hipparinus Dionysio Syracusis. Amphipoli Cleotim9 sibiipsi,auxilio colonorū Chalci-
densium. Eginę vero Chareti Atheniensi. & quādoq; seditio etiā oritur ab ijs:qui huiusmo-
di hominū furta non tolerant. quod in Apollonia quæ est in Pōto:accidisse memoriæ prodi-

28 tum est.alioqui paucorũ potẽtia cõcors:haud facile ex se interit. ❡Q uintus modus de mu 5
tatione priorũ specierũ paucorũ potẽtiæ:in vltimã atq; deterrimã.quãdo pauci sunt,& ele
29 ctio quædã fit:neq; õnes ad sũmos magistratus habiles sunt.quod cõtigit apud Elidẽ. ❡Se 6
xtus.cũ tẽpore belli,populo diffidẽtes,conducto milite vti cõpelluntur:qui sæpe tyrannidẽ
30 inuadit.vt Tymophanes Corithi. ❡Septimus.cũ tẽpore pacis:paucipotẽtes & populares 7
sibi inuicẽ diffidunt,atq; ideo cõductis ad rerũ custodiã militibus, virũ aliquẽ illis pręficiũt,
qui ad neutrã partẽ iclinare videatur,verũ ille persæpe vtriusq; partis dominatur,inuadit'q;
31 tyrannidẽ.quod accidit in Larissa vrbe,atq; Abydo. ❡Octauus est.propter cõuentionẽ aut 8
frustrationẽ aliquorũ eorũ,qui in paucorũ gubernatione versãtur,cũ contẽdunt de nuptijs,
32 aut de iudicio.vt Eretrię per Diagorã ꝓpter nuptias.Heraclię,& Thebis ob iudiciũ. ❡No 9
33 nus ob incremẽtũ pręter proportionẽ.vt in Gnido & Chio aliquãdo cõtigit. ❡Decimus.cũ 10
euẽtu aliquo paucorũ potẽtia,& non solũ,sed & ea quæ respublica vocatur, mutãtur,vbi à
cẽsu sumũtur in popularẽ gubernationẽ qui deliberãt & iudicãt,& cæteri magistratus.nã sæ
pe vt res præsens postulat cõstituitur:vt à primo censu respublica participẽt, pauci videli
cet in paucorũ gubernatione,& mediocres in republica.succedẽte vero rerũ abundãtia,aut
aliquo alio fortunę successu cõtingit singulorũ ciuium possessiones augeri pretio,& cunctos
habiles fieri ad reipublicæ percipiẽdas dignitates,obeundáq; munera.& id aliquãdo sensim
& latenter:aliquãdo vero celeriter admodum.& hæc de paucorum gubernationis mutatio
34 nibus. ❡Resumit quod dictum est numero 22 huius,& 28:popularem gubernationẽ & pau
corum potentiam non semper mutari in contrarias species, sed in eas quæ sunt eiusdem,co
gnati'q; generis vt legitimas in vltimas & quæ dominorũ more gubernant.& non solum id:
verum & vltimas deterrimásq; mutari in alias priores,potioréśq; atque legitimas.

ANNOTATIONES AD CAP. SEXTVM.

26 MVtãtur etiã paucorũ gubernationes ex se.Q uod sequebatur vsq; ad id loci,vt apud
Larissam: corruptum erat. iccirco illo in loco ad exemplar græcum litera est restitu
ta & passim alubi (vt id oportuit) factitatum est.

❡De mutationibus,& modis mutationum optimatũ. Cap.VII,

35 IN optimatibus autem seditiones fiunt:interdum quidẽ Opti. muta
ex eo ꝙ pauci sunt honorum participes, quod in pauco tiões modi.
rum gubernatione diximus seditionẽ mouere. propter
ea quód optimatum gubernatio, quodãmodo paucorũ
est.in vtraque enim pauci gubernant.non tamen propter
idem pauci: cum videatur propterea optimatum guber
natio esse paucorum. maxime vero id accidere necesse est:cum fuerit mul
titudo eorum qui prudentes existimati fuerint,& quasi similes secũdum
virtutem.velut apud Lacedæmonios ij qui Partheniæ nuncupabãtur(ex Lacedæmo nij.
similibus enim erant)quos deprehendẽtes res nouas moliri, in coloniam Partheniæ.
36 Tarentnm misêre. ❡Vel quãdo aliqui inhonorantur:cum sint magni,& Tarentum.
nihilo inferiores virtute illis,qui honores capiunt (queãdmodum Lysan Lysander.
der regibus)vel quando vir fortis & magni animi non sit particeps hono
rum: quemadmodũ Cinadon ille qui coiuratione facta per Agesilai tem Cinadon. Agesilaus.
37 pora,Spartiatas opprimere tentauit. ❡Præterea cum alij paupertate ni Spartiatæ.
mia premuntur,alij diuitijs abundant: quod maxime in bello contingit. Lacedæmo nij.
& accidit hoc Lacedæmonijs in Messenẽsi bello.ostẽdit hoc Tyrteus poë Messenia.
ta in illo carmine:quod inscribitur Eunomia,id est lex bona.exhausti eni Tyrteus.
quidã per id bellum ac pauperes facti censebant agros æqua portione ci Lacedæmo.
38 uibus esse diuidẽdos. ❡Insuper si quis magnus & potẽs: etiã maior fieri Pausanias.
ac solus dominari velit.vt apud Lacedæmonios videtur Pausanias ille fe Carthaginẽ ses.
cisse: qui dux belli aduersus Medos fuit,& apud Carthaginẽses Annon. Annon.

¶Dissoluuntur autē maximæ & respublicæ & optimatū gubernationes 39
propter transgressionē iustitiæ in seipsis factā. Huius autē origo est:non
bene temperatā simul esse ac permixtā, in republica quidem popularem
gubernationem & paucorū,in optimatibus vero ista simul atque virtutē,
maximeq; illa duo popularem dico atq; paucorū. hæc enim & respubli-
cæ conantur miscere:& multæ illarum quæ optimates vocantur. differūt
enim optimates ab illis quæ appellantur respublicæ in hoc: & ob id sunt
aliæ earum, minus, aliæ magis durabiles. illas enim quæ magis declināt
Quarti. ad paucorum potentiam:optimates appellant. illas vero quæ ad multitu
28 dinem:respublicas vocant. Quapropter tutiores istæ sunt,q̄ aliæ. Fortius
enim est id quod plus est:ac magis acquiescunt æquum habentes. qui ve-
ro diuitijs abundant:si respublica excellentiam eis tribuat,cōtumelia cæ-
teros afficere pergunt,atque plus habere volunt. Penitus enim ad quan-
cunq; speciem declinet gubernatio ciuitatis: in eam transmutatur,vtrisq;
suum augentibus. velut respublica ad populū:optimates ad paucorū po
tentiam. vel in contraria:ceu optimatū gubernatio in popularem. tanquā
enim iniuriam patientes:in contrariū trahunt,qui magis sunt inopes. res-
publica vero:in paucorū potentiam transmutatur. solum enim stabile est
secundū dignitatē æquū:& habere quæ sua sunt. Contingit vero id quod
Thurij. modo diximus in Thurijs. ꝙ enim à maiore censu erant magistratus: in
minorē facta est mutatio, & in plures gubernatores, & quia agros totos
possidebat nobilitas contra legem. nam gubernatio eius ciuitatis magis
erat paucorū. itaq; plus habere poterant. at populus bello exercitatus,ac
potētior effectus q̄ illorum custodes:eos nobiles cōpulit(quicunq; contra
leges tenebant)agros dimittere. Insuper quia omnes optimatū species ad
Lacedæmonij. paucorum potentiā declinant:nobilitas in illis plus habet. velut apud La
cedæmonios,opes & diuitiæ in paucis sunt:ac magnam licentiā habet no
bilitas faciendi quodlibet, & cuiuscunq; voluerit curā habere. quæ causa
Locri. Dionysius. fuit:vt Locrorū ciuitas interiret,propter Dionysij affinitates. Quod non
contigisset in populari statu: neq; in ea optimatū gubernatione,quæ opti
me mixta,tēperatāq; fuisset. ¶Maxime vero latent optimatum mutatio- 40
nes,eo ꝙ paulatim sese dissoluāt. quod quidē dictum est prius vniuersa-
liter,de omnibus rebuspublicis:idq; inter causas mutatiōis,minuta par-
uitas appellatur. quādo enim omittunt aliquid ex ijs,quæ ad rempubli-
Thurij. cam pertinent,ac deinde aliud paulo maius:facilius mouent,quousq; mo
ueāt totam reipublicæ formā. Quod in Thuriorū accidit republica. cum
enim legem haberent,per quam non nisi intermisso quinquennio,militū
præfecturā gerere liceret,iuniores quidā rei militaris periti,& apud mul
titudinē pro custodibus probati,cum cæteros qui in rebus gerendis ver-
sabantur,spernerent, ac facile se consecuturos arbitrarentur: legem illam
tollere aggressi sunt,primū,lata altera lege,vt liceret perpetim eosdē præ-
fectos esse. at cum populum viderēt illos prōpte admittentē: ij magistra-
tus qui præerāt suffragijs,quiq; appellantur consultores, commoti sunt

prius ad resistendū, tamen postea destiterūt putātes hac vna lege q̄uis soluta, cęteras nihilominus esse permāsuras. postea vero prohibere volētes, ne aliç mouerētur: nihil perficere valuerūt. sed mutata est eorū respublica
41 in potentatū eorum, qui res nouas aggrediebātur. ℂDissoluuntur cunctæ respublicæ interdū per seipsas: interdū per externā causam, quādo cōtraria gubernatio sit vel prope vel longe quidē, sed admodū potens. quod quidē cōtigit Atheniēsibus & Lacedęmonijs. Atheniēses enim vbiq; paucorum potentiā: Lacedæmonij vbiq; popularem statum euerterūt. Vnde igitur rerūpublicarum mutationes, seditionésq; exoriātur: ferè dictū est.

Externa causa.

Athenienses. Lacedæmonij.

SEPTIMI CAP. COMMENTARIVS.

35 De mutatione optimatum, modi septem. Primus modus cū pauci gubernāt, & multi alij sunt, quorū virtutis & prudētiæ habetur existimatio. tunc enim acci- 1
36 dit seditiones fieri. vt accidit Lacedæmonę ex Partheniis. ℂSecundus. quādo 2
aliqui inhonorantur: qui nihilo sunt virtute inferiores illis, qui honores suscipiunt. aut cum vir aliquis fortis ac magnanimus: non fit honorum particeps; vt apud Lacedæmonios Lysander: nihilo regibus inferior. & Cinadon fortis ac magno ani-
37 mo vir: qui temporibus Agesilai seditionē mouit. ℂTertius. cum eorum qui præ se ferunt 3
virtutis opinionē: alij diuitijs abundant, alij paupertate premuntur. quod post bellū Messenēse accidit Lacedæmonijs. exhausti enim quidā per id bellum, pauperésq; effecti: censebāt agros æqua portione ciuibus partiendos. hincq; orta seditio est: de qua re scripsit Tyrteus poëta, in eo carmine, quod ob huiusmodi æquā regionis diuisionem eunomiam, bonámq;
38 legem appellauit. ℂQuartus. propter incrementū præter debitam proportionē. cum quis 4
magnus ac potens, etiā velit maior fieri ac solus dominari. vt Pausanias apud Lacedæmo-
39 nios. & Annon apud Carthaginēses. ℂQuintus. propter transgressionē iustitiæ: quæ in opti 5
mate republica fit, cum hæc tria libertas, diuitiæ, virtus: siue populus diuites & studiosi, nō sint cōmixta, cōtemperata atq; coęquata. & maxime hæc duo inopes & diuites: qui popularem & paucorū gubernationem respiciunt. nā si declinant leges magis ad paucorum potentiam: rempublicam optimatem appellant. & cito hæc optimatis species transit in illam gubernationem. quod contigit in Thurijs, Lacedæmonijs, & Locris. & si in trium paulo supra adductorū mixtione, leges & instituta paulisper inclināt ad popularē gubernationē, huiusmodi non optimatē sed rempublicam appellare solent, quæ tutior est & minus seditionibus subiacet q̄ vbi inclinat ad paucorum potētiæ latus: tandē tamen mutatur in popularem gubernationē, populo rem suam semper augente atq; procurante. vt pauci potentes rem suā
40 semper augent, cum ad optimatiū status deuergit ac inflectitur. ℂSextus est. per id quod 6
est pauxillum & latēter, paulatim irrepere: cum primū omittūt aliquid paruū de ijs quæ ad rempublicam attinent, deinde quippiā aliud paulo maius facilius mouent, & id quidē quousque moueant totā reipublicæ formā. quod accidit in Thurijs: vbi sublata vna lege, quod
41 perparū esse videbatur, cæteræ cōsequio sublatæ sunt. ℂSeptimus modus est. cum ab exter 7
na causa interit. intereūt enim respublicæ interdum per seipsas, & quasi internis morbis laborantes. interdū vero ab externa causa, quādo opposita respublica admodum potens, aut prope aut longe studet aliorum viuendi modum mutare. vt Athenienses vbicunq; obtinuerunt: paucorum potentiam euerterunt. Lacedæmonij vero: popularem statum.

ANNOTATIONES AD CAP. SEPTIMVM.

35 MAxime vero id accidere necesse. Quod sequebatur parum intelligibile. immutatum iccirco est ad græcam intelligentiam.

ℂDe conseruatione rerumpublicarum: præcepta viginti. Cap. VIII.

42 DE cōseruatione autē earum, & cōmuniter & seorsum de 1
vniuscuiusq;: consequens est vt dicamus. Illud ergo ante omnia patet. q̄ si sciamus per quæ corrūpuntur respublicæ, scimus etiā per quæ conseruātur. contrariorū enim: contrarij effectus. corruptioni autē: conseruatio cōtraria
43 est. ℂIn illis igitur rebuspublicis, quæ laudabiliter per- 2

Medelarum conseruationum: que regulæ.

mixtæ ac tēperatæ sunt: illud est diligenter obseruādum, ne quid ex legi-
bus, institutisq́; moueatur, maximéq́ ab eo cauendū, quod paulatim re-
pit. latet enim corruptio, quia non tota simul fit: decipiturque mens ab il-
De sorita id dicit. lis, vt sophistica illa ratio: si vnūquodq́ pusillum, & omnia. hoc autem est
vt sic; & est vt non. totū enim & omnia nō pusillum, sed compositū ex pu-
3 sillis. vna igitur custodia: aduersus hoc principium est opponēda. ¶ De- 44
inde non confidere ijs quę conficta fraudis alicuius gratia prætenduntur
ad populum. redarguuntur enim ex ipsis operibus. qualia vero dicamus
Quarti. 49 4 rerumpublicarū figmenta: superius est ostēsum. ¶ Intueri licet quasdam 45
respublicas, durare non solum ex optimatibus, verūetiam ex paucorum
potētijs: non quia per se ipsę stabiles sint, sed quia ij qui gubernāt, recte se
gerunt, tam erga eos qui sunt extra rēpublicā, q̄ erga eos qui in reipubli-
cæ gubernatione versantur. Erga eos quidem, qui non participes sunt gu
bernationis: non afficiēdo ipsos iniurijs, ac præstātiores ipsorū ad parti-
cipationē reipublicæ recipiendo, cupidósq́ honoris, non honoris priua-
tione, iniuria afficiendo, neq́ multitudinē suis cōmodis fraudando. erga
illos vero qui socij in gubernāda rēpublica sunt: humane inuicem ac po-
pulariter se gerendo. æqualitas enim illa, quæ in populari statu affecta-
5 tur: ea in similibus nō solum est iusta, verū etiam vtilis. ¶ Quā ob rem si 46
plures sint in gubernatione reipublicæ cōstituti: eis permulta populariū
institutorum vtilia sunt. ceu semestres esse magistratus: vt omnes qui simi
les sunt adipisci valeant. sunt enim tanq̄ populus iam illi: qui inter se pa-
res ac similes sunt. itaq́ in illis frequenter existunt, velut duces quidā po
puli: vt prius diximus. Deinde minus in potentatus incidunt paucorū
gubernationes, & optimates. nō enim similiter facile est malignari: in bre
ui tempore magistratus, & in longo. nam ob hoc: in paucorū gubernatio-
nibus, & popularibus tyrannides fiunt. aut enim ij qui maximi sunt in
vtraque: tyrannidem inuadunt (hic ductores populi: ibi potentes) vel qui
6 maximos gerunt magistratus, quando longo tempore durant. ¶ Conser 47
uantur autē respublicæ: non solum eo quia procul sint à corruptionū pe-
riculis, verū etiam interdum, quia propinquæ sunt. homines enim formi
dātes: vigilantius intendunt ad reipublicæ custodiam. quare oportet eos
qui rempublicā saluam esse volunt: formidines quasdam parare, quasi no
cturnā quandam custodiā, vt caueāt, neq́ dissoluant reipublicę obserua-
7 tionē. & quod longe abest: propinquū facere. ¶ Etiā nobiliū contētiones, 48
seditionésq́: per leges quoq́ oportet conari obseruare, & qui extra contē
tiones sunt eos præuenire. tanquam malum ab initio exoriēs cognoscere
8 non cuiusuis sit: sed ciuilis viri. ¶ Ad mutationes vero quæ propter cen 49
sum fiunt, ex paucorum potentia atque ex republica quando contingit
hoc, manentibus eisdem censibus & pecuniarum copia facta: vtile fuerit
cōsiderare vniuersum totius ciuitatis cēsum, ac præsens tēpus ad præteri-
tū cōferre. in quibusdā autē ciuitatibus census agitur annuatim, in maio
ribus vero per triēnium aut quinquenniū. & si sit multiplicatus ac mul-

to maior factus q̃ prius erat ille,ſecūdū quē ſtatuta fuerat reipublicæ gu-
bernandæ habilitas: legis erit prouidere,vt cenſus vel augeatur vel relaxe
tur.ſi quidem excedat: augeatur ſecūdū multiplicationē. ſi vero deficiat:
relaxetur ac minor fiat cēſus taxatio. in paucorū enim gubernationibus,
& in rebuſpublicis niſi hoc fiat:hic paucorū gubernatio, ibi potentia illa
nimia inſurget. illo autem modo ex republica quidem popularis ſtatus:
50 ex paucorū vero gubernatione reſpublica,aut populus. ¶Cōmune autē 9
eſt & in populari, & paucorum gubernatione,& in omni republica: neq;
augere nimiū quenq̃ ſupra modum, ſed magis conari paruos & longi tē-
poris honores præbere,q̃ confeſtim magnos.corrumpuntur enim:nec cu-
51 iuſuis eſt hominis proſperitatē ferre . ¶Qꝫ ſi accumulate dati ſint alicui 10
52 honores:non ſimul omnes poſtea auferendi, ſed paulatim. ¶Maxime ve 11
ro lege ita prouidere conandū eſt:vt nemini ſit exceſſiua potētia,neq; ami
corū,neq; pecuniarū.quod ſi id cōtingit:peregrinæ faciēdæ ſunt huiuſmo
53 di hominū cliētelæ. ¶Cum vero ex priuata etiā vita,res nouæ oriantur: 12
magiſtratus cōſtituēdus eſt quidā,qui ſit quaſi in ſpecula ad mores ciuiū
intuēdos,ne quis ita viuat,vt reipublicæ nocere poſſit.In populari quidē
ſtatu:ne aliene viuat à popularitate.in paucorū autem potentia:ne aliene
à natura eius gubernationis. Eodēmq; modo de alijs quibuſq; ſpeciebus
54 rerumpublicarū. ¶Et ſi quid exultet,proſperitatēq; ſit elatū in ciuitate: 13
particulatim obſeruandū eſt propter eaſdem cauſas. cuius rei remedium
eſt:ſemper cōtrarijs partibus,magiſtratus & res agēdas cōmittere. cōtra-
rias partes voco:ceu bonos & æquos multitudini:& diuites pauperibus.
55 ¶Conādūmq; eſt vel admiſcere pauperes cum diuitibus: vel medios au- 14
56 gere.hoc enim diſſoluet ſeditiones ob inæqualitatē procedentes. ¶Maxi 15
mum vero illud eſt in omni republica & legibus,& cætera omni diligen-
tia cōſtituendū:ne ex magiſtratibus lucra proueniant.id autē maxime in
paucorum gubernatione eſt obſeruandum.leuius enim ferūt populi,qui
à republica excluduntur.quinimmo gaudent:ꝙ ſua agere nō impediun-
tur. at ſi exiſtimēt eos qui magiſtratus gerunt, ex ijs quæ cōmunia ſunt,
ditari:duplicē capiunt moleſtiam,& ꝙ ab honore excluduntur, & ꝙ à lu
cro. vno vero modo contingit ſimul exiſtere popularem ſtatum & opti-
matum:ſi ita quis inſtituat.cōtingeret enim:vt & inſignes & plebei habe-
rent quę vtriq; vellent. Licere enim omnibus rempublicam gerere,popu-
lare eſt:magiſtratus vero ab inſignibus teneri,optimatum. hoc autem ac-
cidet:quādo ex magiſtratibus non proueniunt lucra.pauperes enim:ma
giſtratus non volent,ſi nil inſit lucri, ſed potius ſuis rebus proprijs inten
dere. diuites autē:quia non indigent ex vlla re cōmuni lucrari,magiſtra-
tus gerere valebunt. quare hoc pacto continget egenis quidem ditari ob
57 operam rebus ſuis impenſam:inſignibus vero non ſubijci cuicūq;. ¶Ad 16
hoc autem vt non ſurripiantur pecuniæ publicæ: exhibitio pecuniarum
fiat ōnibus quidē præſentibus ciuibus: & deſcriptæ,per ſocietates,& or-
dines,& tribus deponātur.eo vero ꝙ magiſtratus ſint abſq; lucro:ſtatuē-

17 di per legem ſunt honores iјs, qui optime geſſerint. ¶Oportet autem in 58
populari ſtatu diuitibus parcere: ac non modo poſſeſſiones eorũ nõ æque
partiri, ſed ne fructus quidem eorum. quod in quibuſdã ciuitatibus im-
prudenter fit. Melius vero etiam eſt prohibere volentibus: ne munera illa
ſubeant, quæ ſint magni ſumptus, ac nullius vtilitatis. ceu choros exhibe-
18 re & ludos & faces, inſtar Chiorum, & cætera huiuſmodi munera. ¶In 59
paucorum vero gubernatione, cura eſt pauperum ſuſcipienda diligenter:
& officia quibus ſunt ſalaria cõſtituta, illis tradenda. Et ſi quis diuitum
eos cõtumelia affecerit: maior pœna eſt conſtituenda, quàm ſi ipſi inter ſe
19 idem feciſſent. ¶Et ſucceſſio in hæreditatibus per cognationem ſit, non 60
per donationem: nec valeat quiſquã plures hæreditates capere, ſed vnã ſo
lum modo. per hunc enim modum: magis æquales erunt facultates, &
20 egenorum plurimi ad abundantiã traducentur. ¶Vtile eſt & in popula- 61
ri ſtatu & in paucorum gubernatione: aliorum vel æqualitatem vel præ-
ſidentiã tribuere iјs qui minus participãt republica. in populari quidem
diuitibus: in paucorum vero gubernatione egenis. exceptis tamen iјs ma-
giſtratibus in quibus vis, authoritáſq; reipublicæ conſiſtit. hi enim ſolis
iјs qui ſunt ex republica aut ſaltem pluribus committi debent.

OCTAVI CAP. COMMENTARIVS.

1 DE conſeruatione rerumpublicarũ præcepta ac regulæ. Prima. ex iјs conſerua- 42
tur reſpublica: ex quorũ oppoſitis corrũpitur, quæ quidẽ iam ſunt cognita. nã
2 contrariorũ: contrarij ſunt effectus. ¶Secunda in rebuſpublicis, bene, laudabi- 43
litérq; contẽperatis: illud ſummopere obſeruandũ, ne quid de legibus inſtitu-
ti've dimoueatur, maximéque cauendum eſt id pauxillum, & quod latenter &
paulatim ſerpit. nam corruptio latet: & nõ aliter mens ab illis ac à captioſa argumẽtatione
decipi ſolet, quã texũt, Nónne ſi vnũquodq; puſillum & omnia puſilla? atqui totũ omnia. to
tum igitur puſillũ. verũ totũ eſſe omnia, vno modo eſt: vt collectum. alio modo, non eſt: vt
diuiſim. ſed totum & omnia vt idem ſunt: non puſillum, ſed quippiam ex puſillis cõpoſitũ.
aduerſus igitur hanc paulatim & ex paruo irrepentem mutationẽ, vna pro cuſtodia appo-
3 nenda eſt regula, ceu aduerſus captioſam ratiocinationis hallucinationẽ. ¶Tertia regula. 44
minime confidendũ eſt iјs vafre & ſubdole cõmentis: quæ alicuius fraudis gratia prætendun
tur ad populum. quæ autem ſint huiuſmodi cõmenta & ad populũ machinamẽta: numero
4 49 quarti dictũ eſt. ¶Quarta. recte ſe gerendũ in magiſtratu eſſe: cũ erga eos qui reipubli- 45
cæ non ſunt participes, tum erga illos qui eius participãt muneribus. cũ his quidẽ humane
& quaſi pariliter cõgrediendo. illos autẽ non afficiendo iniurijs, & præſtãtiores eorũ ad rei-
publicæ participationẽ recipiendo, & cupidos honoris non deprimẽdo, neq; multitudinem
5 ſuis cõmodis fraudãdo. ¶Quinta. ſi multi ſunt in reipublicæ adminiſtratione cõſtituti: pro- 46
deſt paruo tempore durare magiſtratus. ceu ſemeſtres eſſe. vt omnes qui ſunt ſimiles adipi-
ſci valeant. nã optimates gubernationes, & paucorũ potentiæ: minus in potentatũ atq; ty-
rannidem incidẽt, & minus mali machinari poſſunt magiſtratus paruo tẽpore, q̃ tẽpore lon
6 go. ¶Sexta. ab iјs qui rempublicam ſaluam eſſe volunt: formidines quædã parãdæ ſunt. & 47
quod longe abeſt: propinquũ fingere, quo vigilãtius ciues intendãt, ad reipublicæ cuſtodiã,
7 quóve ſint cautiores. ¶Septima. tentandũ eſſe inſignium contentiones, ſeditionéſq; per le- 48
ges cauere: atq; ita præuenire eos legibus qui extra contẽtiones ſunt. tanq̃ id malum cũ ex-
oritur cognoſcere, nõ cuiuſuis ſit: ſed eius qui inſtituendarũ rerumpublicarũ habet peritiã.
8 ¶Octaua. expedire cum pecunia longe aucta eſt, aut longe imminuta: præſens tẽpus ad id 49
præteritũ cõferre in quo erãt cenſus a quibus reipublicæ participatio facta eſt, & ſecundum
proportionẽ, cẽſus à quib⁹ ſumitur reipublicæ participatio aũt augere ſi fortunæ auctę ſint,
aut imminuere ſi inſigniter ſunt imminutæ. alioqui reſpublica in aliã demutabitur ſpeciem.
vt rebus proſperioribus, in popularem: minus autem ſecundis in paucorum gubernationẽ.
9 ¶Nona eſt. nullum virũ magiſtratus authoritate ſupra modũ augere: ſed magis, paruos & 50

longi temporis esse statuēdos magistratus,q̄ breuis more magnos. corrūpūtur enim qui ma
51 gnos subeunt: neq; cuiusuis hominis est (vt par est) prosperitatē ferre. ¶Decima. Si alicui 10
52 cumulate dati sūt honores,nō simul auferre sed paulatim. ¶Vndecima. lege cauendū esse, 11
vt nemini liceat excessiuā aut facultatū aut amicorū habere potentiā. quod si assit: cliētelæ
53 huiusmodi hominū,aliò mittendę sunt peregrinæ. ¶Duodecima. magistratū creandū esse: 12
qui quasi è specula,priuatorū mores attendat ac exploret,ne res nouæ oriantur , & ne qui
54 ita viuant vt reipublicæ nocere possint. ¶Tertiadecima. Si quid exultet,prosperitateq; in 13
ciuitate sit elatū:contrarijs partibus,magistratus & res agendas cōmittendas esse. vt si ela-
55 ta sit multitudo:ęquis & bonis res administranda tribuatur. si inopes:diuitibus. ¶Quarta- 14
decima. conandum esse cōtemperare, cōmiscereq; debite inopes opulentis, ad reipublicæ
gubernationē:vel medios ipsos augere. nam id seditiones excludit:ob inęqualitatem proce-
56 dere solitas. ¶Quintadecima. Summopere cōstituendū: ne ex magistratibus lucra proue- 15
57 niant. ¶Sextadecima. vt publicæ pecuniæ nō suffurentur: fiat publicarū pecuniarū exhibi- 16
tio assistentibus cunctis ciuibus,atq; describātur. descriptę vero per societates,cohortes,&
tribus deponātur. & vt magistrat⁹ sint absq; lucro:lege statuātur honores ijs qui eos opti-
58 me gesserint. ¶Septimadecima:pro populari gubernatione. diuitibus parcere: neq; eorum 17
possessiones,neq; fructus æqualiter distribuere, neq; illis onera grauium impēsarū impone-
59 re,ceu choros exhibere, & ludos & faculas. ¶Octauadecima:pro paucorū potentia. pau- 18
perum cura suscipienda diligenter:& officia quibus sunt salaria constituta,illis tribuēda. & si
quis diuitum illos iniuria affecerit:maior illi poena cōstituenda:q̄ si ipsi pauperes id sibi in-
60 ter se fecissent. ¶Vndeuicesima. Successio in hæreditatibus per cognationem fiat,& nō per 19
61 donationē: neq; valeat quisq̄ plures hęreditates capere, sed vnā solūmodo. ¶Vicesima. In 20
paucorum potentia conducit æquales aut qui pręsint magistratus,inopibus tribuere: & in
populari consimili modo,diuitibus. attamen ij in quibus reipublicæ momentum consistit:
ijs solis,aut pluribus,qui magis republica participant. vt in paucorum potentia,diuitibus:
& in populari,inopibus committendi sunt.

ANNOTATIONES AD CAP. OCTAVVM.

43 Sophistica illa ratio. In sophisticis elenchis huiusmodi sorita,captiunculáq; so-
phistica,circa literam à nobis aliàs adiecta est. & parum hic conferret repetita.
sed qui volet:ex illo loco requirat.

¶De conditionibus præcipuos adeuntium magistratus, & præceptis popularitatum,& potentatuum saluandorum. Cap. IX.

62 TRia vero debent habere illi:qui principales magistratus
sunt suscepturi. Primū:vt ament præsentē ciuitatis statū.
Deinde vt habeant potentiā maximā:ad ea exequenda,
quæ magistratus requirit. Tertiū vt habeāt virtutem &
iustitiam,in vnaquaq; republica:ad ipsam rempublicā.
nisi enim idem iustū sit in cunctis rebuspublicis:necesse
63 est iustitię esse differentias. ¶Habet autē dubitationē:quādo hæc omnia
non concurrunt in eodem,quomodo magistratus sint partiendi. ceu si sit In eodem
quidā aptus ad rem militarem,sit autē ille idem improbus,nec republi- περὶ τὸν αὐ
cæ amator,alter vero iustus & amator,sed ad rem militarē nō aptus: cu- τὸν masculinum est:in
64 ius facienda sit electio? ¶Videtur respiciendū esse ad duo: cuius magis eodē viro.
participent omnes,& cuius minus. quapropter in re militari quidem ad
peritiam magis q̄ ad probitatem est respiciendū. Pauciores enim sunt rei
militaris periti,plures vero probitatis. Contrà vero in custodia & admi-
nistratione ærarij. plus enim probitatis requiritur:q̄ q̄tum habeant mul-
65 ti. scientia vero cōmunis est omnibus. ¶Dubitari etiā potest:si potentia
assit reipublicæ,& amicitia; quid opus est virtute? sufficiūt eni illa duo,
66 ad reipublicæ vtilitatem. ¶An quia fieri potest vt duo illa habentes sint

incontinētes.quare vt sibijpsis non obtēperant scientes & amātes se ipsos: sic etiam erga rempublicam,nihil vetat ita habere quosdam. ¶Simplici- 67
ter autem quæcūq; in legibus prodesse dicimus rebuspublicis:cuncta illa
Quarti rempublicā conseruāt. ¶Et quod sæpe iam diximus:maximū fundamē- 68
46 tum est,obseruare vt potētior sit ea pars,quæ rempublicā saluam esse ve-
51 lit,q̄ illa quæ nolit. ¶Præter hęc autem omnia,latē re non oportet:quod 69
modo latet eas respublicas,quæ transgrediūtur medium.multa enim po-
pularia videntur:quæ popularem statum dissoluūt.multa etiā,quæ pau-
corum esse videntur:dissoluunt paucorū gubernationem.qui vero existi-
mant hanc esse vnam virtutem,trahunt ad excessum:ignorātes q̄ quem-
admodū nasus est excedens rectitudinē laudabilē ad aquilinū,vel simū,
sed tamen adhuc pulchritudinem ac gratiam retinet ad aspectū.at si quis
adhuc magis trahat ad excessum: primo quidē abijcit cōgruentē mensu-
ram partis,tandē vero ita disponitur,vt non nasus appareat,propter ex-
cessum ac defectū contrariorū.eodem modo & de alijs partibus. Conti-
git autē hoc & circa alias gubernationes. nam paucorū quidē potētiam,
& popularē,sufficienter se habere contingit:etsi transgrediantur ab opti-
mo statu. q̄ si quis intēdat magis vtranq; earum: deteriorem primū effi-
ciet rempublicā,tandē vero neq; rempublicā. ¶Quapropter id nō igno- 70
rari oportet à legis cōditore ac ciuili homine:qualia popularium, seruēt
populi statum,& qualia corrumpant.& qualia paucorū:identidem pau-
corum gubernationē.neutra enim istarū,videtur stare posse absq; opulē-
tijs,& multitudine:sed quādo adæquatio fiat facultatum,aliā necesse est
esse rempublicā.quare dissoluentes leges quæ sunt circa excessum:dissol-
uunt respublicas. ¶Aberrant vero & in populari statu,& in paucorum 71
gubernatione. in populari quidē ductores populi: vbi multitudo legib9
dominatur.diuisam enim faciūt semper ciuitatē, opulentis aduersantes.
at oportebat contrarium:videri semper dicere pro opulentis. in paucorū
vero gubernatione pro populo:eos qui rempublicā gubernant. & cōtra-
ria iurare:q̄ nunc iurent in paucorū gubernationibus.in quibusdā enim
ciuitatibus nunc iurant:populū odio habebo,& cōsilio annitar,vt male
habeat. expedit autē simulare ac fingere contrarium.atq; ita iuramentū
adnotare:nō afficiam populum iniurijs. ¶Maximū autem omniū,quæ
dicta sunt ad reipublicæ stabilitatē:est id quod nunc paruifaciūt omnes,
erudiri ad reipublicæ disciplinam. nihil enim prosunt vtilissimæ leges,
quæ à gubernatoribus decernuntur: nisi moribus instituti & disciplina
imbuti in republica, homines fuerint. si leges populares: populariter.si
paucorum potentię:ad hanc ipsam gubernationē. ¶Queadmodum cer-
te in vno viro intemperantia est:etiam & in ciuitate.disciplina autē reipu
blicæ est:nō ea facere,per quæ lætētur pauci potentes,aut populares. sed
per quæ valeant:illi quidē gubernationē paucorum tenere,hi vero popu-
larem. nunc autem in paucorū potentia, gubernatorū filij delicijs inten-
dunt:tenuiorū autem filij gymnasijs,laboribusq; exercētur.quare & vo-

lunt magis & possunt res nouas moliri. In populari vero statu, qui ma-
xime videtur esse popularis: contra quam vtile sit, constitutum est. huius
rei causa est: q̃ male diffiniũt libertatem. duo sunt enim quibus popula-
ris status diffinitur: potestate summa populi, ac libertate. iustũ autẽ æquũ
videtur esse. æquum vero quodcũq; videatur esse multitudini, id esse pręci-
cipuũ. liberũ autem & æquũ: quodcũq; velit quis facere. itaq; viuit vnus-
quisq;, vt vult in huiusmodi populari statu: & ad quod gliscit: vt ait Euri- Euripides.
pides. Sed hoc est prauũ. nõ enim putãdũ est esse seruitutẽ viuere ad for-
mam reipublicę: sed salutẽ. Ex quibus igitur mutãtur respublicæ & cor-
rũpũtur, & seruãtur, & permanẽt, vt simpliciter dicam⁹: tot & talia sunt.

NONI CAP. COMMENTARIVS.

62 TRia quæ debent habere ij, qui præcipuos magistratus gerunt: amor præsentis
status reipublicæ. ingens potentia ad exequenda munia reipublicæ. virtus, &
63 iustitia speciei reipublicæ accõmodata. ¶Q uæstio. si hæc tria nõ cõcurrunt in
eodem, vt si quis potentiã habeat, non amet: amet quidem alter, potentiã non
64 habeat: quomodo magistratus distribuendi? ¶Diluit. magistratus qui magis
probitatem q̃ peritiam efflagitãt, probis esse cõmittendos: qui autẽ magis peritiam q̃ pro-
65 bitatem, peritis etsi minus bonis. ¶Altera quęstio. si potẽtia & amor reipublicę assunt: quid
66 virtute & iustitia opus est? ¶Diluit. opus esse. quia sic affectos nihil prohibet incontinẽtes
esse; qui cognoscentes, & amãtes seipsos, sibijpsis proprię'q; rationi in ijs quę sibi cognoscũt
bona, non obtemperant. quare nisi virtus & iustitia assit: sic continget, & quosdam ad rem-
67 publicam esse affectos. ¶Redit ad præcepta, documentaq; saluandarũ rerũpublicarũ. Pri- 1
mum. quæcũq; in legibus dicuntur, vtpote quæ prosunt rebuspublicis: illa vniuersa saluant
68 respublicas. ¶Secundũ maximũ fundamendũ salutis rerumpublicarũ est: obseruare diligẽ- 2
69 ter, vt ea pars quæ rempublicam saluam esse velit, potentior sit ea quæ nolit. ¶Tertiũ. ca- 3
uere, semper velle intendere atq; adaugere reipublicæ statum, neq; remittere. nam qui nimis
extendere, aut remittere curant: tandem dissoluunt. perinde ac si nasum supra mediocritatẽ
extendas, transit ad aquilinum, adhuc retinens gratiam ad aspectum: q̃ si pergis continuo
extendere, efficereq; maiorem, ne quidem nasi formã retineat. & ita si comprimas, primum
simus: deinde si pergas, ne nasus quidem appareat. & id ob excessum & defectũ contrario-
70 rum ipsi medio. ¶Q uartũ. legislatorẽ volentem cõstituere popularem statum, aut pauco- 4
rum potentiam, aut aliam quãuis rempublicã: oportet cognoscere quæ popularia saluant
popularem, & quæ corrumpunt, quæ saluant aut corrumpunt paucorum potentiã, aut aliã
quam velit legibus instituere rempublicã. nam si leges ferat de æquãdis facultatibus, & ve-
lit aut popularem aut paucorum potẽtum inducere statum: profecto vtranq; harũ rerum-
publicarum dissoluit, cum dissoluat leges quæ sunt circa excessum & defectum facultatum.
¶Accusat ea (& merito) quæ in vltimis paucorũ potentiæ popularis'q; gubernationis spe-
ciebus, plęrisq; in locis fiunt: hic à ductoribus populorum, illic ab opulentis, per quæ se cre-
dunt suam rempublicam stabilire. Primo. circa iuramenta in magistratuũ assumptione. Se-
cundo. circa negligentiam eruditionis disciplinæ eorum quæ ad rem suam publicã spectãt.
Tertio. q̃ in paucorũ & populari gubernatione: cõtra reipublicę disciplinã sinũt suos ea ma-
xime facere, per quæ lætẽtur. & perinde ciuitatẽ faciũt intẽperatam, ac solet homo vn⁹ esse
intemperatus. verum si eorũ respublicæ saluandæ erũt: opposita, & circa iuramenta, & disci-
plinam, & voluptatum libertatẽ licentiosam, statuenda. Litera de se satis conspicua.

ANNOTATIONES AD CAP. NONVM.

ET quod sępe iã diximꝰ. vt nũeris 46, 51 quarti. & infra nũero 68 huiꝰ adhuc dictur⁹ est.

De mutationibus regni & tyrannide. Cap. X.

72 REstat nũc videre de vnius gubernatione: ex quibus cor- Regni mutatio & tyrannidis.
rumpatur & per quæ seruari valeat. fere autẽ similia ac
propinqua sunt illis, quæ diximus supra de cæteris gu-
bernationibus: illa quæ circa regnũ, & tyrannidem con-
tingunt. nam regia quidẽ potestas, optimatũ guberna-

tioni respondet. ¶ Tyrannis autem, ex paucorũ potentia illa extrema & 73
ex populari cõponitur. quapropter perniciosissima est ijs, qui sub ea sũt:
vtpote ex duobus composita malis, & trãsgressiones & delicta continẽs,
quæ ex ambabus illis reipublicæ gubernationib⁹ proueniũt. ¶ Existitq; 74
generatio statim ex contrarijs vtriq; istarũ (ea quæ per vnum geritur) ad-
ministrationũ. nam regia potestas, pro tutela præstantibus viris à popu-
lo facta est, & fit rex ex præstantibus per excellentiam virtutis, vel rerum
gestarũ quæ sunt à virtute, vel per excellentiã huiuscemodi generis. Ty-
rannus vero originem habet à populo ac multitudine, contra nobilitatẽ:
vt populus ab illis iniuriã non patiatur. patet hoc ex ijs quæ contigerũt.
fere enim tyranni vt plurimũ facti sunt ex ductoribus populorum: fidẽ
adepti ab initio propter calũnias contra nobilitatem iactas. Tyrannides
igitur in hunc modum cõstitutæ sunt, ciuitatibus iam adauctis. ¶ Aliæ
prius ex regibus transgredientibus patria iura: & affectãtibus magis do-
minari. ¶ Aliæ ex electis ad principales magistrat⁹. antiquitus enim po- 75
puli cõstituebant diuturniores administrationes & intendentias. ¶ Aliæ
ex paucorum potentia eligentium vnũ aliquẽ ad maximos magistratus.
Omnibus istis modis facultas fuit id perficiendi, si modo voluissent per
potentiam sibi præexistentem: his quidem ex regia potestate: alijs vero ex
honoribus à populo exhibitis. ceu Phidon apud Argos, & alij alibi re-
giam potestatem habẽtes: tyranni sunt facti. qui vero circa Ioniã, & Pha-
laris: ex honoribus Panetius quoq; in Leontinis, & Cypselus Corinthi,
& Pisistratus Athenis, & Dionysius Syracusis. & alij eodem modo ex fa-
uore populorum: apud quos multũ poterant. ¶ Vt ergo diximus: regia 76
potestas instituta est secundum optimatũ gubernationem. est enim secũ-
dum dignitatem: vel per virtutem propriam, vel generis, vel per beneficia
collata, vel per ista simul ac potẽtiam. omnes enim qui maxima beneficia
in ciuitates, gentésq; contulerunt: vel qui eam facultatem habuerũt, vt cõ-
ferre valerent: hoc honore potiti sunt. alij bello conseruatis populis: ne in
seruitutem deuenirent. quemadmodũ Codrus. Alij à seruitute liberatis.
vt Cyrus. Alij q; condidissent vrbem, vel q; regionem acquisissent. quem-
admodũ Lacedæmoniorum & Macedonum & Molossorum reges. vult
autem rex esse custos: vt qui diuitias habent: nihil iniustum patiatur, nec
etiam populus afficiatur contumelijs. ¶ Tyrannis autem (vt sæpe iã di- 77
ximus) ad nullam cõmunem respicit vtilitatem: nisi gratia proprij cõmo-
di. est autem obiectum tyrãni, quod placet: regi quod honestum sit. Quã
ob rem & in ea in quibus plus habent: sunt, tyrãnis quidem pecuniæ, re-
gibus autem honores. Et custodia regi à ciuibus suis est: tyranno autem
à peregrinis. ¶ Quod vero tyrannis contineat illa mala, quæ sunt & po- 78
pularis gubernationis & paucorum potentiæ: manifestum est. ex pauco-
rum quidem potentia: finem esse diuitias. per has enim solas: necesse est
permanere, vt conductos retineat custodes, vt sumptus faciat in educan-
do, eo ipso q; populo suo in nulla parte confidat. Itaq; arma ciuibus suis

Phidon. Argos. Ionia. Phalaris. Panetius. Leontini. Cypselus. Corinthus. Pisistratus. Dionysius. Athenæ. Syracusę.

Codrus. Cyrus. Lacedæmonij. Macedones Molossi.

adimere, ac multitudinem populi conculcare, ac ex vrbe pellere & vacuā habitatoribus ciuitatem reddere: communia sunt vtrarūq, paucorū scilicet potentiæ & tyrānidis. Ex populari autem vexare nobilitatem, clam euertere & aperte, in exiliū pellere tanq̄ aduersarios & machinatores cōtra potentiam suam. Ex his enim & insidias aduersus eos iniri contingit: alijs dominationē affectātibus, alijs seruitutē fugientibus. Vnde Periandri consilium Thrasybulo datum, supereminentes spicas decerpere: tanq̄ oportunum semper sit, eminentiores ciuiū de medio tollere. Periander. Thrasybul9

79 ¶Vt igitur ferè dictum est: eadem principia mutationum sunt existimāda in rebuspublicis, & in vnius gubernatione. per cōtumeliam enim, & per metum, & per contemptum insurgunt plærique subiectorum aduersus eos, qui in monarchia sunt dominantes. iniuriæ vero maximæ per contumeliā: nonnunq̄ etiam per ablationem propriarum rerum fiunt. Sunt autem & fines ijdem & illic: quales sunt circa tyrannides & regna. opes enim & honores, qui in tyrannis & regibus conspiciuntur maximi: affectant omnes. insurgitur autem quandoq in corpus dominantis: quādoq in ipsam dominationem.

80 ¶Quandoq autem per contumeliam inducūtur homines ad insurgendum (dum impetus fit) in corpus. cúmq sint cōtumeliæ partes plures: vnaquaq illarum concitat ad iram. irascentium vero ferè plurimi, vltionis causa impetum faciunt, non autem vt excellant. quale fuit illud filiorum Pisistrati. ob contumeliam enim sorori Harmodij illatam & ipsum Harmodiū iniuria affectum, impetus in eos factus est: ab Harmodio quidem propter sororem, ab Aristogitone autē propter Harmodium. Aduersus Periandrū quoq Ambraciæ tyrannū insidiæ factę sūt: ex eo quia in potu quem amabat puerum interrogauit, an nondum ex se prægnans factus esset. Philippus vero à Pausania occisus est: quia nō vlciscebatur cōtumeliā sibi factam ab Attalo. & Amyntas paruus, à Derda: quia iactaret se eius ætate abusum. Et eunuch9 ab Euagora Cyprio. quia enim mulier renuit filium eius: quasi contumelia affectus, eum necauit. Pisistratide Harmodi9. Aristogiton Periander. Ambracia. Philippus. Pausanias. Attalus. Amyntas. Derdas. Euagoras.

81 ¶Plurimæ vero inuasiones factæ sunt ex eo, in corpus quòd verecundiam intulissent nonnulli eorum, qui soli erant in principatu. Qualis fuit inuasio illa Cratei aduersus Archelaum. Semper enim molesta illi fuerat consuetudo eius. Itaq parua etiam occasio sufficiens fuit, vel quia filiarum nullam sibi dederat, cum se daturum promisisset, sed primā aucupatus à bello aduersus Sirram Arrabeum: tradidit regi Elibiæ. alterā filiam minorem natu filio Amyntæ coniugauit: existimans per hūc modum minime sibi fore aduersaturum ex Cleopatra genitū. sed indignationis principium extitit: q grauiter ferebat se ad libidinis gratiā haberi. Fuit vnà cum illo ad rem patrandam Hellanocrates Larisseus ob eādem causam. qui enim abusus ætate illius, non vt promiserat faciebat in patriam deduci: ob contumeliam id fieri ratus est, non ob amorem. Paron vero & Heraclides Enienses: Cotyn peremerunt patri supplicium sumentes. Adamas vero à Coty defecit: quasi contumelia affectus, q ab Crateus. Archelaus. Sirra. Arrabeus. Elibia loci nomen. Amyntas. Cleopatra. Hellanocrates. Paron. Heraclides Cotys. Adamas.

Exect9, cui ratus, fact9 eunuchus. eo in pueritia exectus esset. Multi etiam ob verberatum corpus vel interfecerunt ira perciti, vel impetum fecerunt quasi contumelia affecti & contra homines in potestate constitutos, & contra reges. vt Megacles apud
Megacles. Mitylene. Penthalidæ Smerdes. Penthilus. Mitylenen Penthalidas circumeūtes, & claua pulsantes: cum amicis aggressus interfecit. & postea Smerdes verberibus cæsus & à muliere tract9: Penthilon interemit.
Archelaus. Decānich9 Euripides. Archelai vero inuasionis: dux fuit Decamnichus. is enim primus cæteros aggressores cōmouit & exacerbauit, causa vero fuit irarum: ꝙ illum Archelaus Euripidi poetæ verberādum tradidisset. erat vero infensus illi Euripides, ob maledictum in ipsius maleolentiam oris iactatum. Et alij complures tali de causa: vel interfecti sunt, vel in periculum insidiarū deuenerūt. ¶ Similiter quoq; propter metū. hæc enim vna 12
Xerxes. Artapanes. Darius. ex causis est: vt in republica, sic etiam in vnius gubernanatione. ceu Xerxem Artapanes metuens ob calumniam de Dario, ꝙ eum suspendisset Xerxe non iubente: sed putabat illi veniā esse datam propter cœnā quasi
Sardanapalus. non reminiscente. ¶ Aliæ vero propter cōtemptum. vt videns quidā Sardanapalum regem inter mulieres pensa diuidentem (si modo hæc fabula vera fuit) & si non in illo: attamen hoc in alio verum esset. Et Dionysiū 13
Dion. Dionysius. Syracusij posteriorē, Dion inuasit: ꝙ eum cōtemnebat, conspiciens ipsum Dionysium semper ebrium, & ciues Syracusanos ita se habere. Amicorū etiam quidam insurgunt propter contemptū. ob fidem enim eis adhibitā sperrnunt tanq̄ latere possint eorum molitiones: & putantes se dominationem obtinere posse, quodammodo per contemptū inuadunt. tanq̄ enim potētes & contemnentes periculum: propter suam potentiam facile insurgūt. vt duces quidam exercituum: aduersus principes suos. quemadmodum
Cyrus. Astiages. Seuthes. Amadocus Cyrus contra Astyagen: cuius & vitam & potentiā contemnebat, cernēs et copias eius iam consenuisse, & ipsum in delitijs vitā agere. Et Seuthes Thracius Amadocum, cum esset dux exercitus. ¶ Quidam vero, huiusmodi plurium gratia insurgūt: ceu propter contemptum, & lucrū: veluti 14
Ariobarzanes. Mithridates. contra Ariobarzanē Mithridates. Maxime vero propter hāc causam insurgunt ij, qui sunt natura audaces, & honorem habent ex rebus bellicis apud eos, qui soli dominantes atq; principes. fortitudo enim potentiā habens: audacia est. per quas ambas quasi facile superaturi: eos aggrediuntur. ¶ Eorū vero qui ob honoris cupiditatē insurgunt: alius est causę mo 15
dus præter iam dictos. non enim vt quidam, tyrannos inuadunt spe magnorum cōmodorum, magnorūmq; honorum inducti: quos in illis cernunt: sic & ij qui ob honoris cupiditatem eos aggrediuntur. sed illi quidem vt ea sibi arripiant, quæ in tyrannis admirabantur: hi autem vt ex re gesta memorabili atq; egregia, famam atq; celebritatē nominis cōsequantur, tyrannos adoriuntur, non dominationem sibi solis acquirere volētes sed gloriam. sunt tamen numero perpauci: qui ob hanc causam moueantur. constituendum est enim sibi viuendum non esse, nisi rem confecerint:
Dion. Dionysius. quibus adesse oportet Dionis propositum. sed non facile est vt id multis contingat. Ille enim cum paucis militibus contra Dionysium profectus,

ait: quantumcũq; progredi posset, satis id sibi fore. vt si vel parum terræ
86 illius inuasisset: pulchrum sibi iam mori existimaret. ¶Corrumpuntur
autem tyrannides: vno quidem modo, vt vnaquæq; illarum rerumpubli-
carum ab extra si aliqua sit cõtraria respublica robustior. nam velle qui-
dem aderit: propter contrarietatem voluntatis. quę autem volunt omnes:
efficiunt modo possint. Cõtrariæ vero sunt gubernationes: populus qui-
dem tyrannidi secundum Hesiodum vt figulo figulus. nam gubernatio Hesiodus.
populi illa postrema: tyrannis est. Regia vero potestas & optimatum gu-
bernatio: propter contrarietatem gubernandi. Quapropter Lacedæmo- Lacedęmonij.
nij multas euerterunt tyrãnides: & Syracusani per id tempus, quo respu-
87 blicæ eorum recte gubernabantur. ¶Alio autem modo corrumpuntur: Syracusani
cum in seipsis seditiones habent. quemadmodum circa Gelonem factum Gelon.
est: & nunc circa Dionysium. Gelonis enim filium Thrasybulus Hiero- Thrasybul9
nis frater: p illecebras & voluptates traducebat ad populi fauorẽ, vt ipse Hieron.
dominaretur. domestici vero ac necessarij conspirabant: vt non tyrannis
omnino dissolueretur, sed Thrasybulus. verum alij inter hæc conspiran- Thrasybul9
tes: eam occasionẽ nacti, ipsos omnes pepulerũt. Dionysium autẽ: Dion Dionysius.
cõtra eum copijs ductis cum esset affinis, suscepto populo illum pepulit, Dion.
88 ipse vero interfectus est. ¶Cũmq; duæ sint causæ propter quas maxime
contra tyrannos insurgitur, odium scilicet & contemptus: odium quidem
existat oportet in tyrannos. Ex contemptu autem plurimę fiunt euersio-
nes. huius vero signum fuerit: q plærisq; eorum qui dominationes adepti
sunt, eas vsq; ad extremum conseruarunt. sed qui ab alijs susceperũt: con-
festim (vt ita dixerim) perierunt omnes. In voluptatibus enim viuentes,
habentur facile contemptui: ac multas præbent occasiones opprimendi
sui. Particulam vero quandam odij, debemus iram existimare. nam quo-
dãmodo eorũdem causa existit. & est interdũ ira efficacior q̃ odium. vehe
mentius enim insurgunt: quia perturbatio illa non vtitur ratione. maxi-
me vero cõtingit: vt ira deferantur, qui cõtumelia fuerunt affecti. per quã
quidem causam & Pisistratidarũ deleta est tyrannis: & multæ aliarum. Pisistratidæ
odium vero vtitur magis. nam ira, cum dolore fit. quare non facile: vt ra-
tione vtatur. odium vero sine dolore. Vt autẽ summatim dicamus: quot-
cũq; causas diximus paucorum potentiæ illius perprauæ temperatæ, atq;
postremæ, & popularis gubernationis extremæ, totidẽ & tyrãnidis cau-
sas esse ponendum est. nam & hæ sunt tyrannides quædam, atq; sub ty-
89 rannidum diuisione contentæ. ¶Regnum autem ab ijs quæ extra sunt,
q̃minime corrumpitur. quapropter & diuturnius est. Ex se autem ipso,
vt plurimũ euerti contingit. Corrumpitur autem duobus modis: vno si
seditio oriatur inter eos, qui participes sunt regni. Alio modo si tyran-
nice gubernare pergant: volentes esse domini plurium, & contra legem.
90 ¶Non fiunt nũc amplius regna: sed si qua fiunt, monarchiæ & tyranni-
des magis sunt. ob id, quia regnum spontanea gubernatio est: dominium
vero maiorũ est. at plurimi pares sunt: nec vsque adeò præexcellẽtes, vt ad

magnitudinem, dignitatémq; huius principatus se possint attollere. atq;
ex eo fit:vt spõte illi nõ pareatur. ꝙ si deceptione quis, aut vi dominetur:
iam apparet hanc esse tyrannidem. ¶In regnis autẽ illis in quibus succe- 91
ditur per genus, ponendũ est corruptionis esse causam, vltra illas quę su-
pra sunt dictæ, ꝙ plærunq; contemnendi homines succedunt in regnum.
& ꝙ cum non habeant potentiam tyrannicam, sed regium honorem: con-
tumeliose viuunt. est enim facilis deiectio regis. si enim nolint: statim nõ
erit rex, sed tyrannus etiam nolentium est. corrumpuntur ergo guberna-
tiones vnius: per has, & huiusmodi alias causas.

DECIMI CAP. COMMENTARIVS.

ILla conseruare regiam potestatem pariter & dissoluere: quæ aut saluant aut 72
euertunt optimatum gubernationem. ¶Infamat tyrannidem illam vltimam: 73
quòd composita sit ex duabus pessimis gubernationib9, extrema scilicet pau-
corum potentia & populari, & vtriusque in se vitia continens. ¶Regiæ gu- 74
bernationis & tyrannidis ortus ac generationes ex contrarijs, oppositóq; mo-
do fieri. nam rex ex præstantibus per excellentiam virtutis, aut rerum gestarum quæ à vir-
tute proficiscantur, aut excellentiam talis generis, ꝙ scilicet huiusmodi parentibus exortus
sit: sumitur. nam regia potestas: præsidium à populo, æquis, bonis, mansuetis'q; viris factũ
est. Tyrannis autẽ ortum habet à populo: cõtra viros insignes, vt populo nihil officiant. vt
licet ex ijs quę in dies cõtingunt animaduertere. & huiusmodi tyrãnides contigerũt, ciuita-
tibus iam adauctis. ¶Tres alios tyrannidum ortus: & tres alias affert tyrannides: quæ præ- 75
cesserunt eam quæ ex populo est, tyrannidẽ. Prima nascitur ex transgressione regni. ¶Se- 76
cunda. ex ijs qui in summis præficiuntur à populo magistratibus. & tertia ex ijs qui consi-
mili modo præficiuntur in paucorum potentia. ¶Declarat de regia potestate: quod paulo 77
supra numero 74 prætactum est. ¶Tyrãnum & regem opposito modo se habere, & in me- 78
dijs gubernandi & in fine atq; proposito: & non solum (vt eodem numero visum est) in cõ-
trario exortu. ¶Quod numero 73 in huius capitis principio tetigit: apertum dilucidúmq; 79
facit, tyrannidem continere mala duarum pessimarum gubernationum, paucorum scilicet
potentiæ atq; popularis. litera se sua luce prodit, reddit'q; perapertam. ¶Eadem esse prin- 80
cipia mutationis monarchiæ, regni scilicet aut tyrannidis: quę erant principia & causæ mu-
tationum aliarum rerumpublicarum. quæ capite secundo huius numero 13 septẽ præcipuæ 81
(quinq; alijs annexis) sunt adductę. Lucrum, honor, iniuria, metus, excessus, contemptus, 82
incrementum præter proportionem, verecundia, negligentia, pauxillitas, dissimilitudo, in- 83
super extrinseca causa. de lucro autem & honore: id declarat hoc numero. de contumelia, 84
iniuriáq;: 80. de verecundia: 81. de metu: 82. de contemptu: 83. de pluribus mixtis, vt cõtem- 85
ptu & lucro, de contemptu & honore 84. iterum de honore: 85. de extrinseca causa: 86. ex 86
seipsis: 87. Iterũ de contemptu, & odio, & ira, quæ ad iniuriam reuocãtur, quódq; ira vehe- 87
mentior sit truculentior'q; & minus ratione vtens q̃ odium ad inuadẽdum: 88. numero 89 88
regnũ ab extrinsecis causis q̃ paucissime corrũpi: sed vt plurimum ab intrinsecis. & ex seipso: 89
vt plurimũ duobus modis. ¶Q nõ proprie sint modo regna: sed quæ tẽporibus Aristote- 90
lis imò & hac tempestate regna dicũtur, monarchiæ quædam & tyrannides sunt potius. ꝙ
regnũ vltroneũ, tam eius qui gubernat, q̃ gubernatorũ, & ob ingentẽ excellẽtiam: dominiũ
vero maiores respiciat, qui dominẽtur, non autẽ ęquales: Nunc vero plurimi eorũ qui mo-
narchias tenent: pares sunt, nihilo ijs quibus præsunt pręstãtiores. & si præstant haud quaq̃
ad tantã magnitudinẽ, dignitatẽ'q; pertingũt, vt reges dici mereãtur. sunt itaq; monarchiæ
ac tyrãnides potius q̃ regna, aut violentę quędã dominatiões. ¶Causę corruptionis regni: 91
in quo succeditur per gen9, ꝙ plęrũq; cõtemnẽdi homines succedũt, ꝙ cõtumeliose viuũt.

ANNOTATIONES AD CAP. DECIMVM.

TYrannis autem ex paucorum potentia illa extrema, & ex populari componitur, 72
cõstituitur atq; surgit. de qua gubernatione Socrates in nouo de republica. Ty-
rannis (inquit) & tyranni gubernatio, similis est grandiori filio alicuius, neq; om-
nino parce neque dissolute viuentis, sed popularem vitam degentis, pertracto
ad omne flagitium & lasciuientis vitæ licentiam. quam qui trahunt: integram nominant li-
bertatem. & amorem in eo aliquem in cantatores qui circunstant, quibusdam machinatio-

Socrates. Vir tyranno similis.

nibus excitant,præſidem ocioſorum, & ad libidinem ſubminiſtrãtium deſideriorum,inſtar
alati & ingẽtis fuci.quid enim aliud eorũ amor:cui cupiditates aliæ,refertæ nidore, vnguẽ-
tis,coronis,ac mero aculeum addunt(quo præſide obtinentẽq; animum:dementia ipſa fer-
uet,frugales & verecũdas opiniones atq; cupiditates (ſi quas offenderit) extirpans penitus,
ac expellens,quouſq; temperantia omnis eijciatur,& locũ eius forenſis omnis & aliena ob-
tineat inſania.tunc iuuenis inſanus,cupiditatibus ebrius,furioſus,& extra ſe poſitus:nõ ſo-
lum hominibus,ſed & dijs imperare contendit,ſperátq; conſecuturũ.poſt hæc (vtpote cu-
ius tyrannicus amor:animi penetralia incolens,regit omnia) bachanalibus indulget,comeſ-
ſationibus,ſcortis,cæteris'q; huiuſmodi.& nouæ cupiditates,dies noctéſq;,multę'q;,& ve-
hementes,multorum indigæ pullulant.prouentus ſi qui extiterint:cito conſumuntur. quos
ſequuntur fœnora,& patrimonij diſſipatio.quæ omnia vbi defecerũt:cupiditates frequen-
tes quidẽ atq; ardẽtes,quæ in nido animi deliteſcũt,vociferari atq; conqueri neceſſe eſt. ia-
ctatúrq; tũc ad explorãdũ:ſi quis quicq̃ poſſideat, quod vel fraude ſurripi,vel vi eripi poſ-
ſit.cogitúrq; vndecunq; vſurpare:vel ingentibus ſtimulis,& doloribus cruciari.& ob cupidi-
tates nouas:iuſtum cenſebit,vt ipſe iunior,plus habeat q̃ parentes.& ſi portionẽ ſuam cõ-
ſumpſerit:vt paterna eroget.quod ſi parentes nequaq̃ permiſerint:primum furari,eos'q; de
cipere aggreditur.ſin iſtud non poterit:rapiet iam,vim'q; parẽtibus inferet.ac ſi pater ma-
térq; ſenes reſiſtant:non ſe continebit quin tyrannicum aliquid agat. & gratia nuper amatæ
cõcubinæ nõ neceſſariæ,aut ſpecioſi cuiuſpiã nuper amati adoleſcentis nõ neceſſarij:veterẽ
amicã neceſſariámq; matrẽ , & deformẽ ſed neceſſariũ ſenémq; patrẽ, & antiquorũ omniũ
antiquiſſimũ,verberibus obijciet,illos ijs ſubijciẽs,quos eandẽ in domũ introduxerit. en q̃
beatũ:filiũ tyrãnicũ genuiſſe.& cũ parentũ ſupellex nõ ſufficiet:primo parietẽ alicuius per-
fodiet,vel nocte tarde euntis pallium rapiet, deinde etiã templũ aliquod ſpoliabit. & ſicut
in ſomnijs pars animi bruta,cum fuerit immoderato repleta potu atq; paſtu,laſciuit,veluti
ſoluta & libera omnib9 verecũdię,prudẽtiæ'q; pręceptis,& nihil eſt quod nõ audeat,à nulla
(quã nominare nefas eſt) libidine,cruenta impietate, nulla prorſus voragine, nulla inſania
vel impudentia ſe tẽperãs:talis ſemper erit ille vigilans. ꝙ ſi multi tales in ciuitate fuerint:
furabũtur,muros fodient,marſupia incident,expoliabunt,pręd abuntúrq;,ſacra rapient,ca-
ptos homines,ſeruire cogẽt. ſi dicẽdo facũdi erũt:calũniabuntur,periurijſ'q; decipiẽt homi-
nes,& muneribꝰ corrũpẽtur iudices,& a nulla cæde impia abſtinebũt, ingluuie ac facinore.
talis igitur tyrannicus vir,talis tyrannidis ſtatus,tyrãnicáq; gubernatio.Hæc ex Socrate.

ℭPer quę regna ſaluãtur,& quibus modis retinẽtur tyrãnides.Cap.XI.

92 Saluãtur autẽ ſimpliciter loquẽdo ex cõtrarijs.ſingula-
riter autem loquendo per deductionẽ cuiuſq; regnorũ
ad mediocrẽ modũ.quanto enim pauciorũ eſt poteſtas
omnis:tanto maiori tempore neceſſe eſt eã durare.nã &
ipſi qui regũt minus ferociũt ceu domini, magiſq; mo-
derati fiũt: & illi qui regũtur inuident minus. Propter
hoc eni & apud Moloſſos lõgo tẽpore durauerũt reges,& apud Lacedę- Moloßi.
monios:quod ab initio ſtatim in duas partes diuiſa fuerit regia poteſtas. Lacedęmonij.
Et poſtea Theopõpus ad mediocritatẽ magis illã deducẽs: Ephoros ſu- Theopõpꝰ.
peraddidit,poteſtatẽ quidẽ minuẽs,ſed tẽpore augẽs regiã authoritatẽ,vt
faceret eã quoquomodo nõ minorẽ ſed maiorẽ.vt ad vxorẽ ſuã reſpõdiſſe
ferũt dicentẽ: an nõ erubeſceret ꝙ filijs minorẽ poteſtatẽ regiã relinqueret,
q̃ à parẽtibꝰ ipſe recepiſſet?nõ ꝓfecto inquit.nã relinquo eis:multo dura-
93 biliorẽ. ℭTyrãnides vero ſeruãtur duobꝰ modis inter ſe cõtrarijſſimis: Saluatiões tyrannidũ.
quorũ alter eſt is quẽ ꝑ ſucceſſionẽ traditũ, plurimi tyrannorũ obſeruãt. Periander.
horũ autẽ multa cõſtituiſſe ferũt Periandrũ Corinthiũ.multa etiã ex gu-
bernatione Perſarũ eſt aſſumere.Sũt autẽ hæc:illa ꝑnitioſa,quę ſupra re- 1 Perſæ.
tulimꝰ omni conatu à tyrãnis fieri,quo dominationẽ retineãt. veluti po- Huius,
94 tẽtiores decerpere:& ſapiẽtes perimere. ℭEt neq; comeſſatiões ꝑmittere, 2 77

neq; ſodalitatē, neq; diſciplinam, neq; aliud quicq̃ tale:ſed omnia cauere
3 vnde cōſueuerūt oriri iter ciues duo,intelligētia ſcilicet & fides.¶Et neq; 95
ſcholas, neq; conuentus alios vacationis alicuius,fieri cōcedere:& omnia
facere ex quib⁹ ciues inter ſe q̃maxime incogniti ſint omnes. cognitio eni
4 fidē magis inter ipſos aggenerat. ¶Et ſatellites eius apparere ſemper ac 96
verſari circa fores:quo minus latêre poſſit,quid quiſq; agat. & explora-
re ſi aſſueſcant ſenſim animum ſubmittere per ſeruitutem continuam.&
alia quæcunq; talia Perſica,& barbara: tyrannidis ſunt. cuncta enim idē
5 poſſunt.¶Et anniti ne lateant:quæcunq; quis ſubiectorū dixerit,aut ſe 97
Syracuſij. cerit,ſed eſſe exploratores.quemadmodū Syracuſis ij qui delatores nun-
Hieron. cupantur & auricularij:quos ſubmittebat Hieron vbicunq; eſſet congre-
gatio aliqua,vel conuerſatio.minus enim audent:qui talia formidant. &
6 ſi audent:minus latêre poſſunt.¶Calumniari quoq; inuicem,& diſcor- 98
dias ſeminare:amiciſq; amicos cōfligere,& plebem cum nobilitate,& di-
uites inter ſe ipſos,& ſubditos ad paupertatē redigere,tyrannicæ eſt pra-
uitatis.vt neq; ſumptus fiat in cuſtodia:& illi quotidianis moleſtijs occu
pati,vacare non poſſint ad conſilia contra tyrannos ineunda.Exemplum
Pyramides Ægypti. huius ſunt Pyramides AEgypti,& ſtatuæ Cypſelidarū,& olympi ædi-
Cypſelidæ. ficatio à Piſiſtratidis facta,& Policratis opera circa Samū.hæc enim om-
Piſiſtratidæ nia fuerunt inſtituta:ad otium & quietem populorum tollendam, & ad
Olympus. inducendam paupertatem.& tributorum penſio, vt etiā Syracuſis factū
Policrates. Dionyſius. eſt.Dionyſio enim eam ciuitatem tenente:cōtigit Syracuſanos in quinq;
Syracuſani annorū tempore cunctas facultates ſuas in ſoluēdis tributis cōſumpſiſſe.
7 ¶Studet etiam bellum concitare tyrānus: vt negocijs occupentur ciues: 99
8 & indigentia ducis,continuo detineantur. ¶Et regnum quidē per ami- 100
cos ſeruatur.tyranni autem eſt maxime amicis diffidere:quaſi velint om-
9 nes, poſſint autem maxime amici eum ſubuertere. ¶Et quæ fiunt circa 101
vltimam popularem gubernationē: tyrānica ſunt omnia. vt facultas mu-
10 lierum vt libet per domos euagandi: quo reuelent virorum ſecreta.¶Et 102
manumiſſio ſeruorum eadem de cauſa.nō enim inſidiantur ſerui & mu-
lieres tyranno.& ſi proſpere degant: neceſſe eſt vtroſq; beniuolos fore, &
erga tyrannidem & erga popularē ſtatum.nam & populus dominus eſſe
11 vult. ¶Ex quo fit:vt adulatores apud vtroſq; in honore habeātur. apud 103
populum quidē populi ductor.eſt enim qui populum colit & ducit po-
puli adulator.Tyrannorū vero qui humiliter cōuerſatur:quod eſt opus
adulatoris.nā propter hoc prauos amicos habent tyrāni:quod adulatio-
nibus gaudent.Id autem nemo faceret:qui mentem haberet libero homi-
ne dignam.ſed amant boni viri:vel non adulātur. & vtiles praui ad pra-
12 ua.clauus enim clauo : vt dictat prouerbium.¶Nullo quidem honeſto 104
nulloq; libero delectari tyrannicum eſt. ſe enim ſolū eſſe talē: putat tyrā-
nus.qui autē ſubditorū vel honeſtati ſtudēt vel libertati:minuere excellē-
tiā atq; præeminentiā tyrānidis videntur.oderūt ergo illos tyrāni: tanq̃
13 euerſores poteſtatis ſuæ.¶Peregrinos etiā in cōuiuia & quotidianū vſū 105

magis recipere q̃ ciues:tyrãnorum eſt. quaſi illos quidẽ habeant hoſtes:
hos vero nõ aduerſantes. Hæc & huiuſmodi à tyrannis fiunt, pro domi-
106 natione retinenda: nec quicq̃ omittunt prauitatis. ¶Sunt autẽ(vt ita di-
xerim)hæc omnia tribus ſpeciebus cõprehenſa. Tria enim cõiectat tyrã-
nus. Vnũ:vt animos imminuat ciuiũ, paucáq; ſapiant. nemo enim puſil- 1
lanimus contra tyrannũ inſurgit. ¶Secundũ:ꝙ ciues inter ſe diffidentes 2
reddat. non enim prius euertitur tyrannis:niſi ciuium aliqui inter ſe fidẽ
habeãt. quapropter & bonos viros perſequitur:quaſi peſtiferos & aduer-
ſarios dominationi ſuæ. non ſolũ quia nõ acquieſcunt in ſeruitutẽ viuere:
verũ etiam quia fides eis & inter ſe & ab alijs plurima adhibetur. neq; ac-
cuſant alios:neq; ipſi ſe inter ſe accuſant. ¶Tertiũ:impotẽtia agendi. ne- 3
mo enim impoſſibilia ſibi aggreditur. quare neq; tyrannidẽ tollere:ſi po-
tentia deſit. Ad quos ergo fines referãtur tyrannorũ cõſilia:tres iſti ſunt.
Ad has enim ſuppoſitiones:tyrãnica redigi poſſunt vniuerſa. Partim ne
confidant inter ſe ciues. Partim vt potentia eis deſit. Partim vt puſillani-
107 mi efficiãtur. Vnus ergo modus quo ſaluãtur tyrãnides:talis eſt. ¶Alter 1
vero modus ex cõtrario ferè ijs quę dicta ſunt:curã adhibet. Eſt autẽ de-
prehẽdere ipſum ex regnorũ corruptione. vt enim regni mod⁹ corruptio-
nis vnus eſt, qui gubernationẽ ipſam regiã magis reducit ad tyrãnicam:
ita tyrãnidis cõſeruatio eſt, ad regiã gubernationẽ magis eã referre, vnũ
dũtaxat obſeruãdo videlicet vt potentiã retineant, per quã nõ modo vo-
lentibus, verũ etiã nolentibus dominari poſſit. nam ſi hanc abijciat:ſimul
abijcit & tyrãnũ eſſe. ſed hoc tanq̃ ſuppoſitionẽ quandã manere oportet.
cętera vero patim facere, partim q̃ optime ſimulare. vt regia gubernatio vi-
108 deatur. ¶Primũ eni videri cõmuniũ cõmodorũ curã habere, nõ effundẽ- 2
tem largitiones tantas, vt ciues moleſte ferãt:quando ab illis capiũt ope-
rantibus, ac laborantibus in ſua tenuitate, donant autẽ ſcortis & peregri-
109 nis & hiſtrionibus effuſe. ¶Rationẽ reddant eorũ quæ acceperint & ex- 3
penderint. quod iam factum eſt à quibuſdam tyrannis. ſic enim admini-
ſtrans nõ tyrãnus videbitur:ſed legitim⁹ gubernator. nec erit ei formidã-
dum:ne quãdoq; ſibi deſint pecuniæ, cum ſit dominus ciuitatis, ac ſi di-
ſpergerent tyranni, ex propria domo. Et prodeſt hoc magis q̃ relinquere
congregatas. minus enim cuſtodes ipſi, contra tyrannum ob res ipſas in-
ſurgent. Sunt autem formidabiliores tyrãnorum cuſtodes, ipſis tyrãnis,
cum ipſi foras aliquò proficiſcuntur, q̃ ciues. nam illi quidem vnà profi-
110 ciſcũtur. hi autẽ manent. ¶Deinde redditus & impenſas apparare opor- 4
tet:tum gratia diligentis adminiſtrationis, tum etiam vt ſi quando fuerit
opus, illis vti poſſit ad belli neceſſitates, omninoq; ſe ipſum præbere cu-
ſtodem & diſpenſatorẽ, non vt ſuarum pecuniarũ, ſed vt cõmuniũ & pu-
111 blicarum. ¶Et videri velle nõ aſperũ:ſed cũ grauitate honeſtũ, & talẽ vt 5
eũ nõ timeant obuij:ſed magis reuereãtur. Hoc autẽ nõ facile eſt eũ aſſe-
112 qui qui facile fuerit contẽnendus. ¶Quapropter opus eſt: & ſi nõ aliarũ 6
virtutũ, at ſaltẽ ciuilis eum curã habere, ac talẽ de ſeipſo opinionẽ afferre.

7 ¶Insuper nõ solum ipsum videri,nulli protinus ciuiũ cõtumeliã facere, 113
8 neq; iuueni neq; iuuenculę:sed etiã nemini eorũ qui circa eum sunt.¶Eo- 114
dẽmq; modo se habere mulieres suas,circa cæteras mulieres.nam & per
9 cõtumelias mulierũ:permultæ iam tyrannides periẽrũt.¶Et circa volu- 115
ptates corporis cõtrariũ facere:q̃ nunc faciũt quidã tyranni.nõ solũ enim
statim ab aurora id agunt,cõuiuãtúrq; cotinuo per dies plures: verũ etiã
apparere volunt alijs,q ita faciant,vt eos tanq̃ felices, beatósq; admiren-
tur.Sed in talibus maxima erit moderatio adhibenda: vel saltẽ videri ab
alijs illa fugere.nõ enim facile inuadi potest,nec facile contẽni qui sobrius
10 sit:sed qui ebrius.neq; qui vigilet:sed qui dormiat.¶Contrariũq; agen- 116
dum est supradictorum ferè omniũ.corroboranda enim & ornanda ciui-
11 tas est ab eo, tanq̃ à curatore: ac nõ tyrãno.¶Videri etiã oportet ipsum 117
semper circa religionem deorũ affici vehemẽter.minus enim formidabũt
populi: ne quid contra legem ab huiusmodi patiãtur, si religioni deditũ
existimabũt principẽ,ac deorũ reuerentiam curámq; habere,minúsq; cõ-
tra ipsum audebũt insurgere,quasi deos habeat vltores, atque fauentes.
12 ¶Præterea oportet sine improbitate talẽ videri:atq; eos viros qui aliqua 118
in re laudabiliter se gesserint,honorare.ita vt nõ existiment vnq̃ se magis
13 honorari à ciuibus,suis legibus viuentibus potuisse.¶Hos autẽ hono- 119
res:ipsemet tribuere debet tyrãnus.pœnas vero & animaduersiones: per
14 alios infligere,per magistratus videlicet ac iudicia. ¶Cõmunis vero cu- 120
stodia omnis dominationis vni⁹:est neminẽ vnũ præ cæteris magnũ face-
re,sed profecto plures. nam seinuicem obseruabũt. Q, si quem extollere
oporteat:non tamẽ eum qui sit moribus audax.nã huiusmodi morũ ho-
15 mines:aptissimi sunt ad inuadendũ circa res omnes.¶Si vero cuiusq; po- 121
tentia minuenda est:modice ac non vno simul impetu,omnis potestas est
16 auferẽda.¶Insuper ab omni cõtumelia abstinendum:præcipue tamen à 122
duabus,ne in corpus flagris,néve in ætatẽ libidine insultet.Maximéq; id
cauendũ in illis hominib⁹:qui honorẽ magnifaciũt.nã in pecuniã illatam
iniuriã,auari homines grauiter ferunt:in honorẽ vero illatã,& qui boni
sũt viri,& qui honorẽ magnifaciũt,permoleste patiũtur.quapropter aut
nõ huiusmodi hominũ opera vtendũ est,aut animaduersiones in illos pa
17 trio more,ac sine vlla cõtumelia fieri videãtur. ¶In ætatẽ vero ex amore 123
videatur esse cõuersatio, nõ ex licẽtia. õnino autẽ quicquid pro dedecore
habebitur:impẽsione maiorũ honorũ est redimendũ. Eorum vero qui ad
vim inferendã cõtra corpus tyrãni insurgũt:illi sũt maxime formidãdi.&
plurima opus est custodia aduersus eos, qui ita dispositi sũt, vt amplius
viuere nõ curẽt,cũ occiderint.Quapropter maxime cauendum est ab ijs:
qui vel seipsos vel eos quos habeãt charissimos cõtumelia affectos putãt.
sine vlla eñi cura proprię salutis irruũt:qui p indignationẽ & irã aggre-
diũtur,quẽadmodũ & Heraclitus inquit,durũ esse dicẽs pugnare aduer-
18 sus irã.vita enim id emi.¶Cũ vero ciuitates ex duabus cõsistãt partib⁹, 124
ex inopibus scilicet & opulẽtis:maxime quidẽ vtriusq; partis salutẽ pro-

pter principatum existimare oportet, atq; alteros ab alteris nulla iniuria
affici. Quicunq; tamen eorũ sint potentiores, ij pręcipue sunt in guberna-
tione vendicandi, ac velut proprij efficiendi. nã si hoc extiterit: neq; ẽ ser-
uis liberos facere cõpelletur tyrãnus, neq; arma adimere. altera nãq; pars
tyranni potentiæ adiuncta; sufficiens erit ad superãdos eos, qui cõtra in-
125 surgere vellent. ¶ Superfluũ autem singulatim dicere de omnibus istis. 19
Intentio enim manifesta est ꝙ oportet non tyrannicũ, sed tanq̃ patremfa-
miliãs & regẽ esse putari ab illis, qui sub eo sunt, nec pro se capientẽ, sed
pro cõmunis vtilitatis tutela & cura. Et mediocritatẽ in vita sequi, nõ ex-
126 cessus. ¶ Præterea egregios viros per familiaritatem sibi coniungere. ple- 20
bem vero ac multitudinẽ per fauorẽ & gratiam in obsequio retinere. Ex
his enim necesse est non solum principatum eius esse pulchriorẽ, & opta-
biliorem ex eo quia melioribus imperet & non abiectis: neq; ex eo quod
ipse neq; odio sit, neq; formidetur: verũ etiã ex eo quia longiorẽ ac dura-
127 biliorẽ eius principatũ fore cõtingat. ¶ Insuper morib9 talẽ esse: vt vel re- 21
cte se habeat ad virtutẽ, vel semibon9 quidã sit, & nõ mal9 sed semimal9.

VNDECIMI CAP. COMMENTARIVS.

91 REgna (vt generaliter dicatur) saluãtur ex cõtrarijs eorũ, quę dicta sunt. specia-
93 liter autẽ loquẽdo, per deductionẽ, eorũ ad mediocrẽ quendã modũ. ¶ Duos
esse modos: quibus saluatur, retinetúrq; tyrãnis, ingens mortaliũ pestis. ¶ Pri-
mus est funestissimus: ex ijs partim quæ prætacta sunt numero 77, & duode-
cim tyrannorũ cõprehendit, partim machinamentis partim proprietatibus.
106 quæ patent in litera. & quæ indigna sunt, vt polluant chartã repetita. ¶ Machinamenta ty-
rannorũ ad retinendã per primũ modũ tyrannidẽ: ad tria, tres species, trẽ sve fines reuocat.
vt ciues inter se diffidant. vt potentia eis desit. vt pusillanimi fiant. ¶ Secundũ modũ ponit
saluandę tyrannidis atq; retinendę. quæ vno & viginti simulatis obseruationibus, machina-
107 mentis´q; cõprehẽdit. ¶ Primũ vt q̃proxime potest tyrannus: ad regiã potestatem reuocet 1
tyrannidẽ, eam´q; imitetur. retineat tamen potentiã: qua possit, non modo volentibus, verũ
108 etiam & nolentibus dominari. ¶ Secundũ. vt videatur cõmuniũ commodorum curam ha- 2
bere: neq; prodige largas donationes scortis, peregrinis, histrionibus, & id genus hominib9
109 effundere. ¶ Tertiũ est. vt rationẽ reddat eorũ quæ accepit à populo: & eorũ quæ expẽdit. 3
110 ¶ Quartũ. simulat gratia diligentis administrationis: & ad necessitates si ingruant: redditus 4
& impẽsas apparare oportere, & omnino se præbere custodẽ & dispensatorẽ, nõ vt suarũ re-
111 rũ sed vt cõmuniũ. ¶ Quintũ. ꝙ velit videri nõ truculẽtus & asper, sed cũ grauitate hone- 5
112 stus: ita vt magis reuereantur obuij q̃ timeant. ¶ Sextũ. ꝙ curã habere videatur ciuilis vir- 6
113 tutis, atq; iustitię. & de se talẽ efficiat opinionẽ. ¶ Septimũ. ꝙ nullos ciuiũ videatur affice- 7
114 re iniuria: neq; aliquos illorũ, qui circa ipsum versantur. ¶ Octauum. ꝙ suæ mulieres: simili 8
115 modo ad alias mulieres sese habeant. ¶ Nonũ. ꝙ videatur intẽperãtiã, crapulã sq;. & ebrie- 9
116 tates fugere: & vigilantẽ in rebus se prębere. ¶ Decimum. ꝙ corroboret, & ornet ciuitatem 10
117 ædificijs, & locorũ munitionib9: vt curator, nõ vt tyrãnus. ¶ Vndecimũ. videatur circa rem 11
sacram, & diuinũ cultum affici vehemẽter. verum oporteret talem sine improbitate videri,
118 ac simulatione. ¶ Duodecimũ. Qz talis videtur sine fictione improbitatẽve vlla: & eos vi- 12
ros qui aliqua in re se strenue gesserint, honorare. ita ꝙ nõ existiment se magis honorari vnq̃
119 potuisse a ciuibus: qui legibus (quas ipsi tulissent) viuerent. ¶ Tertiumdecimũ. Qz honores 13
illos ipsemet distribuit: & pœnas & animaduersiones per alios videri vult infligi, per magi-
120 stratus videlicet, atq; iudicia. ¶ Quartũdecimũ. cauet quẽpiam vnũ magnũ prę cæteris ex- 14
121 tollere: & si quẽ extollere oportet, nõ eum tamẽ qui sit moribus audax. ¶ Quintũdecimũ. 15
122 Si cuiusq̃ potentia minuenda est: modice, & non vno impetu potestatẽ aufert. ¶ Sextũde- 16
cimũ. A duabus iniurijs summopere cauet: ne in corpora flagella exerceat, & ne in ætatem
123 libidine insultet, maxime in illis hominibus qui honorẽ magnifaciũt. ¶ Septimũdecimũ. Si 17
libidine alicuius ætati insultauerit: ex amore cõuersatio esse videtur, & non ex potestate. &
124 omnino quicquid pro dedecore habebitur; maiorũ honorũ impẽsione redimit. ¶ Octauum- 18

decimum. fouet vtranq; ciuitatis partē, & opulentos & inopes: neq; finit alteram ab altera lacessitū iri, eos vēdicat ad magistratus, qui eius partis sunt, quæ præualet, potentiorq; est.

19 ¶ Nonūdecimū. Studet vt à subditis, non tyrānus sed paterfamilias & rex esse putetur: nec pro se capere, sed pro cōmunis vtilitatis tutela atq; cura, & mediocrē sequi vitā nō excessū. 125

20 ¶ Vicesimū. egregios viros per familiaritatē sibi cōciliat: plebem vero, ac multitudinē per 126

21 fauorē & gratiā in obsequio retinet. ¶ Primū & vicesimū. moribus talem se monstrat: vt recte se habere videatur ad virtutē, vel semibonus quidā & nō malus, sed semimalus. 127

ANNOTATIONES AD CAP. VNDECIMVM.

TYrannides vero seruātur duobus modis. sunt qui accusant Aristotelē: sed forsitan parū iuste. nō enim tyrannidē probat: sed vbiq; dānat, accusat, infamat. neq; hoc scripsisse sentiendū est eum, eo ingenio vt illis homines vtantur, sint've illi tyrāni: verū potius vt ipsi tyrāni cognoscāt, ex suis proprietatibus, q̄ misera, q̄q; infelix & stygiæ cuidā vitæ simillima sit eorum vita. quam cognitam ceu infelicissimā, & vltimam vitæ conditionem fugiant, execrentur, & dānent: & ad meliora resipiscant, quippe qui homines sunt ad meliora geniti, si naturæ dotes ad potiora converterent. Et inter duos tyrannidis modos: continetur rex medius: ceu fortitudo inter temeritatē & timiditatem, & vt clementia inter crudelitatem & licentiosam impunitatem: primus in excessu: secūdus in defectu. quare modi illi inter se contrarij, vt morbus morbo, & vitium vitio: contrarij vero regno vt morbi sanitati, & vitia virtuti. ¶ Sed hoc tanq̄ suppositionē manere oportet. cum 107 vtitur Aristoteles his verbis oportet, debet: non præcipit, sed ostendit dūtaxat quid faciūt, qui secundo modo tyrannidem conseruant. sunt enim sophistici reges, omnia simulantes, & reuera hypocritę: sic fallentes in subditorum gubernatione, ceu sophistæ solent, in discipulorum institutione. nihil tamē prohibet: eos ab imperitis subiectis videri regibus meliores. vt & sophistæ: ab imperitis auditoribus, & sophisticis præstigijs, merisq; imposturis dementatis, ipsis authoribus sapientiores. verum & rex & legitimus author, omnia pro veritate & nihil simulate: cum non sint vt appareant, sed apparent quia sunt, sed hæc satis. ¶ Nam & 114 per contumelias mulierum, multæ iam tyrannides perierunt: sic per contumeliam illatam à Tarquinio Lucretiæ: tyrannide sublata, respublica Romana transijt ad consules. ex vita Publicolę. Et ob contumeliam intentatā ab C. Appio virgini, obiecta seruitute, quo ad stuprādam virginē illi pateret aditus (illa autem erat filia Virginij) tyrannis decemuiratus identidem Romæ sublata est. & varia alia: ex historijs passim, se ingerunt exempla.

¶ De duratione tyrannidis, & loco Platonis obscuro, & reprobatione Socratis. Cap. XII.

ATqui omnium gubernationum breuissime durare solent paucorū potentia, & tyrannis. Quippe illa quæ plu- 128
Ortagoras. rimo durauit tēpore, Ortagoræ & filiorū ei⁹, qui apud
Sicyonij. Sicyonios tyrannidē habuere: ad centesimū vsq; annum peruenit. Durationis vero causa fuit: q̄ mediocritate quadā erga subditos vtebātur, multáq; legibus seruiē-
Clisthenes. tes agebāt. Et quia aptus rei militari fuit Clisthenes: non facile cōtemnēdus habebatur. plurimum vero conuersatione & vsu familiari atq; cura: fauorem & gratiam populi acquirebat. Fertur quidem Clisthenes coronasse iudicem: qui victoriæ illius cōtradixerat. Aiunt quidam huius iu-
Pisistratus. dicis statuam esse illam: qui in foro sedet. Pisistratus quoq; fertur: aliquā-
Ariopagus. 73 do apud consilium Ariopagi citatus, iudicium subijsse. ¶ Secunda vero
Corinthus. apud Corinthum Cypselidarum tyrannis. nam ea durauit annos tres &
Cypselidæ. Cypselus. septuaginta, & menses sex. Cypselus enim ipse: tyrannidē exercuit annos
Psāmetic⁹. triginta. Periādrus vero quadraginta quatuor. Psammeticus autē Gor-
Gordius. dij annos tres. causa vero duratiōis eadē fuit. cū enim populi ductor esset
Cypselus. Cypselus, hac gratia apud multitudinem præualuit: vt à principio prin-
Periander. cipatus sine vlla corporis custodia, in dominatione perseueraret. Perian-

drus autē eius filius, magis tyrannice se gessit: sed erat vir bello egregius.
¶ Tertia Pisistratidarum Athenis. hæc autē non fuit continuo: bis enim Pisistratidæ Athenæ.
ex tyrannide pulsus fuit Pisistratus. Itaq; ex annis triginta tribus: solos Pisistratus.
annos septem & decem tyrannidem exercuit. Filij vero eius, annis decem Syracusæ.
& octo: atq; ita omnes simul fuerūt quinq; & triginta. ¶ Ex reliquis ve- Hieron. Gelon.
ro illa quæ apud Syracusas fuit: Hieronis, & Gelonis. sed nō longa fuit. Thrasybulus
hæc annis enim non amplius q̄ duo de viginti durauit. Gelon enim, se- 17
ptem annis cum tyrannidē exercuisset: octauo defunctus est. Hieron au- 18
tem decem. Thrasybulus vero mense decimo excidit. cæterorum vero: ty- 35 18
rannidū plæræq;, breui tēpore durauerunt omnes. ¶ Quæ igitur sint tam 8
circa gubernationes plurium q̄ circa gubernationes vnius solius, per quę 10
129 & corrumpātur, & seruentur: fere de vniuersis dictum est. ¶ In republi-
ca vero Platonis: Socrates de mutationibus loquitur, nec tamen recte. il- Socrates.
lius enim reipublicæ quæ est optima atq; prima: mutatio nulla propria
assignatur. inquit enim causam esse mutationis: quia sic natura compara-
tum sit, vt nihil permaneat, sed in ambitu quodam temporis mutationē
recipiat. Esse vero principium horum inquit: quorum sesquitertium fun-
dum quinario coniugatum, duas exhibet harmonias, inquiens quando
numerus diagrāmatis huiusmodi efficiatur solidus. vtputa natura pro-
ducente prauos: & meliores disciplina. hoc ergo forsan inquit non male. Hoc ergo, hoc vltimū
Fieri autem potest: vt sint aliqui quos disciplina instituí ac bonos fieri vi-
ros, impossibile est. Sed hæc quomodo propria mutatio esset illius reipu-
blicæ quam optimam esse dicit: magis q̄ aliarum omnium, & vniuerso-
rum, quæ fiunt etiam in tempore? propter quod inquit omnia mutari,
& quæ non simul incipiunt: simul quoq; mutātur. ceu si pridie mutatio-
nis facta: simul forte mutantur. ¶ Præterea quā ob causam ex illa transit
ad Lacedęmoniorū rempublicam? pluries enim in contrariam transeunt
respublicæ omnes: q̄ in ea quæ sit propinqua. eadē ratio est de alijs quoq;
mutationibus. Ex Laconica enim inquit mutatio fit ad paucorum pote- Sicyonij.
tiam: ex ista vero ad popularem statū. ex illo rursus ad tyrannidē. Atqui Myron.
& econuerso mutantur. ceu ex populari in paucorum potentiam: & ma- Clisthenes.
gis quidem q̄ in vnius gubernationem. ¶ Pręterea siue tyrannidis muta- Chalcis. Anticleon.
tio sit siue non sit: non dicit, propter quam causam: nec in quam reipubli- Gelon.
cæ speciem transit. Huius vero causa est: q non facile dicere valebat. in- Syracusæ.
determinatum enim. nam secundum eum oportebat: in primam & opti- Charilaus.
mam. sic enim vtiq; fieret continuo circulus. sed mutatur in tyrannidem Lacedęmonij.
tyrannis: vt ea quæ apud Sicyonios ex Myronis tyrannide in Clisthenis. Carthaginēses.
Et in paucorum potentiam: vt illa quę in Chalcide fuit Anticleontis. & Sicilia.
in popularem statum: vt illa quæ Gelonis fuit Syracusis. Et in optima- Leontini.
tes: vt illa quæ Charilai apud Lacedæmonios, & Carthaginenses. & in Panetius.
tyrannidem fit mutatio ex paucorum potentia: vt in Sicilia plurimæ ve- Gela.
tustarum. in Leontinis in Panetij tyrannidem. & apud Gelam: in Cleā- Cleander.
dri. & apud Regium Anaxilai: & in alijs compluribus ciuitatibus eodē Regium. Anaxilaus.

modo. ❡Absurdum etiam est putare in paucorum potẽtiam ideò transire:quia homines cupidi & pecuniarum studiosi, in magistratib⁹ versentur,ac non quia plurimi diuitijs superabũdantes, non iustum existimẽt par habere in ciuitate eos qui non habent facultates,& eos qui habent. In multisq; paucorum potentijs non licet pecunias congerere:verũ leges po-
Chartago. sitæ sunt id prohibentes. apud Carthaginem autem quę populariter gubernatur,pecunijs student: nec tamen adhuc mutati sunt. ❡Absurdum etiam dicere:duas esse ciuitates sub paucorũ gubernatione opulentorum & inopum. Quid enim aliud huic:q̃ Laconicę accidit, vel alteri cuicũq;, vbi non omnes æqualia possideant,aut nõ omnes æqualiter sint boni viri:nullo autem pauperiore facto:nihilominus transmutantur ex paucorum gubernatione ad popularem statum,si plures sint inopes. & ex populari in paucorum potentiam:si potẽtiores sunt opulenti,q̃ multitudo, & alteri negligant,alteri intẽdant. ❡Cũmq; plures sint causæ ex quibus mutationes fiunt:eas non dicit,sed vnam solum,q̃ prodigaliter viuentes vsuris confecti, pauperes efficiuntur. quasi vero fuerint omnes ab initio diuites,vel plurimi eorum. sed hoc falsum. Sed quando eorum qui duces sunt,quidam patrimonia consumpserint:res nouas moliuntur. quando autem alij: nihil graue accidit. & mutantur nequaq̃ magis aliquando in popularem statum,q̃ in aliam speciem gubernationis. Insuper vero & si honores vnà cũ alijs nõ capiant,si iniurias inferant,si cõtumelijs afficiãt: seditiones oriũtur,& mutationes in republica. Fiũt etiã (etsi nulla dissipatio patrimonij intercesserit) ex eo q̃ liceat (quicquid volũt) efficere. cui⁹ rei causam esse ferũt:nimiã libertatẽ. ❡Cũq; plures sint paucorũ, plures
Socrates. etiã populi gubernatiões:tãq̃ vtraq; vna sit, mutatiões assignat Socrates;

DVODECIMI CAP. COMMENTARIVS.

REmpublicarum,regni scilicet,optimatum,censu potestatum,tyrãnidis,pau- 128
corum potentiæ,& popularis gubernationis: paucissimæ durationis sunt pau-
corum potentia & tyrannis. id ostendit de tyrannide Sicyoniorum:quę fuit Or-
100 thagoræ,& filiorũ eius,quæ longissima fuit. quæ ad annũ solum peruenit cen-
73 tesimum. de Corinthia quæ fuit Cypselidarum; annorũ triũ & septuaginta. De
33 Attica quæ fuit Pisistratidarum annorum triginta trium,nonnullis interruptis. De Syracu-
18 sana Hieronis & Gelonis:annorum decem & octo. & breuiusculo concludit epilogo. ❡Lo- 129
cum numerorum obscurorum,in octauo de republica Platonis carpit: vbi Socrates reipu-
blicæ suæ optimæ,mutationis causam esse dicit. cum epitritum fundum quinioni coniectũ;
duas præbet harmonias. quãdo numerus huiusmodi diagrammatis efficiatur solidus. quasi
natura producente quandoq; prauos & meliores ad disciplinam. ita certe naturam produce-
re:nõ forte male asseruerit. Attamen de optimę rei suæ publicæ mutatione:nõ recte. ❡Pri-
mo quia nullam proprie mutationem assignat. quomodo enim propria mutatio illi⁹ reipu-
blicæ esset,magis q̃ aliarum omnium, & vniuersorum etiam qui sunt in tempore, per quod
ait omnia mutari:& quæ non simul fieri cœperunt : simul mutantur. ceu si quædam priore
die mutationis facta:vnà cũ alijs mutãtur. ❡Secũdo quia nihil causæ est:cur ex illa trãseat
ad Lacedæmoniorũ rempublicam. nam sæpius in contrariam transeunt respublicæ omnes;
q̃ in eam quæ sit propinqua. eadem quoq; ratione:de alijs mutationibus errat. inquit enim
ex Lacedæmonica: mutationem fieri in paucorum potentiam. ex qua: in popularem sta-
tum. ex hoc rursus:in tyrannidem. atqui & econtrario mutantur:ceu popularis in paucorũ
potentiam,& magis quidem q̃ in tyrannidem. Tertio quia an tyrãnidis mutatio sit,an non
sit:propter quam causam id demum sit, non dicit,nec in quam speciem reipublicæ transit.

quia forsitan non facile dicere valebat (indeterminatū enim id est) secundum tamen ipsum, oportebat dicere tyrannidem, in optimā illam rempublicam transire. verum & tyrannis in tyrannidem mutatur: vt apud Sicyonios ea quæ fuit Myronis, transijt in Clisthenis tyrannidem. transit & in paucorum potentiam: vt illa quæ in Chalcide fuit Anacleontis. & in popularem statum: vt Syracusis illa quæ fuit Gelonis. & in optimates: vt Lacedæmone illa quæ fuit Charilai, ita & quæ Carthagine fuit. transit etiam paucorū potentia in tyrannidem: vt in Sicilia plurimæ priscis temporibus. Apud Leontinos trāsijt in tyrānidem Panetij. apud Gelam in tyrānidem Cleandri. & apud Regium, Anaxilai. & in alijs ciuitatibus: eodē modo. ¶Quarto. quia absurdum est putare, ideo transitum fieri in paucorum potentiam, quia homines cupidi & pecunijs inhiantes, in magistratibus versantur: ac non potius, quia complures diuitijs abundantes, existimāt id non esse iustum, vt ij qui facultates habent & qui non habent æque republica participent, & rerum administrationibus. verum in plærisq; paucorum potentijs: non licet cumulandis pecunijs inhiare, sed leges positæ sunt, quæ id vetant. & apud Carthaginem populariter viuunt, ac pecunijs student: necdum tamen res eorū publica mutata est. non igitur id causæ est: trāsitus in paucorum potentiā. ¶Quinto. id etiam non recte dicit: duas esse ciuitates sub paucorum gubernatione, opulentorum scilicet & inopum. Sed quare igitur Laconica erit vna? quid enim huic magis q̄ Laconicæ accidit, vel alteri cuicunq; vbi non omnes æqualia possident, aut vbi non omnes æque boni sunt viri? nullo certe pauperiore facto: nihilominus paucorum potentia, in popularem transit gubernationem, si plures, potentioresq; sint inopes. & contrá, popularis in paucorum potentiā: si potentiores opulenti, & hi reipublicæ intēdant, & illi negligāt. vna igitur gubernādi species dicenda, non idcirco duæ: quia sint opulenti & inopes. ¶Sexto. quia cum plures causæ sint mutationum rerumpublicarū: vnam solam dicit Socrates. q̄ prodige viuētes, vsuris confecti: pauperes efficiantur. quasi vero omnes vel q̄ plurimi ab initio fuerint diuites. hoc autem falsum est. sed quando primores, præsidésq; aliorum, facultates cōsumpserint: res nouas moliri aggrediūtur, verum quando alij suas dissipāt: nihil hic reipublicæ periculi imminet. & si mutantur: nihilo magis mutantur in popularem statum, q̄ in aliam quālibet gubernationis speciem. Præterea non solum ob effusam, prodigámq; vitam, seditiones mutationésq; rerū publicarum oriuntur: verum etiam, si honores vnà cum alijs non capiunt, si alij iniurias inferant, si cōtumelijs afficiāt. fiunt etiā nullo ad facultates pertinēte consumpto, ob nimiam licentiosámq; libertatem: cum cuiq; quod vult facere licet. Cōstat igitur: causam illam mutationū, non esse sufficientē. ¶Septimo. quia cum plures sint paucorum potentiæ species, & plures popularis vt capite quinto & sexto quarti visum est: Socrates tanq̄ paucorū potētiæ vnica sit species, & popularis vnica, mutationes assignat. Quæ igitur de mutationibus rerumpublicarū in libris de republica Platonis affert Socrates: māca sunt, atq; insufficiētia.

ANNOTATIONES AD CAP. DVODECIMVM.


129 ESse vero principium horū inquit: quorum sesquitertium fundum quinario coniugatum. Græce habetur ἀρχὴν δὲ ἄναι τούτων ὧν ἐπιτρίτος πυθμὴν πεμπάδι συζυγὰς δύο ἁρμονίας παρέχεται. vbi quia πυθμὴν radicem, propaginem, solidū,
fundum significat: aliqui interpretātur radix vt Marsilius, alij propago, alij cubus Marsilius.
vt Leonardus, alij fundum vt Thermacides Pythagoreus. Epitriton pythmena intelligit Leonardus
Plato septenarium: qui quinario copulatus duodenarium restituit. verum qui septenarium Thermacides.
propaginem vocat sesquitertiam: non absurde id forsan. nam septenarius propago est 4 & Epitriton.
3: in quibus sesquitertia ratio, & consonantia Diatessaron consistit. & quinarius propagatur ex 3 & 2: in quibus sesqualtera ratio, & consonantia Diapente comperitur. si quis etiam interpretetur ἐπιτρίτος πυθμὴν sesquitertium fundum: id accommodate videtur. nam Pythagorici (quos imitatur Plato) minimos alicuius rationis numeros fines appellant & fundum. Plato.
fundum quidem: quòd vt vas super fundum, sic numeri omnes rationis eiusdem, super illos adiunguntur. modo septem: minimos numeros consonantię Diatessaron, & sesquitertiæ rationis continent, vt fines, & fundum omnium similium rationum. & quinq;: minimos consonantiæ Diapente, & rationis sesqualteræ. quare septenarius: sesquitertium fundū conuenienter intelligetur, similiter & sesquitertia radix. nam primus continet limites, terminos, & radices sesquitertiæ rationis. cubus autem nullo pacto quadrare potest. nam cubus est is numerus qui ex ductu & reductu alicuius numeri in se procreatur: vt bis duo bis, & ter tria ter, quæ sunt 8 & 27, duo cubi. quod nullo modo septenario cōuenire potest. quāuis vt dictum est: Pythmen nunc radicē, nunc propaginem, nunc fundum, nunc solidum significet. litera igitur in hoc vocabulo: non ab re est castigata. verum quia in locum Platonis de Plato.

Numeri Platonis obſcuri.
Ambitus circulorũ.
Nugamẽta Muſarum.
Numerus perfectus.
Augmentationes ſuperantes.
Tres diſtantię,quatuor termini.
Similãtes.
Diſſimilantes.
Creſcentes.
Decreſcentes.
Seſquitertia radix.
Duæ harmonię.
Centũ centies.
Potior & deterior generatio.

numeris obſcuris incidimus (de quibus prouerbium:cum quid admodum difficile & incomprehenſibile oſtẽditur:numeris Platonis obſcuris) vt in præcedentibus,annotationes cõtraximus,ita hic aliquantulum,propter numerorum curioſiores extendemus. Et locum illum Platonis ex octauo de republica adijciemus: ſic enim habet, Difficile quidem eſt ita cõſtitutam ciuitatem, è ſuo ſtatu moueri. verum cum omne quod genitum eſt,corruptioni ſit obnoxium:talis etiã cõſtitutio,ſemper manere non poterit,ſed ſoluetur. Solutio vero hæc eſt: non ſolum circa plantas, ſed terrena etiam animalia,fertilitas & ſterilitas,animæ corporúmq; contingit. quando conuerſiones ſingulis circulorum coniunxerint ambitus, ijs quidem quæ breuioris ſunt æui breuiores, contrarijs vero contrarios. illi vero quos ad ciuitatis gubernationem educauiſtis:q̃uis ſapiẽtes fuerint, nihilomagis veſtri generis fœcundam generationem,vel ſterilem rationem,vnà cum ſenſu comprehenderent.ſed latebit eos oportunitas generandi: & plærunque, cum non oportunum fuerit, gignendis filijs operam dabunt.eſt autem ei quod diuinitus generandum eſt:circuitus,quem numerus continet perfectus.humanæ vero genituræ: is vtique in quo primo augmentationes ſuperantes tres,& ſuperatæ, tres diſtantias atque quatuor terminos accipientes, ſimilantium & diſſimilantium, & creſcentium & decreſcentium coniuncta,correſpondentia, & comparabilia inuicem effecerunt.quorum ſeſquitertia radix quinitati cõiuncta:duas harmonias præbet,ter aucta vnã quidem æqualem æqualiter,centum centies, alterã vero inæqualis quidem longitudinis ſed oblongiorem,centum quidem numerorum à diametris comparabilibus quinitatis, ſingulis indigentibus vno, duobus vero qui non ſunt comparabiles. centum vero cuborum trinitatis ipſius. vniuerſus autem iſte numerus geometricus:talem authoritatem habens, ad potiorem deterioréq; generationẽ vim habet.quod ſi ciuitatis veſtrę cuſtodes ignorauerint, nec oportuno in tempore ſponſas ſponſis coniunxerint:haudquaq̃ ingenioſi,felicéſve pueri inde naſcentur. ¶Propter curioſiores (vt diximus) pauca adiungemus:per quæ aſſurgere ſe putaut ad horum intelligentiam, Ambitus, circuitúſque circulorum ſecundum Platonicos, motus ſunt orbium cæleſtium. & iuxta apoteleſmata loquitur aſtrologorum, & ritum gentium: qui volebant horas gignendi, aſtrorum (præcipue ſeptem) obſeruationibus proſperas eligi.& reuera,motus orbium cæleſtium, & circuitus illos agnoſcere, vt ipſius artificis admiremur & potentiam & ſapientiam:non eſt vanum, ſed liberale. verum vaticinari ex illis quærere, & futili coniectura diuinum ſcrutari velle ſecretum: vanum. ¶Volunt Platonem cum dicit.eſt autem ei quod diuinitus generandum eſt:circuitus,quem numerus continet perfectus.de numero perfecto locutum aut ſeculorũ,annorum,menſium, aut dierum ſoli deo certorum atq; cognitorum. alij vero tanq̃ quippiam impudens coarguunt:quippe qui diuinis non interfuerit cõſilijs. vt momẽta ſeculorum agnoſceret,quę pater in ſua poteſtate poſuit. ¶Augmẽtationes ſuperantes: proportiones cum maius cõparatur ad minus. ſuperatæ vero:contrà. vt augmentationes ſuperantes: duplæ,ſeſqualteræ, ſeſquitertiæ. ſuperatæ:ſubduplæ,ſubſeſqualteræ,ſubſeſquitertiæ. ¶Diſtãtiæ: appellantur interualla proportionum.termini autem:numeri proportionem continẽtes. vt 27,18,12,8: quatuor ſunt termini,& tres diſtantiæ,triáq; interualla. vnum ſeſqualterum interuallum à 27 ad 18. alterum ſeſqualterum ab 18 ad 12. termini interuallum ab 12 ad 8 identidem ſeſqualterum. ¶Sunt numeri perfecti, ſunt ſuperantes, ſunt ſuperati, ſunt ſimiles, ſunt diſſimiles,ſunt abundantes,ſunt diminuti, ſunt æquilateri,ſunt inæquilateri,ſunt ſolidi,ſunt ſphærales, ſunt diametrales,ſunt fœminæ,ſunt maſculi. qui ex Nicomacho qui ſint: ferè omnes agnoſci poſſunt, exceptis paucis, & de quibus infra aliquid dicetur. perfecti ſunt: quos ſuæ partes ex æquo reſtituunt. ſuperantes ſunt: qui rationem habent inæqualitatis maioris. ſuperati:qui minoris. ſimilantes: ſimiles. quorum latera proportionalia. diſſimilantes: diſſimiles. quorum latera diſproportionalia, ſimilitudinis rationem diffugiunt. creſcentes & decreſcentes:abundantes & diminuti. Abundantes numeros : ſuæ partes ſimul, excedunt. A diminutis vero: omnes partes ſimul,excedũtur. æquilateri ſunt:trigoni, tetragoni,pentagoni & huiuſmodi ſimiles omnes. inæquilateri:vt altera parte lõgiores,& ante longiores,& ijdẽ ſunt plani numeri. ſolidi ſunt:qui lõgitudini & latitudini craſſitiem addũt. vt cubi pyramides,colũnæ,ſerratiles & id genus. ſphęrales:ſolidi,in ſuã radicẽ finientes. vt ſolidi quinariorũ,& ſenariorũ. Diametrales poſtea cognoſcẽtur. maſculi impares. fœminæ:pares. ¶Similãtes numeri ſiue ſimiles:etiam dicũtur trigoni trigonis,quadrati quadratis,& cubi cubis,& ſimiles etiam inęquilateri:quorũ latera ſunt proportionalia. diſſimilãtes inęquilateri:quorũ latera nõ ſunt proportionalia. quare extremi diagramãtis ſuprapoſiti:id eſt 27,18,12,8. ſimilãtes ſunt. nã vtrique cubi.& medij diſſimilãtes. ſunt enim inæquilateri:quorũ latera nõ ſunt proportionalia.

Sunt autem proportionalia: quando vt longitudo ad longitudinem, ita latitudo ad latitudinem. vt 6 & 24 sunt proportionalia. nam ter duo, 6. longitudo senorum, tria: & latitudo duo. longitudo 24, sex: & latitudo quatuor. siquidem sexies quaterna: 24 sunt. & vt sex ad tria longitudo ad longitudinē: ita quoq; 4 ad 2 latitudo ad latitudinē. nā vtrobiq; ratio dupla. proportionalia igitur. sed 18 & 12 longitudines laterum sesqualteræ. nam 6 & 4. latitudines autē eædem, atq; æquales. nam 3 & 3. non igitur proportionalia. sunt igitur numeri 18 & 12 dissimilantes. ¶Sesquitertia radix, sesquitertiūmq; fundum: septenarius est. continet enim quatuor & tria: inter quæ est ratio sesquitertia. & quinarius fundum, & planities sesqualteræ. nam continet 3 & 2: inter quæ primum ratio sesqualtera comperitur. quòd enim vterque numerus planities sit: manifestū est. nam quinarius: primus est in numeris pētagonus. & septenarius: primus heptagonus. vterq; igitur planities. continet igitur septenarius vnā consonātiam, scilicet diatessaron quæ in epitrito, sesquitertióque à musicis collocatur. & quinarius vnam, diapente: quæ collocatur in hemiolio, sesqualteróq;. & quia septenarius & quinarius cōpositi, duodenariū cōstituunt: duodenarius profecto duas cōtinet, exhibétque harmonias, diatessaron scilicet & diapente, éstq; vt diapason. quippe cum diapason: ex diatessaron & diapente coalita sit consonantia. ¶In numero fatali quem centies centum nominat, id est decem millia: quia superficies sit centenarij. est enim primū vnitas:

	Æquales.	Sesqualtera.	Dupla.	Dupla.	
12	3	4	2	3	6
18	3	6	4	6	24
Inæqualiter dissimiles.	Latitudines.	Longitudines.	Latitudines.	Longitudines.	Oblongi similes.

6
24
12
18


vt punctus. denarius: vt linea. & centum: vt superficies. mille vt corpus denarij. rursus de- 1
nario secunda vnitate facta vt puncto: centum est linea. quæ in se ducta: centies centum, 10
hoc est decem millia, vt superficiem producit. ducta rursum in suam quidem superficiem 100
decem millia: producit decies centena millia, corpus centenarij. est enim 1000000 cente- 1000
simus cubus: & est cubus trinitatis. nam 1. 10. 100: tria, ex prima, secunda, & tertia vnita- 10
te. & centenarij cubus imò omnis cubus: ad trinitatem pertinere censetur. quòd trina sit 100
eiusdem replicatio, repetitióque. vt vnum vnice vnum, bis duo bis, ter tria ter, éstque om- 10000
nis cubus, æqualis æqualiter æqualis. ¶Diametros comparabiles quinitati dicit: latus pri- 1000000
mi in numeris expressi quadrati, scilicet 2 & diametrum 3: qui comparationem rationis sesqualteræ habent, & qui simul sunt quinque. & 5 sequens latus & diameter 7: comparationem non habent in harmonia. ideo duo prima proportionalia sunt, duo sequentia improportionalia. ¶Potior generatio: aureum genus. Et ex duobus bonis, vult Plato prolem nasci bonam, ex duobus malis malam. ex bono & malo: neque omnino malam neque omnino bonam. bonos intelligunt Platonici & Pythagorici: æquilateros, quadratos, cubos, perfectos, impares & id genus. oppositos vero censent malos. ¶Vniuersum hunc geometricum numerum dicit Plato magnam vim habere: ad prolem bonam, & non bonam. quia in eo impares sunt, & pares, æquilateri, inæquilateri, plani, oblongi, solidi, laterales, geometrales, consonantiæ potiores, & deteriores. ¶Magnum vnum numerum fatalem Platonis
appellant 1728 solidum duodenarij. qui & totus solidus est. à quo si primam figuram id est 1728
1 demis, & residuo adijcis vnitatem: fiet numerus 729 solidus, cubúsque nouenarij. & si ab eodem magno numero auferas duas primas figuras, 17: relinquuntur 28. cui numero detrahe vnitatem: supererunt 27 cubus ternarij. vides igitur quo pacto hic magnus numerus: confectus est ex radicibus ternaria, nouenaria & duodenaria, in duodenaria neq; excrescēs, neque deficiens. in nouenaria: vno deficiens. in ternaria: vno abundans.

Numerus fatalis	1728	729	27	
Latera cubica	12	9	3	

¶Et hi tres numeri 3, 9, 12, dignitatem habent. ternarius quidem: quòd prima sit expressio trinæ monadis. nouenarius: quòd ternarij æqualis proles, & primus imparium numerorum quadratus. 12 vero: quod perfectissimam cōtinet harmoniam. nam diapason. quæ, quia perfectissima cōsummatissimáq; est: ideo vniuersi est, & ab vniuersis nomen retinens. hoc enim numero regitur mundus. verum hi numeri, 1728, 729, 27: quia trium prædictorum sunt solidi, iccirco rerum status designant. vltra enim corpus non transit magnitudinum potestas.

ẽſtque 27: pimus imparium cubus. 729: cubus primigeneæ æqualitatis ternarij, id eſt cubus nouenarij. 1728 vero: duodenarij cubus eſt, ac ſolidus, qui vniuerſi numerus eſſe iam dictus eſt. eius igitur ſolidus: complementum, ſtatúmq; vniuerſorum apud Platonicos ſignificat. verum quando ſtatus ille adueniet, & quando completi erunt omnes eius numeri, & ad ſuum ſolidum id eſt finem proceſſerint, vltra quem non procedent ſed ſtabunt omnia: ſoli deo cognitum eſt. hæc paucula de Platonicis: pro obſcurorum numerorum ſuſpitionibus. verum finem ſumus facturi: ſi adhuc pauca adiecerimus de numeris diametralibus cognoſcendis (quia rarior eſt eorum cognitio) & eorum proprietatibus. deinde ſi magnum diagramma Platonis, id eſt magnam numerorum deſcriptionem, inceperimus. hinc exordium ſumentes.

Quadrati diametrorum	49	1681	Quadrati dia.	9	289	9801	
Dupli quadratorum	50	1682	Dupli quad.	8	288	9800	
Quadrati impares	25	841	Quadra. pares	4	144	4900	
Coſtæ	5	29	Coſtæ	2	12	70	
Diametri	7	41	Diametri	3	17	99	

Vnde Coſtæ quadratorum ſumantur	1	2	5	12	29	
	1	3	7	17	41	
Vnde diametri diametraléſq; numeri	1	3	7	17	41	
	1	2	5	12	29	
	1	2	5	12	29	

Vnitas, primus eſt quadratus. & quia eſt ſumma æqualitas: idcirco coſta, diameter, & quadratum coincidunt, ſúntque vnitas. quare illa tria æque potentia. vnitas autẽ omnipotens, & omnium creatrix numerorum. & in nullis aliorum quadratorum 1 hæc tria coſta, diameter, quadratum coincidunt. ſed quadratorum parium diameter duplo vnitate amplius, plus poteſt quàm coſta. & quadratorum imparium duplo vnitate minus, poteſt. id autem dico in quadratis & diametris numerorum. nam in magnitudinibus: perpetuo diameter duplum poteſt ad coſtam quadrati, neque excreſcit quicquam neque deficit. vnde fit: vt hac lege, coſtæ quadratorum, & eorum diametri habeantur. accipe coſtam quadrati, & illi iunge diametrum: habes coſtam ſequentis quadrati. vt quia vnitas fuit coſta primi quadrati, & vnitas eiuſdem quadrati diameter: iccirco ſi vnitatem vnitati addas, fiet binarius, & coſta ſecundi quadrati. diametrus vero naſcitur ſi præcedentis quadrati diametro, bis latus ſuum, ſuamve coſtam addas. vt ſi ſecundi quadrati diametrum quæras, quia primi quadrati diameter eſt vnitas, & coſta identidem vnitas: iccirco ſi vnitati bis vnitas addatur, fiet ternarius, ſecundi'que quadrati diametrus. & hac lege: cæteræ, tum coſtæ tum diametri peruestigantur. nihil igitur mirum: ſi diametri potentia dupla ſit, aut ferme dupla ad coſtæ potentiam. nam & bis in ſua compoſitione coſtam recipit, non eiuſdem tamen ſed præcedentis quadrati. & hæc ex ſuperiore figura facile dinoſcuntur. Aliter autem: ſi continua ſerie deſideras coſtas quadratorum. dupla ſecundi quadrati coſtam ſcilicet binarium, & illi adijce coſtam primi quadrati, & ſurget coſta tertij quadrati, videlicet quinarius. quem deinceps ſi duplaueris, & illi adieceris coſtam præcedentis, ſcilicet ſecundi quadrati emerget latus, coſtáque quarti quadrati. & hunc in modum deinceps: vt ſubiecta monſtrat formula.

1	2	5	12	29	70	169	408	985	1686	coſtæ quadratorum.

Et ſimili artificio diametros continuabis. ſi ſecundam diametrum duplaueris, id eſt ternarium, & illi adieceris diametrum primi quadrati quę eſt vnitas: naſcetur quoque ſeptenarius, diametrus ſcilicet tertij quadrati. quam ſi duplaueris & illi rurſus adieceris diametrum præcedentis quadrati, ſcilicet ſecundi: naſcetur quarta diametrus. & hoc pacto in infinitum. vt hac ad denarium vſque, diametros deprehendes figura.

1	3	7	17	41	99	239	577	1393	3363	diametri quadratorum.

Quo fit vt costas ex costis & diametris,& diametros ex diametris & costis: si velis elicias.& costas ex solis costis:& diametros ex solis diametris. Fit etiam vt costæ quadratorum: impares sint atque pares. & quadrati qui à costis paribus sumuntur (vt iam quoquo pacto dictum est) duplo atque vnitate superentur à quadratis suarum diametrorũ.qui vero à costis sumuntur imparibus: superentur quidem sed vnitate minus quàm duplo. quadratis igitur costarum continuo sumptis in numero pari, quotquot numero sint, totidem numero diametrorum quadrati,dupli.estque coniunctarum hoc pacto diametrorum in numeris,potentia ad totidem continuo iunctas in numero pari costas dupla: in numero autem impari,aut vnum excrescit, aut vnum deficit à duplo. Omnes diametri sunt impares: & præcedentis costa,sui quadrati costam superantes. Notum & id etiam esse potest:omne magnitudinis quadratum,vim paris & imparis retinere,& naturæ esse compositę & minime simplicis,totúmque vt impar esse.siquidem ex pari & impari compositum: impar.& omnem diametrum: vim retinere duorum imparium,totámque esse vt parem numerum. Et plæraq; eiusmodi:facile intelligantur. Cæterorum vero numerorum tum parium tum imparium, vbi hac arte costæ non reperiuntur: quadrati diametros surdas ac irrationales habent,nulloque numero assignabiles. & proinde etiam quadratos illarum diametrorum (geometrarum more) surdos appellare liceat.quòd nulla ratione eorum radices, tetragonicáque latera reperiantur. vt ex subiecta quoquo pacto agnosci potest descriptionis forma.

A:quadrati,quorum diametri,latera sunt tetragonica & quidem surda numerorũ B, secundo loco suppositorum.

Quadrati rationales	A	16	36	64	100	196	256	
Quadrati surdi	B	33	73	129	201	393	513	
Dupli quadratorum D.	C	32	72	128	200	392	512	
Quadrati pares surdarum diame.	D	16	36	64	100	195	256	
Costæ pares quadratorum D.	E	4	6	8	10	14	16	

Consimilia in quadratis imparibus & costarum imparium.

Quadrati surdi	F	17	97	161	241	337	449	
Dupla quadratorum H.	G	18	98	162	242	338	450	
Quadrati impares surdarum dia.	H	9	49	81	121	169	225	
Costæ impares quadratorum H.	I	3	7	9	11	13	15	

Dicti sunt superiorum descriptionum numeri B & F,vt verbi causa 33 & 17,quadrati surdi:quòd nulla ratione,eorum tetragonica latera,in numeris assignari possint. Sed dices:tetragonicum latus 33 cadere inter 5 & 6,& latus 17 inter 4 & 5.& quãuis inter 5 & 6, item inter 4 & 5 nullus integer queat inueniri numerus: inter tamen 4 & 5 numerus & minutiæ intercipiũtur. vt 4 & vna secunda. quorum simul quadratus est 20 & vna quarta, magis accedens ad 17 quàm quadratus lateris 5. item 4 & 5,intercidunt 4 & vna tertia. quorum simul quadratus,8 & 7 nonæ,magis iterum accedens ad 17.rursum 4 & 5 intercidunt (verbi causa) 4 & vna sexta.quorum quadratus 17 & 13 tricesimæsextæ,id est vna tertia & vna tricesima sexta.quare tandem cum integris & minutijs vna quidem vel pluribus,ad id perueniri poterit:vt radix illa in se ducta,adæque restituat 17.non enim in infinitum procedet accedendo ad 17:quin tandem producat æquale.quare tetragonica latera dictorum numerorum:videntur in numeris assignari posse. Verum dicimus in infinitũ aut supra aut infra viciniorem quadratũ ex huiusmodi radicibus assignari posse, nunquã tamen in radicem quæ in se ducta præcise illum, id est 17 restituat incidi possibile esse. quod (si hic locus esset) ex theorematibus Arithmetices (ne quis ad impossibile conetur) monstratu esset perfacile. in qua re tanquam possibili tentanda iam multi cogniti sunt illusi. Quo fit vt in numeris quadratus surdus: minime sit quadratus. sed in magnitudinibus, quadratus surdus est quadratus. fit etiam vt inter quaternarium & quinarium, & quoslibet proximos diuiduarum tamẽ monadum: infinita contineantur latera tetragonica, quorum nullum vnquam quadratum integrorum producere possit. Nunc autem adiecto diagrammate præcedentium numerorum ad denarium vsque:finem annotationis faciemus,canemúsq; receptui.

DIAGRAMMA AD DENARIVM VSQVE.

	Numeri perfecti.	Superantes.	Superati.	Abundantes.	Diminuti.	Similes in ratione sesquialtera plani oblongi.	Longitudines.	Latitudines.	Dissimiles & iidem oblongi & inequilateri plani.	Longitudo.	Latitudo.	Æquilateri Trigoni plani.	Quadrati.	Solidi: cubi 10.	Numeri sphærales sphæræ 10.	Diametrales.	Mares.	Fœminæ.
1	6	10	1	12	2	6	3	2	6	3	2	3	1	1	125	1	3	2
2	28	9	2	18	4	24	6	4	8	4	2	6	4	8	216	3	5	4
3	496	8	3	20	8	54	9	6	12	4	3	10	6	27	625	7	7	6
4	8128	7	4	24	10	96	12	8	15	5	3	15	16	64	1296	17	9	8
5	130816	6	5	30	16	150	15	10	20	5	4	21	25	125	3125	41	11	10
6	2096128	5	6	36	22	216	18	12	24	6	4	28	36	216	7776	99	13	12
7	33550336	4	7	40	26	384	24	16	30	6	5	36	49	343	15625	239	15	14
8	536854528	3	8	42	32	600	30	20	35	7	5	45	64	502	46656	577	17	16
9	8589863056	2	9	48	34	864	36	24	42	7	6	55	81	729	78125	1393	19	18
10	137438691328	1	10	54	38	1536	48	32	48	8	6	66	100	1000	279939	3363	21	20

P L A N I

CENTESIMVS CVBVS.

1000000.

Et hæc pro obscuris numeris Platonis.

QVINTI POLITI-
CORVN ARI-
STOTE-
LIS
F I N I S.

SEXTVS POLITICORVM ARISTOTELIS.

¶ Quòd quæ rebuspublícis, paucorum potētijs & popularibus gubernationibus conueniant: considerandum sit. Cap. I.

1 QVot igitur sint differētię, & quales eius quod deliberandi habet facultatem, & in quo summa huius rei cōsistit in republica, & circa magistratuū ordinationē, & de iudicijs, & qualia ad qualem ordinentur rempublicam, & præterea de corruptionibus & conseruationibus rerumpublicarū, ex quibus proueniant, & quas ob causas: dictum Quarti
est prius. Sed cum plures sint species popularis, 56
& similiter aliarum gubernationū, de illis quid restat, non peius fuerit considerare, ac simul vnicuiqȝ earum proprium & conuenientem modum reddere. ac præterea cōsiderare coniunctiones simul ipsorum modorum. nam eorum coniunctio parit rerumpublicarū, varietatem: vt & optimatum gubernationes ad paucorum declinent potētiam, & respublicæ magis populares existāt. Dico autem coniunctiones, quas considerare oportet: & nunc vsqȝ cōsideratæ non sunt. ceu si pars illa quæ in deliberando versatur, & illa quæ circa electiones magistratuū consistit, ita instituta sit vt conferat paucorum potentiæ: aut si circa deliberādum ad paucorum potentiā, circa vero magistratuum electiones ad optimatum gubernationem magis declinet. vel per alium quendam modum: non omnia instituta sint reipublicæ congruentia.
2 ¶ Qualis igitur popularis quali congruat ciuitati, similiter autem & qualis paucorum potētia quali multitudini, & aliarum gubernationum quæ quibus conferat: dictum est prius. Veruntamen oportet fieri manifestum: non solum quænā Quarti
istarum gubernationum maxime ciuitatibus competat: sed etiam quomo 22
do constituendæ sint, & istæ & aliæ, breuiter est explicandū. Et primo de populari dicemus. nā simul & per hanc etiam de cōtraria illius gubernatione patebit. hæc est autem quam vocant quidā: paucorum potentiā. Capienda sunt autem ad hanc disciplinam cuncta popularia, & quæ videntur popularium esse sequacia. ex his enim simul positis: resultant species gubernationis popularis. & plures esse eas q̄ vnam & differentes: contin-
3 get. ¶ Duæ sunt causæ: per quas plures existunt populares. Prima: illa quę dicta est prius. quia inter populos differentia est. sunt enim alij agri- Quarti
colæ, alij opifices, alij ministri, quorū primi à secundis, & tertij ab vtrisqȝ: 13
non in eo modo differūt, quòd melior aut deterior fiat popularis status, verum etiā in eo quòd non idem sit. Secunda vero causa est, de qua nunc dicimus. quæ enim popularē statum sequuntur, ac videntur esse propria ipsius: cōiuncta simul faciunt popularis status varietatem. nā alicui pauciora consequentia sunt: alicui plura, alicui omnia. vtile vero horum sin-

gula cognoſcere: & ad cõſtituendum quãcunq; ipſarum quiſpiam volue-
rit,& ad corrigendum. Quærunt enim qui rempublicam inſtituunt cun-
cta: quæ illi propria & conuenientia ſint,in vnum colligere ad propoſitũ
ſuum. ſed aberrant dum hoc faciunt,vt ſupra dictum eſt à nobis: vbi de
corruptionibus & cõſeruationibus rerumpublicarũ tractauimus prius.
Nunc autem dignitates & mores,& ea quæ efflagitent: dicemus.

PRIMI CAP. SEXTI POLITICORVM ARISTOTELIS COMMENTARIVS.

REſumuntur nonnulla,quæ prius ſunt diſcuſſa: vt de cõſultandi facultate & par- 1
tibus eius,& qui in quaq; politia, eius rei ſunt domini,à numero 56 quarti ad
64. de magiſtratibus vero,à numero 64 ad finem vſq; libri. de corruptionibus
autem & conſeruationibus rerumpublicarum : præcedens liber per vniuerſum
diſcuſſit. & ſpecies popularis gubernationis & aliarum,notæ ſunt à numero 15
ad 26 quarti. quæ ideo hic in tranſitu ad memoriam reuocat: vt quis iterato illa videns,&
quaſi recenti recolligens memoria, præparatior ad ea quæ dicentur accedat. ea autem ſunt
quæ cuique reipublicæ propria ſunt atq; congruentia: quæ coniunctiones,combinationeſq;
eorum. ¶Quæ ſpecies popularis,quali multitudini congruat,quéve ſit optima,quæ pau- 2
corum potentia quali,ex numeris 22 & 23 quarti. & ea quæ in eo determinata ſunt: dilucida
eſſe poſſunt. quomodo autẽ inſtituendæ: nunc exequendum proponit. & primo de popula-
ri. ¶Duæ cauſæ cur plures ſunt ſpecies popularis gubernationis. Prima: quia plures ſũt ſpe- 3
cies populi: ceu numero 13 quarti dictum eſt. Secunda: quia complura ſunt: quæ rempubli-
cam popularem comitãtur,& quæ illi ſunt propria. quę coniuncta,vel pauciora, vel plura,
vel omnia: variant reipublicæ ſpeciem. quæ operæpretium erit cognoſcere: quonam pacto
iungẽda,combinandáq; erunt, & ad quam ſpeciem popularis gubernationis conſtituendã,
& ad eos qui errant dirigẽdos. nam qui omnia popularia ſimul colligere ad propoſitũ ſuum
quærunt,& vt rempublicam popularem magis efficiant,& ſemper,ſemperq; intendunt: er-
rant,vt numero 69 præcedentis iam dictum eſt. nunc vero quæ popularibus gubernationi-
bus conſentaneæ ſunt,& qui mores: & quæ quæq; affectet,dicendum.

ANNOTATIONES AD CAP. PRIMVM SEXTI POLITICORVM.

ARgumentum ſexti politicorum. In ſexto hæc diſcutiuntur. populares guberna- 1
tiones,paucorum potẽtiæ,magiſtratus. De popularibus gubernationibus: qui-
bus multitudinibus cõueniant. finis, & popularitati peculiaria. æquũ populare.
quæ optima popularis,& quæ leges. pręcepta. De paucorum gubernationibus:
ſpecies. partes multitudinis & documẽta. De popularib⁹,quibus multitudinibus cõueniãt:
à numero 1 ad 4. de fine & peculiaribus huic gubernationi: à 4 ad 15. de ęquo populari: à 15
ad 17. de optima populari,& legib⁹: à 17 ad 27. de pręceptis: a 27 ad 36. de ſpeciebus pau-
corũ: à 36 ad 42. de partibus multitudinis & documẽtis: à 42 ad 48. de magiſtratibus: à 48
ad finem ſexti. hinc ſectionis ſexti,in octo capita: ratio. ¶Nam ſimul & per hanc: etiam de 2
cõtraria illius gubernatione patebit. De cõtraria gubernatione: de paucorum potẽtia. nam
popularis,& paucorum potentia: quodã modo inter ſe contrariæ,& vtraq; optimati,& rei-
publicæ. ſed inter ſe vt extremũ extremo & vitiũ vitio,& id maxime,extremæ ſpecies: opti-
mati autẽ & reipublicæ,cenſúve poteſtati vt extrema medijs. ſtatuantur igitur popularis &
paucorum potentia vt extrema,& optimatũ & cenſupotentũ reſpublicæ,vt mediæ,hæc po
pulari vicinior,illa vero paucorum potentię: apparebit'q; popularis,vt defectus,& paucorũ
potentia vt exceſſus,illæ vero mediæ.

Paucorum potentia. Optimates Reſpublica Popularis gubernatio

¶De fine popularis gubernationis,& quibuſdã populariũ gubernationũ peculiaribus. Ca. II.

PRopoſitũ igitur popularis reipublicæ: eſt libertas. hoc 4
enim dicere conſueuerunt: quaſi in hac ſolũmodo repu-
blica libertatem habentes. ad hanc enim reſpicere dicũt
omnem popularem ſtatum. libertatis vero vnum in eo

consistit:vt per vices imperent,& pareāt.nā iustum populare:est æquum
habere secundum numerum,non secundum dignitatem.Ex quo fit:vt se-
cūdum hoc iustum,multitudo ex necessitate dominetur. & quicquid de-
creuerint plures:id esse ratum,& id esse iustum. aiunt enim oportere, vt
vnusquisque ciuium æquum habeat.atque ita contingit in popularibus
gubernationibus inopes plus posse quàm opulentos.plures enim sunt:&
id obtinet,quod pluribus videatur. Vnum igitur libertatis signum hoc
est:quod ponunt omnes populares, reipublicæ finem. ¶Alterum vero
viuere vt quisque velit. hoc enim aiunt opus esse libertatis. siquidem ser-
ui est viuere non vt vult. hic est igitur secundus popularis reipublicæ fi-
nis. ¶Hinc profectum est, nemini potissimum subesse velle.Quod si hoc
non datur: at saltem per vices subesse ac præesse. id'que pertinet ad liber-
5 tatem: quæ est secundum æquum. ¶His præsuppositis, ac tali existente 1
principio:popularia huiusmodi sunt.sumi ad magistratus omnes ex om-
nibus : ac præesse omnes vnicuique, & vnumquenque vicissim omnibus.
6 ¶Per sortem tribuere magistratus, vel omnes penitus, vel illos saltem, 2
qui non peritia indigent, & arte.à nullo censu esse magistratus vel saltem
7 à minimo. ¶Non nisi semel eundem magistratum ab aliquo geri posse, 3
8 vel perraro,& paucos:exceptis ijs qui versantur in bello.¶Parui tempo 4
9 ris esse magistratus:vel omnes,vel quotquot id recipere possunt.¶Iudi- 5
care omnes, & ex omnibus, & de omnibus: vel de plurimis & maximis
& principalissimis. puta de corrigendo & de republica & de priuatis cō-
10 tractibus.¶Et contionem esse omnium dominam,magistratū vero nul- 6
lius:aut dominam esse contionem rerum maximarum,magistratum vero
11 rerum minimarum. ¶Inter magistratus autem popularissimum est con- 7
silium:vbi nō omnibus est mercedis facultas.nam vbi adest hæc mercedis
facultas,adimunt & huius magistratus potentiam.ad se enim reducit iu-
dicia cuncta populus mercede abundans : vt diximus supra , vbi de hac Quarti
12 parte tractauimus.¶Deinde mercedem capere maxime quidem omnes, 8 70
contionem,iudicia,magistratus:quod si non,at saltem magistratus & iu-
dicia & consilium,& contiones principales,vel eos magistratus,quos ne-
13 cesse est in eadem simul esse comessatione.¶Præterea cum paucorum gu 9
bernatio genere & diuitijs & eruditione diffiniatur : videntur populari-
14 tatis,cōtraria horum esse:ignobilitas,inopia,sordidum opificiū. ¶Præ- 10
terea magistratuum potestatem nullam perpetuā esse. quòd si relicta sit
aliqua ex antiqua mutatione: illius auferre potentiam,& ex electione ad
sortem reducere.Hæc igitur omnia communia sunt popularium guber-
nationum. contingunt autē ex eo iusto,quod fatentur esse populare:hoc
est æquum habere omnes, secundum numerum, quod maxime videtur
esse popularis status & populi. æquum est enim cum nihilomagis guber-
nent diuites quàm pauperes : nec soli potestatem habent , sed omnes ex
æquo secundum numerum.sic enim demum existimant paritatem in re-
publica esse ac libertatem.

SECVNDI CAP. COMMENTARIVS.

FInis qui in re populari supponitur libertas est. Primo. quia id dicere consueue- 4
runt: q in sola hac republica libertate participãt. hanc enim coniectare aiunt:
omnem popularẽ statum. libertatis autem vnum præcipuúmq; est: vt per vi-
ces præsint, pareántq; vicissim. nã iustũ populare æquũ est arithmetica me-
dietate, & secundũ numerum: non autem geometrica, & secundũ dignitatẽ.
quare secundũ arithmeticũ iustum: vt multitudo dominetur oportet. & quicquid decreue-
rint plures: id pro cõsũmato habendũ, iustúmq; esse. quo fit: vt in popularibus gubernationi-
bus, contingat inopes plus posse q̃ opulẽtos. nã plures sunt. & id obtinet: quod pluribus vi-
deatur. & hoc est vnum libertatis signũ: idipsum omnes populares statuere reipublicæ finẽ,
ac terminum. ¶ Secundo. alterum signum est: viuere vt quisq; velit. quia hoc aiunt esse li-
bertatis opus. ¶ Tertio. quia ob hoc nemini subesse volunt populares. quod si hoc nõ om-
nino datur. at saltem per vices subesse ac præesse, id'q; pertinere censent ad libertatem, quæ
1 est secũdum æquum, arithmeticúmq; iustum. ¶ Colligit popularia 10. Primũ est: ad omnes 5
magistratus ex omnibus sumi, ac præesse omnes vnicuiq;, & vnũquenq; vicissim omnibus.
2 ¶ Secundũ est: per sortem tribuere magistratus, aut omnino omnes, aut illos saltem qui ex- 6
perientia non indigent & arte, & à nullo censu esse magistratus, aut saltem ab exiguissimo.
3 ¶ Tertium. non nisi semel eundem ab aliquo geri posse magistratũ, aut perraro, & paucis: 7
4 ijs quidem exceptis, qui versantur in bello. ¶ Quartum. parui temporis esse magistratus: 8
5 aut omnes, aut quotquot id recipere possunt. ¶ Quintũ est. consultandi, iudicandi'q; facul 9
tatem esse omnibus & de omnibus, aut de plurimis maximéq; præcipuis, vt de rationibus
6 repetendis, de republica, & de priuatis contractibus. ¶ Sextum. contionem omniũ esse do- 10
minam, & magistratum nullius. aut illam quidem rerum maximarũ dominã: hunc vero re-
7 rum exiguarũ. ¶ Septimum est: consilium, vbi merces ad contionẽ venientibus non omni- 11
8 bus statuta est. vt dictum est numero 69 quarti. ¶ Octauum. aut omnes mercedẽ capere, 12
contionem scilicet, iudicia, magistratus, aut saltem iudicia, magistratus, cõtiones principa-
9 les, aut eos magistratuũ quos necesse est coepulari, atq; comessare. ¶ Nonum est: popula- 13
rem rempublicã, per eos qui nullius sunt nobilitatis, opulentiæ, & eruditionis administrari.
10 vt per ignobiles, inopes, & sordidos artifices. ¶ Decimum: nullam magistratus alicuius au- 14
thoritatem, perpetuam esse. quòd si qua sit ex antiqua mutatione relicta: populare est aut
eam auferre, aut ex electione ad sortem reuocare. & hæc omnia ex iusto populari, quod se-
cundum æqualitatem & numerum est: enasci volunt, atq; procedere.

ANNOTATIONES AD CAP. SECVNDVM.

PRopositum igitur popularis reipublicę: est libertas. Hæc libertas popularis, licẽ- 4
tiosa est: viuere vt quisq; velit. & in regno, optimate, & ea quæ cõmuni vsurpato
nomine respublica nominatur: ciues õnes liberi sũt, & vera quidẽ libertate. in his
enĩ viuendũ est, nõ vt cuiq; libido affert, affect9, & perturbatio, & vt quisq; vult:
sed vt affert ratio, & vt quisq; bene vult secũdũ leges, aut regias, aut optimatũ, aut republi
cæ, & secũdũ instituta maiorũ, tũ legib9, tũ suis parẽdo superiorib9. & hæc est vera libertas.

¶ De censu partiẽdo in populari gubernatione. Cap. III.

SEd quæritur post hæc queãdmodũ habebunt æquum. 15
1000 vtrũ oportet partiri in mille eos census qui sunt quingẽ
500 torũ, & mille æqualiter posse quingentis? an non sic po-
nere oportet secundum id æqualitatẽ, sed partiri quidẽ
sic, deinde ex quingentis æquales accipere, & ex mille,
hos potestates habere partitionũ & iudiciorum? Vtrũ
igitur respublica ista iustissima est secundum populare iustum: an magis
illa quæ secundum multitudinem? aiunt enim populares, id esse iustum,
quod videtur vtique pluribus: potentes vero, quod videtur ijs qui plus
possident. pro multitudine enim facultatũ aiunt esse statuendũ. ¶ Sed ha 16
bẽt hæc vtraq; inæqualitatẽ & iniustitiã. si enim quodcũq; pauci possunt:
tyrannis est. nã si vnus habeat plura, q̃ alij opulenti: secũdum paucorum
iustum, is solus dignus est qui gubernet. si vero plures secundũ numerũ

quodcunq; queant: iniuria afficiēt, publicātes bona opulentorum & pau
corum, vt superius dictum est. Quæ igitur sit æqualitas quam ambo pro- Tertij
fitentur: considerandum est ex ijs, quæ vtrique diffiniunt iusta. inquiunt 36
enim quicquid videatur maiori parti ciuium: id oportere esse ratum. esto
quidem hoc: attamen non penitus. sed cum duæ partes sint ex quibus ci-
uitas constat, diuites scilicet & pauperes: quodcunq; ambabus videatur,
aut pluribus, id ratum sit. q; si cōtraria videātur: quod pluribus, & habē
tibus maiorē censum. puta si alij decem, alij viginti, videatur autē diuitū 10
sex, pauperum autē quindecim, accedāt vero pauperibus, quatuor diui- 20
tum, diuitibus autē quinq; pauperū: quorūcunq; igitur census exuperat,
cōnumeratis amborū vtrisq;, id ratum sit. q; si forsan æquales esse contige
rit: cōmunem esse hanc ambiguitatē putandū est: vt verbi causa nunc si cō
tio æqualiter in duo diuisa fuerit aut iudicium ita diuisum. nā aut sorte
dirimendū est: aut aliud quiddā huiusmodi agendū. Sed de æquo & iu-
sto quanq̄ sit admodū difficile in illis reperire veritatē: tamen facilius est
sortiri q̄ persuadere ijs, qui plus habere possunt. semper enim qui imbe-
cilliores sunt: æquū & iustū quærunt. sed qui plus possunt: ista nō curāt.

TERTII CAP. COMMENTARIVS.

15 QVæstio. quo pacto in populari gubernatione, census partiendi sunt, vt seruetur
æquale iustum populare: an si quingenti sunt opulenti & insignes & mille in- 500
opes, ij census qui sunt quingentorum, sic in mille partiendi sunt, vt & mille 1000
æque possint ac quingenti? an non sic partiēdi: sed ex quingētis & mille æqua-
les accipiēdi, qui facultatem habeant distributionum atq; iudiciorum? an hæc
popularis respublica iustissima est, secundum populare iustum: in qua singula geruntur, se-
cundum quod pluribus videtur? & paucorum potentia iustissima: in qua cuncta geruntur
16 secundum ea quæ videntur, plura possidentibus? ¶Diluit. dicens vtraque eorum & quæ
pauci, & quæ populus vocant iusta, inæqualitatem continere & iniustitiā: vt etiam numero
35 tertij visum est. quia si quodcunq; pauci possunt, dummodo plura possideant: tyrannis
est. nam fieri potest, vt vnus plura possideat q̄ alij opulenti. quare secundum paucorum iu-
stum: is solus gubernare dignus est. & si plures quodcunq; queant, modo multitudine exce-
dant: iniuria afficient, publicando bona opulentorum & paucorum. vt alias dictum est: nu-
mero scilicet 36 tertij. Sed qui voluerit æqualitatem iusti in hisce rebuspublicis habere: dif-
finitiones ipsæ quibus iusta diffiniunt, moderandæ sunt. vt inquiunt populares, id iustū esse,
& ratum esse habendū, quod ciuium maiori parti videatur. esto id quidem, non tamen om-
nino: sed cum id recte, & intelligatur, & applicetur. ceu cum sint duæ ciuitatis partes, diui-
tes scilicet & pauperes: quodcunq; ambabus partibus videatur, aut vtrarūq; pluribus, id ra-
tum sit atq; iustum. q; si ex vtraque parte, contraria videantur: id obtineat, quod pluribus &
maiorem simul habentibus censum videatur. puta si diuitum sunt decem, & pauperum vi- 10
ginti, ordinati ad quippiam pro republica statuendum, & vna ex parte quippiam videatur 20
quatuor diuitibus & quindecim pauperibus esse faciendum, alia autem ex parte, sex diuiti- 4
bus & quinq; pauperibus non esse faciendū: quorūcunq; cēsus superat, cōnumeratis vtrisq; 15
partibus, id stabile sit & ratum. quòd si hos & illos qui opposito modo sentiunt, æqualium 6
censuum esse constiterit: id aut sorte dirimendum est, aut aliquid huiusmodi faciendum. & 5
ita cum contio, aut iudiciū: in duo æqua fuerit diuisum. nā quanq̄ de iusto & æquo difficile
admodū sit in talibus reperire veritatē: facilius tamē est sortiri q̄ persuadere ijs qui plura ha-
bere possunt, prę ualentq; viribus. semper enim qui imbecilliores sunt: æquū & iustum quæ-
runt. qui autem potentiores: neque æquum, neque iustum curant. & ex ijs, ea quæ superius
addubitata sunt: dilui possunt.

ANNOTATIONES AD CAP. TERTIVM.

16 VT verbi causa nunc. Non dicit nunc, id est in superiori hypothesi esse diuisum æ-
qualiter. id enim sciri non potest: nisi in hypothesi, q; æqualis esset cēsus illorū, &
æqualis illorum dignitas. sed supponatur ita factum esse doctrinæ causa.

10 diuites		20 pauperes
parte ex vna simul sentientes		
4 diuites A		15 pauperes B
parte ex altera simul sentientes		
6 diuites C		5 pauperes D

Esto igitur census A B simul 1500,& cẽsus C D simul 1000:tunc quod visum est A B,obtinet. At esto cõtrà,vt census C D sit 1500,& A B 1000: quod visum fuerit C D simul, ratũ. vnde fit:vt nõ semper quod maiori parti visum fuerit,ratum haberi debeat, electióq; tenere. Esto tertio vt census A B sit 1500,& similiter C D 1500: tunc sortiendum est.

¶ De quatuor speciebus popularium,ad quos pertineãt,de earum legibus atque vaframentis. Cap.IIII.

Prima spẽs popularis. Quarti 22.

CVm vero quatuor sint gubernatiões populares: optima 17
est illa quã primo gradu posuimus, vt superioribus libris dictũ est. eadẽ quoq; antiquissima omniũ. dico autem primã secundũ distinctionẽ populorũ. nã optimus populus est ille: qui ex agricolis constat. quare & popularis status facile efficitur: vbi multitudo viuit ab agri-
cultura, vel pascuis. negociosa quidem: quia non multũ habet. ¶ Ex quo 18
fit: vt agant raro contionem. ob idipsum vero quòd laborandũ illis sit circa necessaria ad victum: operibus detinẽtur suis, & aliena non appetunt. dulciúsq; est illis opus facere: quàm in republica versari ac magistratum gerere, nisi magna in gubernando sint emolumenta suscepturi. plærique enim magis lucrum appetunt quàm honorem. signum huius est: quòd tyrannides antiquitus pertulerunt. & nunc paucorum potentiam perferunt: modo suam rem agere illis permittatur, neque diripiantur quæ habent. cito nanque alij eorum, diuites efficiuntur: alij autem egere desi-
stunt. ¶ Præterea si qua cupido honorum eis inest: facile eius rei indigẽ- 19
tia adimpletur per potestatem quã in contionibus habent creandi magistratus, & corrigendi delicta. nam in quibusdam ciuitatibus, etsi non eligit populus magistratus, sed quidam per partes deputati ex omnibus

Mantinia.

(vt apud Mantiniam) tamen satis esse putant, quòd consultandi, deliberandiq; habent potestatem. Ac putandum est hanc esse tanquam formam aliquam popularis gubernationis: vt fuit quandoq; apud Mantiniam. Quapropter vtile est prius dictæ populari gubernationi (& ita consuetudo fuit) eligere quidem magistratus, & corrigere, & iudicare omnes.
¶ Magistratus autem maximos geri per eos qui electi sint: & à censibus 20
maioribus maiores, vel à censibus nullum, sed per eos qui possunt.
¶ Necesse est autem cum ita gubernantur respublicæ: eas bene guberna- 21
ri. nam magistratus semper ab optimis gerentur, populo ita volente, neque præstãtioribus inuidente. nobilibus autem ipsis & præstantibus hic gradus sufficiet. non enim suberunt alijs deterioribus. ipsi vero magistratus gerent iuste: quia pœnã formidabunt. quoniã corrigere ad alios pertinet. cõpesci enim ac nõ licere facere quicquid quis velit: vtile est. nã licentia agendi quod quisq; velit: custodire non potest ingenitã vnicuiq; hominum prauitatem. itaq; necesse est illud euenire, quod optimũ est in rebus

publicis:vt magiſtratus à præſtantioribus gerantur,ſine populi imminu
ta authoritate. Quòd igitur hęc populariũ gubernationum eſt optima,
22 patet,& qua de cauſa:quia ob talem aliquem eſſe populum. ¶Ad conſti 1
tuẽdum autem populum agricolam : tum leges quædã antiquitus apud
multos latæ,vtiliſſimæ ſunt,tum illud vniuerſaliter,ne liceat cuiquam ha
bere plus agri q̃ menſuram certam, vel ab aliquo loco ad oppidum & ci-
uitatem. ¶Erat antiquitus in multis ciuitatibus lege cautum : non licere 2
venditionem facere bonorum primæ hæreditatis. ¶Eſt etiã lex: quam di 3
cunt Oxili fuiſſe: ne liceat cuiquã fœnerari ſuper aliqua fundi parte,quã Oxilus.
quis haberet. ¶Dirigere etiam id oportet Aphytalorum lege. eſt enim 4 Aphytali
vtilis ad id quod dicimus. Illi enim quanq̃ ſint permulti, poſſideant au-
tem exiguam regionem: tamen omnes agricolæ ſunt. quoniã pretia cõſti-
tuunt non totarum poſſeſſionũ : ſed per tales partes diuidentes, vt etiam
23 pauperes perfacile eas pretijs ſuperare poſſint. ¶Poſt agricolarũ multitu 1
dinem optimus populus eſt:vbi paſtores ſunt,& viuunt ex pecoribus. in
multis vero hæc cum agricultura conuenientiã habet. Vtriq; enim corpo-
ribus exercitati ad bellicas expeditiones vtiliſſimi ſunt ac potentes ſub di
24 uo cõſiſtere. ¶Cæteræ vero multitudines quaſi omnes ex quibus alij ſta 3
tus populares conſtant: multo deteriores his ſunt. nã opificum quidẽ ac
forenſium & mercenariorũ praua eſt vita:nullúmq; virtutis opus eorum,
quæ tractat multitudo. Et inſuper quia huiuſmodi genus hominũ, circa
forũ vrbémq;(vt ita dixerim)aſſidue hæret:facile contiones agitat. at agri
colæ quia ſparſim habitãt per agros,neq; in vnum coëunt facile: neq; ſimi
liter indigent huiuſmodi congregatione. quibus vero in locis contingit
ſitum regionis talem eſſe,vt longe diſtent ab vrbe:in ijs facile eſt popula-
rem ſtatum laudabilem cõſtituere ac rempublicam. ipſa enim cõpellitur
multitudo quaſi colonias per agros efficere. Quare etſi forenſis turba ſit:
tamen contiones in populari ſtatu non faciet abſq; multitudine illa, quæ
per agros habitat. quomodo ergo conſtituenda ſit optima illa ac prima
popularis gubernatio:dictum eſt. patet etiam quomodo aliæ. ſubſequen-
25 ter enim eſt deſcendendũ:& deterior ſemper multitudo ſeparanda. ¶Po- Quarta vltima & peſſima popularis ſpecies
ſtremam vero ſpeciem : quia omnis multitudo ad eam recipitur, neq; cu-
iuſcunq; ciuitatis eſt eam perferre,neq; facile permanere eam neutiq̃ legi-
bus & moribus bene ſtabilitam. à quibus vero labefactari contingat, &
26 hanc & alias reſpublicas:fere dictum eſt prius in plurimis. ¶Sed ad con 1
ſtituendam hanc popularem gubernationẽ,& ad populũ roborandũ:cõ- Machinamenta huius popularitatis.
ſueuerũt ij qui pręſunt,ad populum q̃plurimos recipere,ac ciues efficere
nõ ſolũ legitimos, verũ etiã ſpurios,& ex quouis ciue id eſt ſiue ex patre
ſiue ex matre. hoc enim totũ huic populo magis peculiare eſt. cõſueuerũt
igitur ij qui populos ducũt:ita cõſtituere. Oportet tamẽ aſſumere: quo-
ad exuperet nobiliũ, mediorũq; multitudo, neq; vltra progredi. nã ſi trã-
ſcendunt:confuſiorẽ efficiunt rempublicã,ac nobilitatẽ exaſperando ma-
gis irritant ad ægre difficultérq; popularem ſtatum ferendum:quæ cauſa

Cyrene. feditionis fuit apud Cyrenen. paruum enim inconueniens conniuendo
2 transitur:magnum vero in oculis hæret. ¶Insuper talia constituta vtilia
sunt ad popularem statũ huiusmodi, & ad populi corroboratione:qua
Clisthenes. lia Clisthenes Athenis factitauit,quo populi gubernationem augeret.&
Athenæ. Cyrene. apud Cyrenen ij qui populum constituerunt. Tribus enim aliæ consti
tuendæ sunt plures: & sodalitates priuatorum sacrorum redigendæ sunt
3 ad pauca,& publica. ¶Et cuncta diligenter machinanda:quo q̃maxime
omnes simul admisceantur familiaritates,conuersationésq; primæ disiun
4 gãtur. ¶Præterea tyrannica machinamenta omnia videntur esse popula
ria.ceu licentia seruorum(hæc autem vsq; ad aliquid conducere potest)&
mulierum & puerorũ,& quòd quis viuat vt velit nihil curæ esse.permul
ti enim huiusmodi ciuitatis statum amabũt:cum plærisq; dulcius sit dis
solute viuere,quàm modeste.

QVARTI CAP. COMMENTARIVS.

1 QVatuor esse species gubernationis popularis:dictũ est numero 15 quarti.& pri 17
mam speciem ad agricolas pertinere:ex numero 22 eiusdem,cognosci potest.
quam ponit inter species populares optimã. nec iniuria. quia ex optimo po
pulo est: & qui ex diuitijs secundum naturam,& maxime hominibus ad de
gendam vitam à natura institutis,viuunt. vt ex numero 31 primi,& sequenti
1 bus agnoscitur perfacile. ¶Popularia huius speciei sunt. Primũ.raro agere contionẽ. ¶Se 18
2 cundum. habere in cõtionibus facultatẽ creandi magistratus,& rationes repetere, delictáq; 19
corrigere aut simul omnes,aut quosdam particulariter ab omnibus delectos.ceu aliquando
3 Mantiniæ factum est. ¶Tertium. maximos magistratus per eos geri,qui delecti fuerint: & 20
maiores à maioribus censibus,aut à cẽsibus nullum,sed per eos qui possunt,idoneíq; sunt.
¶Causa cur hæc popularis respublica bene gubernetur, & sit reliquarũ popularium guber 21
nationum optima.litera de se perspicua. ¶Quattuor ad hanc primã speciem conducentes 22
1 leges.Prima. non licere cuiquam plus agri,q̃ mensuram certa lege definitam habere: vel à
2 certo loco ad oppidum ipsum, ipsámq; ciuitatem. ¶Secunda.non licere,bonorum primæ
3 hæreditatis venditionem facere. ¶Tertia est.Oxyli.Non licere cuiq̃ super aliqua fundi par
4 te quam quis habeat:fœnerari. ¶Quarta est Aphytalorum.Si ob multitudinẽ expedit pre
tia possessionum constituere: non integrarum,sed per tales diuidendo partes, vt pauperes
2 facile pretio superare possint. ¶Secundam speciem popularem:vbi ciues ex pascuis,peco 23
3 ribus,& armentis degunt,& quæ proximum post agricolas tenet locum. ¶Tertium popu 24
laris gubernationis locum obtinent opifices & mercenarij, ac tertiam efficiunt popularita
4 tis speciem. ¶De quarta popularis gubernationis specie,quæ omniũ deterrima est,& quæ 25
omnem admittit multitudinis colluuiem,cæterarum minimæ durationis, vtpote quæ nul
lis neq; probis legibus vllis,neq; moribus fulta sit. ¶Huius speciei machimenta popularia 26
1 quatuor.Primum est,eos qui præsunt,populíq; ductores:q̃plurimos ad ciuitatem recipere,
& efficere ciues,non modo legitimos, sed & spurios, & qui altero tantum parente,siue pa
tre siue matre progeniti sunt, quousq; popularis multitudo insigniũ & mediocrium multi
tudinem exuperet. at si progredi vltra pergunt:officiunt ad suæ reipublicæ suppositionem.
2 ¶Secũdum est. inducere tribus nouas plures,& sodalitias priuatorum sacrorum,reducere
ad pauca sacra & publica.qualia Clisthenes Athenis,& ij qui Cyrene popularem statum in
3 stituerunt:factitarunt. ¶Tertiũ est.cuncta diligenter machinari:vt omnes adinuicem cõuer
4 sentur,& priores consuetudines disiungãtur. ¶Quartum.licentia seruorum,& mulierum,
& puerorum:& sinere quenq; vt velit viuere,neque curã vllam esse.& præterea cætera om
nia machinamenta tyrannica:popularia sunt.

ANNOTATIONES AD CAP. QVARTVM.

Quintius. OPtimus populus est ille: qui ex agricolis constat. Talem popularem fuisse priscã 17
Camillus. rempublicam Romanam:verisimile est,cum ex aratro sumerentur qui dictaturã
Curij. gererent. vt de Quintio Cincinnato,Camillo,& Curijs fertur.& quam Cato lau
Cato. dat.fortissimi (inquit) & milites strenuissimi: ex agricolis gignuntur,minimé que
Virgilius. male cogitantes.quam laudat & Virgilius.

¶O fortunatos nimium (sua si bona norint)
Agricolas. quibus ipsa procul discordibus armis:
Fundit humo facilem victum iustissima tellus.
His secura quies, & nescia fallere vita:
Diues opum variarum. at latis otia fundis
Speluncæ, viuique lacus, ac frigida tempe,
Mugitúsq; boum molléśq; sub arbore somni
Non absunt illic saltus, ac lustra ferarum:
Et patiens operum, paruóq; assueta iuuentus.
Hæc de laude primæ speciei popularis gubernationis.

¶Ad populares institutiones præcepta. Cap. V.

27 EST autẽ opera legis positoris, & eorũ qui volunt statũ ali 1
quẽ talem cõsistere: nõ cõstituere maximũ opus, neq; so-
lum cõstituere, sed magis, vt seruetur. vno enim vel duo-
bus vel tribus diebus permanere quomodocũq; guber-
nãtibus: haud difficile est. quapropter opus est ijs (quas
supra retulimus) cõseruationibus & corruptelis, rempu
blicã cautelã assumere, cauẽdo illa, quæ corruptiua sunt, ac leges tales po
nendo, & nõ scriptas & scriptas quæ cõseruationes status maxime cõpre-
hendãt. neq; putare id esse populare, neq; paucorũ potẽtiæ, quod efficiat
ciuitatẽ, maxime à multis vel a paucis gubernari: sed quod ꝗ plurimo tẽ-
pore. At nunc ij qui sunt populi ductores gratificãtes multitudini, mul-
28 ta populariter agũt per publicationes bonorũ in iudicijs factas. ¶Quare 2
oportet eos qui curã salutis habẽt reipublicæ: cõtra moliri, leges ponẽdo.
vt damnatorũ bona sacra sint: & non in publicũ, sed in sacrũ referãtur. nã
eos qui alios iniurijs afficere volent: non minus verebuntur. nã simili dã-
no plectẽtur. Populus autẽ, minus cupide dãnabit: cum nihil sit vtilitatis
29 ex dãnatione suscepturus. ¶Insuper publicas accusationes ꝗ rarissimas 3
semper facere: magna pœna cõstituta aduersꝰ eos, qui temere accusarint.
30 nõ enĩ populares in iudiciũ vocari cõsueuerũt: sed nobiles. ¶Oportet er- 4
go in reipublicæ statu quãtũ fieri potest: õnes ciues reddere beneuolos. ꝙ
si id fieri nequeat: saltem conari, ne hostes existiment eos, qui gubernant.
¶Cũ vero postremę illę species gubernationũ populariũ, in multitudine
cõsistant hominũ, ac difficile sit, vt cõtionibus vacare possint sine alicuius
mercedis susceptione: hoc autẽ vbi redditꝰ nõ habeat ciuitas, maxime ini
micũ est præstãtibus viris. nã ex tributo & publicatione bonorũ, & ex iu
diciorũ improbitate: necesse est prouenire. quod multas iã populariũ res-
31 publicas subuertit. ¶Vbi ergo publici redditꝰ nõ sunt: facere oportet cõ 5
tiones raras, & iudicia multorũ quidẽ, sed paucis diebꝰ duratura. hoc au-
tem cõfert ad illud, quod nõ formidabũt impẽsas opulẽti: tametsi opulẽti
non capiẽt mercedẽ iudicij, sed pauperes. Cõfert etiã ad recte iudicandũ
multo magis. nã qui magna patrimonia habent: multis diebus abesse no-
32 lũt à rebus suis. modicũ vero abesse tẽporis: nõ moleste ferũt. ¶Vbi vero 6
sunt redditus publici: nõ id facere quod nunc ductores quidã in populo
faciũt. superflua enim diuidũt, ac simul capiunt: moxq; rursus indigẽt eis-

dem. est enim pauperibus: ceu vas perforatū huiusmodi emolumētū. Sed
oportet eum, qui vere popularis sit: videre, ne multitudo pauperie nimia
prematur. nā egestas: paruā reddit populi gubernationē. Conandū est igi
tur ingeniose: vt abundātia assit diuturna. nam id prodest etiā diuitibus.
Congregātes vero illa quæ ex redditibus proueniūt: simul omnia egenis
tribuere oportet. prę sertim si quis possit, tantū cōgreget: quantū sat est ad
agelli cōparationē. vel saltē ad facultatē negociādi & agrum colendi. & si
nō omnibus possibile: at secūdū tribus, aut partē aliā in parte distribuere
7 oportet. ¶ In hac re autē ad necessarios cōuentus: mercedē oportet affectā 33
Carthaginenses. 8 tes diuites cōferre inania munera. ¶ Per talē aliquē modū: Carthaginen- 34
ses gubernātes, amicū retinēt populū. semper enim quosdā è populo mit-
tētes in aliquas gubernationes: eos diuites faciūt. gratiosorū vero, ac men
tem habentiū nobiliū id est: & suscipere egenos, & occasionē præbētes cō-
Tarētini 9 uertere ad res agendas. ¶ Recte ergo se habet Tarentinorum exemplum 35
imitari. illi enim cum opes efficiunt communes ad pauperum vsum: per
hunc modum beneuolam sibi plebē cōstituunt. magistratus insuper om-
nes duplices faciunt: vt sint alij per electionem, alij per sortem. quo enim
populus capiat, per sortem: quo autem melius gubernentur, per electio-
nem. Est autem hoc facere etiam in vno, eodémq; magistratu: ita partien-
tes, vt alij sorte, alij electione, ad eum gerendum assumantur. Quēadmo-
dum ergo oportet popularium gubernationes instituere: dictum est.

QVINTI CAP. COMMENTARIVS.

1 PRæcepta nouem: præsertim ad populares institutiones respiciētia. Primum of- 27
ficium legislatoris esse: non ingentem quendam constituere reipublicæ statum,
neque constituere solum, sed magis officium eius est studere, vt conseruetur,
leges tales sanciendo siue scriptas siue non scriptas, quæ reipublicæ illius cōser-
uationes maxime comprehendant, & ea quæ corrumpere nata sunt deuitent.
ad quod faciendū: ex ijs quæ de corruptionibus & conseruationibus in præcedenti libro di-
2 cta sunt, facile cautelam, qui volent, accipient. ¶ Secundum. leges esse ponendas: vt dam- 28
natorum bona sacra sint, & non in publicum, sed in sacrum referantur, aliter quàm nunc fa-
ciant populi ductores. qui multitudini gratificantes: bona in iudicijs damnatorū publicant,
3 in multitudinémq; diuidunt. ¶ Tertium. semper quàm rarissimas possibile est faciēdas esse 29
publicas condemnationes atque sententias, ingenti mulcta aduersus eos constituta, qui te-
mere quenq̃ accusauerint. nam non populares in iudicium vocari consueuerunt: sed insi-
4 gnes. ¶ Quartum. quātum fieri potest ciues omnes ad reipublicæ statum reddere bene af- 30
fectos. quòd si id fieri nequit: maxime cauendum esse ne suspicentur eos, qui rempublicam
5 gubernant, esse reipublicæ status hostes. ¶ Quintum. in vltimis gubernationibus popula- 31
ribus vbi ingens hominum multitudo, neq; publici sunt redditus: raras contiones facere, &
6 iudicia multarum quidem rerum, sed paruo tempore durantia. ¶ Sextum. vbi redditus as- 32
sunt: ingenio elaborandum est vt abundantia ex diutino tempore sit cumulata. vbi vero sic
cumulata est: simul vniuersa quæ congregata sunt, egenis sunt distribuenda. & maxime au-
tem: si quis possit, tantum simul congreget, vt singulis inopum sufficiat ad agelli compa-
rationem, aut saltem ad facultatem negociandi, & agrum colendi. & si non possibile est om-
7 nibus distribuere: id saltem secundum tribus, aut partem aliquam aliam fiat. ¶ Septimum. 33
vt id cōmodius fiat: oportere eos diuites qui inania munera conferre cupiunt, ad necessari-
8 os conuentus atque contiones, illa mercedem facere. ¶ Octauum. Egenis occasiones præ- 34
bere: quo diuites fiant, & ad res se conuertant agendas. per quem modum, Carthaginen-
ses gubernantes: populum sibi retinent amicum. nam semper quosdam ad aliquas admini-
9 strationes mittentes: eos diuites efficiunt. ¶ Nonum. eos qui gubernant, facere possessio- 35
nes communes ad vsum pauperum, instar Tarentinorum: & duplices magistratus creare,

hos (quo populus capiat) per sortem, illos vero quo melius gubernentur, per electionem. fieri etiam potest: vt ad eundem magistratum, hi sorte, illi electione assumantur.

ANNOTATIONES AD CAP. QVINTVM.

27 QVas supra retulimus. In quinto libro à numero 19 ad 24. illic enim de mutationib9
popularium gubernationum, & medela visum est.

¶De speciebus paucorũ, ordinatione census, qui ex populo assumẽdi, quæ paucorum gubernationes potiores, & quę deterrima. Cap. VI.

36 DE paucorum ergo gubernationibus quomodo agẽdum
sit: patet fere ex eisdem. nam per cõtrarium agẽdum est,
in omni paucorum gubernatione: ad oppositam sibi po-
pularis gubernationis speciem, reputando optime tem-
peratam illam cæterarum paucorum gubernationũ, ac
37 primam. ¶Hęc autem est propinqua illi: quę respubli- 1
ca nũcupatur: in qua oportet census diuidere, & alios minores, alios ma-
iores facere. minores quidem: à quibus necessarij magistratus capiantur.
maiores vero à quibus capiantur ij magistratus, qui sunt principaliores.
38 ¶Et qui tantum adepti fuerint censum: habiles sint ad rempublicam ge- 2
rendam. afferente populo tantam multitudinem per ipsum censum: vt cũ
illa potentiores sint, qui gubernant rempublicam, q̃ illi qui non guber-
39 nant. ¶Semper autem ex meliori populo capiendi sunt illi: qui ad socie- 3
40 tatem reipublicæ recipiuntur. ¶Similiter autẽ in ea gubernatione pau- 4
41 corum quæ sequitur: intendentes parũper est instituendum. ¶In ea vero
quæ opposita est extremæ popularitati, quæ est inter paucorum poten-
tias potentatui, tyrannidiq; simillima: quanto deterrima est, tanto maio-
ri opus est custodia. vt enim corpora bene disposita ad sanitatem, & naui-
gia bene instructa ad nauigandum, multos ferunt errores nec ob eos suc-
cumbũt, valitudinaria autem corpora, & nauigia parum firma, nautisq;
instructa prauis, ne paruos quidem ferunt errores: ita rerumpublicarum
eæ quæ deterrimæ sunt, plurima indigent custodia. Populares igitur gu-
bernationes: per multitudinẽ hominũ, omnino seruãtur. hoc enim oppo-
nitur ad illud iustũ: quod est secundũ dignitatẽ. paucorũ vero potentium
contrá: videlicet per rectam ordinationẽ oportet assequi firmitatem.

SEXTI CAP. COMMENTARIVS.

36 SPecies paucorum potentiæ, quatuor esse ex numero 19 quarti cognitæ sunt.
quas si ex aduerso quatuor specierum popularium collocamus, vt primã pri-
mæ, secundã secũdæ: vult Aristoteles ex huiusmodi collatione, partim ex cor-
37 respõdentia, & partim ex oppositione facilem esse cognitionem. ¶Et in pri- 1
ma paucorũ potẽtiæ specie, quæ paucorum gubernationũ optima est, & ma-
xime contemperata & reipublicæ, censũq; potestati proxima. Primo. censet diuidendos esse
census: & alios facere minores à quibus necessarij magistratus vendicentur, & alios maiores
38 à quibus desumãtur magis præcipui. ¶Secundo. sic census esse ordinandos: vt tãta populi 2
multitudo cum censum afferet, gubernationis reipublicæ sit particeps, quæ vnà cum parte
39 insigniũ potentiores sint ij, qui gubernant, q̃ qui nõ gubernãt. ¶Tertio. eos qui ex populo 3
40 reipublicæ admittuntur participes: semper e meliori populo capiendos esse. ¶Quarto. in 4
secunda paucorum specie: paulo census esse intendendos, & in tertia amplius q̃ in secunda. Quarta species paucorũ potẽtiæ.
41 ¶Quarta species quę e diuerso respõdet quartę speciei popularis gubernationis: omnium
deterrima est, & tyrannidi simillima. quæ vt corpus ęgrum, & nauigium male firmum: nisi

magna obseruatione custodiatur,& ad hoc ipsum leges habeat aptissime conditas ordinatásq;,nullam potest assequi firmitatem.

ANNOTATIONES AD CAP. SEXTVM.

HÆc autem est propinqua illi quæ respublica nuncupatur. de qua scilicet in quar- 37
to,cap.octauo, & nono discussum est. ¶Semper autem ex meliori populo.quis 39
sit melior populus,ex præcedenti capite cognoscitur. vt meliores agricolæ,deinde qui ex animalib9 viuũt,tertio artifices,vltimo loco negociatores,& caupones.

¶De partibus multitudinis,quot vtiles ad bellum,& præcepta ad paucorum potentias. Cap.VII.

CVm vero sint multitudinis potissimũ partes quatuor: 41
agricolæ, artifices, negociatores , mercenarij, quatuor
etiã vtiles ad bellum,equites,pedites,grauis armaturæ,
expediti leues & turba naualis: vbi contingit regionem
1 esse ad equitatum aptam: ibi locũ habet aptissimũ,pau-
corum potentia illa summa. nam conseruatio habitato-
rum ab equitibus prouenit. equos vero nutrire: eorũ est qui magnas ha-
bent facultates. Vbi autem regio ad armatũ peditatum est apta: cõsequẽ-
2 tem speciem affectat paucorũ potentiæ. nam grauis armatura: diuitũ est,
magis q̃ pauperum. expediti autem leues & nautica turba: popularis est
omnino. Nunc autem vbi talis turba multa est: quando seditio fit, dete-
1 rius certant. ¶Sed oportet huiusmodi medicinam capere à belli ducib9: 43
qui ad equitatum ac grauis armaturæ peditũ robur,expeditos leues ceu
congruit,solent coniungere. hac autem præualent populi in seditionib9,
opulentis. nam leues expediti ad equites & ad grauis armaturæ pedites
facile pugnant. instituere igitur ex his potentiam istam: ad seipsos est in-
2 stituere. ¶Sed oportet diuisis ætatibus,cũ alij seniores,alij iuniores exi- 44
stant: in iuuenili adhuc ætate constitutos, filios suos erudire ad leues, &
expeditas operationes,delectos quidem ex pueris: athletas esse ipsos ope
3 rationum. ¶Cõcessio autem reipublicæ populo facienda est: vel cum ad 45
Thebani. censum peruenerint(vt prius dictum est)vel vt faciũt Thebani, cum cer-
Massilia. tum tempus à sordidis opificijs destiterint. vel vt apud Massiliam: iudi-
4 dicio facto,qui digni sunt ad rempublicam recipi,& qui excludi. ¶Præ- 46
terea dignitatibus ijs quæ sunt principalissimæ , quas suscipere oportet
eos qui in reipublicæ gubernatione versantur: adiũgenda sunt onera pu-
blica. vt populus sponte sua eas nolit:& cõpatiatur illis qui huiusmodi
magistratus suscipiunt,vtpote mercedem permagnã pro ea dignitate sol-
5 uentibus. ¶Congruit autem,cos qui huiusmodi magistratus ineunt:& 47
sacra magnificentissime facere, & publica quædam ædificia ad vsum po-
puli construere. vt populus qui ad comessationes admittitur cernens vr-
bem ornari(tum muneribus erga deos: tum ædibus ad vsum publicum)
libenter aspiciat præsentem statum ciuitatis. Continget etiam: præstanti-
bus viris hæc esse monumenta suæ largitatis. Sed hoc nõ fit nunc per eos
homines: qui magni sunt in paucorum potentia,sed contrarium. Lucrũ
enim quærunt non minus q̃ honorem. itaq; dici potest recte: hos esse po-
pulares status paruos. Quomodo igitur instituendæ sint, & paucorum

gubernationes,& multitudinis:in hunc modum determinatum sit.

SEPTIMI CAP. COMMENTARIVS.

42 PArtes multitudinis quatuor præcipuę:agricolæ,artifices,negociatores,merce-
narij. quatuor partes vtiles ad bellum: equites, pedites,grauis armaturæ, ex-
pediti leues,turba naualis.prima pars vbi regio apta est ad equitatum:conue-
nit ad primam paucorum potentiæ instituēdam gubernationem. & vbi regio
apta est ad peditatum: secundam partem, ad secundam paucorum potentiæ
43 gubernationem requirit.tertia autē & quarta:ex se omnino sunt populares. ¶Q uinq; do-
cumenta paucorum potentiæ. Primum. quia,cum bellum seditióve fuerit: deterius certare 1
solent pedites leuis armaturæ,& nautica turba.ideo à ducibus eorū medicina, remedúmq;
sumendum:vt ad equitum,pedítúmve grauis armaturæ robur,expeditos (ceu cōgruit) ad-
iungant.hac enim medicina hócq; remedio:populares in bellis,& seditionibus præstantio-
res sunt diuitibus.nam leues expediti,ad equites & ad grauis armaturę pedites decēter ad-
iuncti:egregie certant.constituere igitur ex his potentiam: ad suum præsidium est institue-
44 re. ¶Secundum.expedit in paucorum potentia:cū diuisæ sint ætates (& hi seniores:hi ve- 2
ro iuniores existant) vt ciuium filij,adhuc in iuuenili ætate constituti,erudiantur ad milita-
res leues,expeditásq; operationes.vt cum res exegerit:delecti quidam ex iuuenibus,athle-
45 tæ sint in ipsis operibus,certaminibúsq;,præsténtq; se expeditis militibus duces. ¶Tertiū. 3
è populo cum peruenerint ad censum:participatio reipublicæ facienda est, aut statim, aut
vt faciunt Thebani,cum ab opificijs vilibúsq; exercitijs certum tempus abstinuerint.aut vt
46 Massiliæ:cum per probationem inuenti idonei fuerint. ¶Q uartum.in paucorum potentia: 4
ijs qui summe præcipuos,maximósq; subeunt magistratus, publica onera sunt adiungen-
47 da,quo populus eos minus affectet. ¶Q uintum.Expedit etiā eos, qui in huiusmodi ma- 5
gistratibus sunt:sacra facere magnificentissime,& publica quædam ædificia ad vsum popu-
li construere . vt populus statum ciuitatis præsentem libenter aspiciat: & ipsi monumenta
suæ liberalitatis posteris relinquant.

ANNOTATIONES AD CAP. SEPTIMVM.

43 SEd oportet huiusmodi medicinam capere. Leonardus documenti prorsus op-
positum ex litera intellexisse visus est. quod minime fecisset arbitror:si aduertis-
set Aristotelem instituere paucorum potentiam. iccirco litera ad authoris intel- Equites.
ligentiam,restituenda fuit. ¶Q ui ad equitū ac grauis armaturæ. Equites sunt: Pedites.
qui equis insidentes,militant. Pedites qui pedibus non equis innituntur. Expediti milites Expediti
qui rei domesticæ nullam curam habent. Impediti:qui habent. Leuis armaturæ:qui tantum milites.
hastam,teláq; ferūt,qui & velites à volitando dicti sunt. Grauis armaturæ:qui præter tela, Impediti.
arma etiam circa corpus habent. Et equitum & militum:innumera ferme sunt nomina.sunt Leuis ar-
enim Tumultuarij milites,Auxiliares,Solidurij,Desultores, Peltastæ, Ferentarij, Capite- maturæ.
censi,Geloni,Cataphratti,Cetrati,Pilani,Rorarij,Triarij,Retiarij, Excubitores, Procubi- Tumultua-
tores & huiusmodi. Tumultuarij milites:qui subitum & improuisum bellum ingerunt. Au- rij.
xiliares:qui exterarum nationum bella adiuuant. Solidurij: pecunia conducti omnem for- Auxiliares.
tunam subeuntes, & ad vltimum mori deuouentes cum ijs, quorum amicitiæ se deuoue- Solidurij.
runt. Desultores:qui de vno equo in alterum se transferunt,plures equos instructos in bel- Desultores
lo ductantes. Peltastæ: pedites vtentes pelta. Ferentarij:leuis armaturæ milites,funda, pi- Peltastæ.
lis,gladijs,& iaculis vtentes. Capitecensi:qui nullo,vel paruo ære censentur. Geloni:qui se, Ferentarij.
equósq; cutibus hostium velabant. Cataphratti: contecti ferro. Cetrati: qui cetris, hoc est Capitecēsi.
breuibus scutis vtebantur. Pilani:qui pilis. Rorarij:leuis armaturæ,qui primi prælium com- Geloni.
mittunt,ꝗ sicut ros ante imbrem:sic ante grauem armaturam procederent. Triarij: qui in cataphratti
acie,tertio ordine subsidio ponebantur. Retiarij:qui occultum rete portabant, ad implicā- Cetrati.
dum hostem. Excubitores:qui excubias agunt. Procubitores,qui ante castra excubant, cū Pilani.
hostium vicinitas metus incutit. sed ne videar plus militiæ quàm literis incubuisse:receptui Rorarij.
canendum est. qui plura de ijs desiderabunt:legant (si illis cordi est) Helianum, Vegetium, Triarij.
47 & alios qui de re militari scripsere. ¶Et publica quædam ædificia. vt olim extructi sunt Co- Retiarij.
lossi,ceu Rhodi & Romæ,Theatra,Amphitheatra,Thermæ,Pyramides,Arces,Prætoria, Excubito-
Palacia,& similia ædificia. quæ vrbes & decorarunt:& reddiderunt ad nostrorum temporū res.
memoriam insigniores. quorum aliqua adhuc extant:aliorum autem monumenta quædam Procubito-
supersunt,& insignes quædam ruinæ. res.

¶De magiſtratibus,ſpeciebus magiſtratuum,& quibuſdam quæ expediunt. Cap.VIII.

De magiſtratibus. Quarti 64

COnſequẽs eſt circa magiſtratus diuidere diligẽter quot 48
ij ſint:& quales.& quibus de rebus,vt ſupra dictũ eſt.
Sunt enim quidã neceſſarij magiſtratus:ſine quibus ciuitas eſſe nõ poteſt.ſunt etiã quidã ad cultũ ornatũmq́ꝫ
pertinentes:ſine quibus bene habitari ciuitas nõ valet.
¶Præterea neceſſariũ eſt in paruis quidem ciuitatib⁹, 49
pauciores eſſe magiſtrat⁹.in magnis autẽ plures:vt prius oſtẽdim⁹.quales ergo cõgruat ſimul coniũgere,& quales ſeparare:non debet eſſe clã m.

Quarti 67

1 ¶Primũ ergo cura rerũ neceſſariarũ:vt in foro aſſint, venũdentúrq́ꝫ.ſu- 50
per qua quidem cura,magiſtratus quidã eſt conſtituendus: cuius officiũ
ſit intendere circa contractus,& circa honeſtatẽ.nam cunctis fere ciuitatibus:neceſſariũ eſt emptiones,venditionẽſq́ꝫ fieri inuicẽ, pro vſu rerũ neceſſariarũ. & hæc facultas maxime propinqua ad eam ſufficientiã conſe-
2 quẽdã:cuius gratia in vnã videntur cõueniſſe reipublicæ ſocietatẽ.¶Al- 51
tera vero cura huic coniuncta ac vicina eſt circa vrbem:de publicis priuatiſq́ꝫ rebus,de ornatu decenti,de labefactorum ędificiorum ac viarũ conſeruatione,ac directione,& de finibus regendis,vt ſine querela ſint,& de
ſimilibus curis.vocant autẽ plurimi huiuſmodi magiſtratũ:ædilitatem.
partes vero ipſius ſunt plures: & in ciuitatibus quæ hominũ frequẽtiam
habent,aliæ ſuper alias incidunt.ceu mœnib⁹ reficiẽdis præfecti, & fon-
3 tium curatores,& portuũ conſeruatores.¶Alia vero eſt cura & quidem 52
neceſſaria atq́ꝫ huic propinqua(nam de eiſdem rebus: at non in vrbe, ſed
extra vrbem in agro verſatur)vocant autem huiuſmodi magiſtratum:alij
agrorum diffinitores,alij cuſtodes ſiluarũ. hæ igitur procurationes ſunt
4 tres.¶Eſt & alius magiſtratus:ad quem redditus publici referũtur. qui 53
apud eos conſeruati:mox diſtribuũtur ad ſingulas oportunitates.Vocãt
5 vero iſtos receptores,& quæſtores.¶Alter vero magiſtrat⁹ eſt:apud quẽ 54
præſcribi oportet priuatos contractus,& ſententias iudicum,apud quos
etiam poſtulationes vocationẽſq́ꝫ in ius ſcribi debent. quibuſdã in locis:
huiuſmodi magiſtratũ diuidunt in partes plures.ſed eſt vna eadẽmq́ꝫ authoritas iſtorum omniũ:appellántq́ꝫ eos qui hunc magiſtratũ gerũt,tum
6 præfectos,tum memoriales,vel ſimilibus nuncupationibus.¶Qui vero 55
poſt hunc ſequitur,ſumme neceſſarius eſt:atq́ꝫ vere difficillimus omnium
magiſtratuũ.verſatur autẽ circa executiones eorum qui damnati ſunt,&
præpoſitorum ſecũdum inſcriptiones, atq́ꝫ cuſtodias corporũ. eſt autem
grauis huiuſmodi adminiſtratio propter multas(quæ inde proueniunt)
inimicitias.itaq́ꝫ niſi magna emolumenta ex eo capiãtur:gerere illũ õnes
recuſant.& ſi gerant:ſecundũ leges facere non tolerant. Sed eſt neceſſaria
res.nam nihil prodeſſent de rebus iuſtis iudicia aut ſententiæ: niſi eſſent
qui eas executioni mãdarent.quare ſi hæc deſint,executionẽſq́ꝫ non fiãt:
cõmunio inter ſe ciuiũ permanere nõ poteſt.¶Propterea melius eſt non 56

vnum esse hunc magistratum;sed partiri in plures, vt alij de alijs iudicia exequãtur.& circa rescripta præpositorum eodẽ modo conandum distinguere. ¶Adhuc etiã magistrat⁹ alios alia exequi,& noua magis nouos. & in ijs quæ instãt:cum magistratus vnus cõdemnarit,alius exequatur. ceu prætores vrbani cõdemnẽt,ædiles inscribãt,& alij sentẽtiam scriptis demandatã exequi curent. quãto enim minus inimicitiarum sit illis qui executioni demandãt:tanto magis res finẽ suscipient. Si sint ergo ijdẽ qui cõdemnãt & cõdẽnationes exequũtur:duplex cõtrahitur odiũ.de omnibus autẽ eosdem:cunctis inimicũ est. ¶Multis etiã in locis:separatur ille qui custodit reos,ab illo qui animaduertit in eos.vt Athenis illi:qui vndecimuiri nũcupãtur. Quapropter melius est hũc quoq; diuidere magistratũ:& quasi adumbrare,& per cõmentitia requirere.est enim necessarius non minus q̃ superior. Cõtingit in eo:vt viri boni maxime vitẽt hoc officiũ. Prauos autẽ nequaq̃ tutũ sit ei præficere: cũ ipsi potius indigeãt custodia & carcere,q̃ alios debeãt custodire. Itaq; oportet hoc nõ vnũ esse officiũ,nec continuo ab eisdem fieri: sed vbi est aliquis iuniorũ ordo aut custodũ & magistratuũ:deputãdi sunt pro tempore alij,atq; alij,qui horum officiorũ suscipiũt curã. Hos ergo magistratus tanq̃ summe necessarios:ponendũ est esse primos. ¶Post hos autẽ alij sunt magistrat⁹:nec sane minus necessarij,& maioris quidẽ dignitatis.nam plurima indigẽt experiẽtia & fide. Tales vero sunt circa custodiã vrbis: & circa illa omnia, quæ ordinantur ad bellicas expeditiones. opus est enim & in pace, & in bello:vt portæ & mœnia ciuitatis tutẽtur,& disquisitiões descriptionẽsq; ciuiũ fiant. Alicubi ergo super his plures sunt magistratus: alicubi vero pauciores,veluti quidã in paruis vrbibus vnus super omnibus.appellãt vero hos prætores vel consules. ¶Insuper si sint equites aut pedites aut sagittarij aut turba naualis.super vnoquoq; eorũ præfecti quidẽ statuũtur:appellantũrq; præfecti equitũ,præfecti legionũ,præfecti nauales. Et seorsum sub his: præfectus triremis,præfectus cohortis,tribunus militũ & alia huiusmodi particularia.totum vero vna quædã species est,procuratio scilicet rerũ bellicarũ.& erga huiusmodi magistratũ: res hoc modo se habet. ¶Cũ vero quidã magistratuũ(etsi nõ omnes)pertractẽt multa negociorũ publicorũ:necesse est aliũ esse magistratũ,qui ratiões repetat, atq; corrigat.ipse vero nihil aliud tractet.vocant vero hos alij correctores: alij ratiõales,alij scutatores,alij procuratores. ¶Pręter hos vero omnes, vnus magistratus est pręcipuus maxime omniũ. Idẽ enim plęrũq; habet finẽ & introductionẽ:qui pręsidet multitudini,vbi populus dominatur. Oportet autẽ id quod cogit:summam habere in republica authoritatẽ. Appellant vero quibusdã in locis pręconsultores ex eo:quia ante deliberant. Vbi vero multitudo est:consiliũ magis. Ciuitatũ igitur magistratus fere tot aliqui sunt. ¶Alia species curationis est circa rem diuinã:ceu sacerdotes,& ędituí circa templa(vt conseruentur quę sunt:& erigãtur ruinosa ędificia)& cætera omnia quę pertinent ad diuinum cultum. Euenit

Margin notes, by line:

- Athenæ. (beside "qui custodit reos … vndecimuiri")
- 57 … 7 (beside "rios:ponendũ est esse primos. ¶Post hos autẽ alij sunt magistrat⁹:nec sa-")
- 58 … 8 (beside "vero hos prætores vel consules. ¶Insuper si sint equites aut pedites aut")
- 59 … 9 (beside "se habet. ¶Cũ vero quidã magistratuũ(etsi nõ omnes)pertractẽt multa")
- 60 … 10 (beside "alij ratiõales,alij scutatores,alij procuratores. ¶Pręter hos vero omnes,")
- 61 … 11 (beside "fere tot aliqui sunt. ¶Alia species curationis est circa rem diuinã:ceu sa-")

autem alicubi curam hanc esse vnam: vt in paruis ciuitatibus. alibi vero
plures separatas à sacerdotio: vt sacrificulos ac ędiculos ac custodes sacra-
12 rum pecuniarũ. ¶Huic cõsequens est cura illa, quæ circa vniuersa sacri- 62
ficia publica: quotcunq;, sacerdotibus lex non committit, sed ex publico
fiunt. Vocant autẽ eos qui istis præsunt: alij reges sacrorũ, alij pontifices
maximos. ¶Necessaria ergo officia sunt circa hæc, vt summatim dicam⁹: 63
circa rem diuinã, circa rem bellicã, circa redditus publicos & impensas,
circa forum, circa vrbem & portus, & regionem, insuper circa iudicia &
cõtractus, descriptiones & executiones, & custodias, & super rationibus
& disquisitionibus, & super correctionib⁹ eorũ, quæ quis gesserit in ma-
13 gistratu, & finaliter circa consilia rerum cõmuniũ. ¶Peculiare autem est 64
earum ciuitatũ quæ magis in otio & pace degunt, atq; magis tranquillę
14 sunt, curã insuper facere de mulierũ disciplina, De legibus seruãdis, De
15 disciplina iuuentutis, De gymnasiorũ gubernatione, præterea de ludis
16
17 gymnicis ac musicis, & si qua alia huiusmodi spectacula continget fieri.
Horum vero quædam manifeste sunt nõ popularia: veluti disciplina mu-
lierum, & puerorũ. nam pauperibus: necesse est vti mulieribus & pueris
tanq̃ ministris. quoniam seruos non habent. ¶Cũq; tres sint magistrat⁹, 65
per quos assumunt quidã summas potestates, conseruatores legũ, & prę-
consultores, & consilium: cõseruatores legum optimatũ magistratus est,
præconsultores vero paucorum potentiæ, cõsilium autem populare. De
magistratibus ergo (vt in figura) ferè dictum est de omnibus.

OCTAVI CAP. COMMENTARIVS.

IN quarto libro à numero 65 ad 75, de magistratibus disseruit. nunc autẽ exa- 48
ctius de ipsis determinationẽ complet. posita primũ ac magistratuũ diuisiõe:
quosdam esse necessarios (& sunt sine quibus ciuitas esse non potest) alios ad
ornatũ esse & honestatẽ, & sunt sine quibus, ciuitas bene esse nõ potest. ¶In 49
paruis ciuitatibus paucioribus opus esse magistratibus, in magnis autẽ plu-
ribus: quod & quodãmodo ex ijs, quæ numero 67 quarti dicta sunt, satis intelligi potest. &
q̃ magistratus necessarios necessarijs coniungere non expedit. sed necessarios ijs quidẽ qui
optimi sunt ciuitati, at non necessarij: ex eodem numero est cognitum. ¶Magistratuũ spe- 50
cies decem & septẽ. quarũ quædam necessarię sunt, vt sint respublicę, alię vt bene sint. Pri-
1 ma species est circa rerum necessariarũ contractus, emptiones ac venditiones: vt in illis ser-
2 uetur decorũ. ¶Secunda species est is magistratus, quẽ ędilitatem vocare solẽt: cuius offi- 51
cium est curare circa vrbẽ, vt publica priuatáq; ędificia, ornatu & cõmoditate sint decẽti, vt
labefacta instaurentur, publicæ vię conseruentur, dirigantur. fines sine querela regantur, &
id genus similia. & hæc multas species habet: & in magnis ciuitatibus vnũ ad vnã instituũt
magistratũ: & ad aliã alios. ceu alij mœnibus curandis præsunt, alij curãdis fontib⁹ & aqua-
3 rum ductibus, alij conseruationib⁹ portuũ: & ita de similibus. ¶Tertia est: eorum, qui extra 52
vrbem similem curã gerunt. & vocant hos aliqui agrorũ diffinitores, alij vero à silua silua-
4 rios. ¶Quarta species est: eorum, quos quæstores, receptoresq; vocãt. qui publicorũ red- 53
dituum curã gerunt: vt apud eos conseruati, mox ad singulas distribuantur oportunitates.
5 ¶Quinta est: eorũ qui quibusdam in locis vocantur hieromnemones, pręsides, memores, 54
aut huiusmodi nominibus. apud quos rescribi oportet priuatos contractus, sententias prę-
6 toriorum, & postulationes, vocationesq; in ius. ¶Sexta species est: is magistratus, qui circa 55
actiones damnatorũ, & eorũ quæ paulo ante posita sunt, quorũ inscriptiones factæ sunt, &
circa custodias corporũ, summe quidẽ necessarius magistratus, sed omnium difficillimus, &
grauis administrationis propter multas quæ inde proueniũt inimicitias. Quare nisi magna
ex eo proueniant emolumenta: magistratũ gerere recusant. & si gerãt: nequaq̃ secundũ leges
volũt administrare. attamen necessaria res est. nam nihil prodessent de ijs quæ in iustitię ve-

niunt examen, aut sententię, aut iudicia: nisi essent qui illa executioni demandarent. quare si
actiones executionésq; de his rebus non fiant: cõmunio inter se ciuium nequaq̃ permanere
56 potest. ¶ Quæ expediũt huic magistratui: quo minus grauis, difficilisq; sit administratiõis.
expedit primo vt in plures partiatur: & alij de alijs iudicia, sentẽtiásq; ferant. & idẽ etiã ex-
pedit magistratui: apud quem præmissorũ, priuatorum scilicet cõtractuũ, sententiarũ præ-
toriorum, cõdemnationũq;, & similium fiunt inscriptiones. ¶ Secũdo expedit magistratus
alios alia exequi: & quæ erũt magis recentia, magistratus recẽtiores. & ea quæ instant, súntq;
ad iudicandum præsentia atq; parata: cum magistratus vnus cõdemnarit, alter exequatur.
ceu prætores vrbani condemnẽt, ædiles inscribant, & alij sententiam scriptis demandatam
exequi curent. quia quanto minus inimicitiarum sit illis qui demandant executioni: tanto
magis res finem assequentur. atqui si ijdem essent qui condemnarent, & condemnationem
executioni demandarent: duplex cõtraheretur odium. & cunctis inimicũ esse solet: vt ijdem
de omnibus potestatem habent. ¶ Tertio expedit: vt is magistratus, cui reorũ custodiæ cu-
ra incumbit: ab eo separetur, qui condẽnationẽ ac sententiam executioni demãdat vt Athe-
nis ij qui vndecimuiri appellantur. Quare melius est: vt & hic etiã custodiæ magistratus, in
partes diuidatur, & adumbrationẽ, machinamentúmq; circa hunc magistratũ quęrere. quia
non minus q̃ superior necessarius est. verum cõtingit: vt viri boni, maxime huius magistra-
tus officium deuitent. & prauos ei præficere: nequaq̃ sit tutum. cum potius ipsi custodia &
carcere indigeant: q̃ debeant alios custodire. Quare eius rei non oportet vnum esse magi-
stratũ: neq; continue eosdem custodire. sed vbi est aliquis iuniorũ ordo, aut custodum, aut
magistratuũ: illorum vno tempore deputandi sunt aliqui, & alio alij, ad id custodiæ peragẽ-
57 dum officium. ¶ Septima species est eorum qui strategi, & polemarchi, id est duces exerci 7
tus & militiæ principes appellantur: qui vrbis custodiæ præsunt. nã & in pace & bello opus
est & murorum & portarũ ciuitatis custodia. præsunt & in ijs quæ ad bellicas expeditiones
requiruntur: curántq; vt ciuium disquisitiones fiant, vnáq; ordinẽtur ad huiusmodi expe-
ditiones habiles. & in paruis ciuitatibus: vnus talis sufficit magistratus. in magnis autem:
his de rebus requiruntur plures. & hic magistratus: maioris dignitatis est, q̃ superiores. nec
58 ab re quidem. nam & plurima indiget rerum peritia, atq; fide. ¶ Octaua species est eorum, 8
qui appellantur procuratores rerum bellicarũ: sub quibus sunt præfecti equitũ qui præsunt
equitibus, pręfecti legionũ qui peditibus leuis armaturæ & sagittarijs, pręfecti nauales qui
pręsunt turbę nauali. & particulariter sub ijs sunt: præfectus triremis, & præfect9 cohortis,
59 tribunus militũ & huiusmodi particularia. ¶ Nona est eorum qui correctores, ratiocinato- 9
res, disquisitores, & patrocinatores alibi & alibi appellari solẽt: quorum officiũ est publico-
60 rum (quę in republica à magistratibus gesta sunt) rationes reposcere. ¶ Decima species est: 10
eorũ qui aliquando pręconsules, & cõsules, & etiam legum custodes conseruatorésq; ex vl-
timo numero huius appellantur: qui reipublicæ summã tenent authoritatem, primámque
pręsidentiam. & is magistratus maxime omnium summe est pręcipuus. nam ipse: plęrunq;
& principij & finis habet authoritatem. vt consules qui præsident multitudini in populari
61 gubernatione, & in alijs pręsides. ¶ Vndecima est: eorum qui rem sacram curant, vt sacer- 11
dotes, ęditui: quorum officium est vt templorum quę incolumia sunt ędificia conseruẽtur,
& quæ ruinosa erigantur, & vniuersorum curam habeant, quę ad diuinum pertinent cultũ.
& in paruis ciuitatibus: vnus magistratus ad has omnes curas sat est. in magnis autem: hic
magistrat9 in plures dispescitur, & alij sunt sacerdotes qui sacrificia faciunt, & alij ęditui qui
62 sacras ędes conseruant, & alij sacrarum pecuniarũ dispensatores, quęstorésq; sacri. ¶ Duo- 12
decima est: eorũ, quibus sacrificia publica, quę lex non assignat, sed ex publico sumptu fiũt:
63 committuntur. & hos aliqui reges sacrorum, alij pontifices maximos appellant. ¶ Recolli-
git paucis vniuersa, circa quę versantur duodecim prędictę magistratuũ species: vt sufficiẽ-
ti diligentia, eas adduxisse magis appareat. quia aut huiusmodi administrationum officia
versantur circa rem diuinam: & sumuntur magistratuum vndecima & duodecima species.
aut circa rem bellicam: & sumuntur septima & octaua. aut circa redditus publicos & impẽ-
sas circa forum, vrbem, portus, & regionem: & sumuntur prima, secunda, tertia, & quarta
species. aut circa iudicia, descriptiones, cõtractus, executiones & rerum custodias: & quinta
& sexta species ista curant. aut circa ratiocinia, disquisitiones, correctionésq; eorum, quę in
publicis administrationibus gesta sunt: & id curæ nonæ speciei incumbit. aut circa consilia,
pręconsultationes, aut legum custodiam: & id ad decimam speciem, summęq; authoritatis
64 magistratũ pertinet. ¶ Tertiadecima: magistratus cui disciplinæ mulierũ cura cõmittitur. 13
¶ Quartadecima: cui iuuentutis cõmittitur disciplina. ¶ Quintadecima: cui cõmittitur le- 14 15

16 gum custodia. ¶Sextadecima:eorũ qui præficiuntur gymnasijs,in quibus variarũ exercita-
17 tionum fit institutio. ¶Septimadecima species,eorũ qui ludis,aut gymnicis in quibus cer-
tamine gloria quærũtur,aut ludicris qualia olim Dionysiaci ludi, & huiusmodi publicis spe-
ctaculis præficiũtur.& hi magistratus sunt peculiares earũ ciuitatũ:quæ magis otio fruun-
tur,ex pace tranquillitatẽ assecutæ.neq; hi omnes:omni reipublicæ conuenientes. quando-
quidem ij qui intendunt disciplinæ mulierum,& institutioni iuuẽtutis,ac puerorum: popu-
lares non sunt.nam pauperibus necesse est vti mulieribus , & pueris vt ministris. quoniã ad
seruorum alimenta, facultates illis non supetunt. cuiusmodi populares existunt. ¶Resumit 65
vnũ,quod ad decimã illam summámq; gubernandi speciem pertinet:tres eius ponens spe-
cies. vna est:conseruatorũ legũ.secunda est:præconsulum.& tertia est:consiliũ. Conseruato-
res legum quos nomophylacas appellat:ad optimatiũ gubernationẽ attinet. pręconsules:ad
paucorũ potentiã.& cõsiliũ:ad popularẽ gubernationem.& hæc de magistratibus.

ANNOTATIONES AD CAP. OCTAVVM.

ET præpositorum secundũ inscriptiones. id est: versatur etiam circa executiones 55
præmissorum paulo ante,quorũ apud præsides, & memores factæ erant rescri-
ptiones. vt circa executiones priuatorum contractuũ, postulationũ in ius, & si-
miliũ. ¶Ceu pretores vrbani condemnẽt, ædiles inscribant. Hæc nomina,præ- 56
tor,ædilis:sunt magistratu fungentiũ.& secundum diuersas respublicas,eadẽ plærũq; sortiũ-
tur nomina:sed sua mutãt officia. Romani suos magistratus habebant. regnũ antiquissimũ,
Senatum,cõsulatũ,proconsulatũ,dictaturã,præturã,censuram,tribunatum,præfecturam,
quęsturã,ędilitatẽ & huiusmodi. qui vero magistratus administrabant: appellabãtur reges,
senatores,consules,procõsules,dictatores, prætores, censores,tribuni,præfecti,quæstores,
Rex. ædiles. ¶Rex perpetuũ gerebat magistratum,atq; monarchiã. ¶Senatores:centum delecti
Senatores. patres optimatésq;,quos primus Romulus instituit. postea ducenti creati sunt : patrũ con-
Consules. scriptorum nomine honorati. horum perpetua authoritas. ¶Consules:executioni manda-
bant decreta,definitáq; senatus. & penes eos erat authoritas condemnandi, absoluendi'q;.
Procõsules illos præibant duodecim lictores,fasciculos virgarũ securib⁹ alligatos portantes. ¶Procõ-
sules vero:cõsulum officiũ in prouincijs exercebant. illos præibant lictores sex. dignitas an-
Dictator. nua. ¶Dictator:summũ gerebat magistratũ,omnes alios deponens,excepta tribunitia po-
Magister testate. Potestas illi erat animaduertendi in cuiusuis ciuis Romani caput,& alios magistra-
equitum. tus eligẽdi: illi adhęrebat magister equitũ:secundũ ab eo locũ tenẽs,in equites animaduer-
Pretores. tebat,& in bella sectantes. sex mensium dignitas. ¶Pretores:in priuatis & publicis ius dice-
bant populo. illis potestas:nouum ius condendi,& vetera abrogandi. Introducti fuerunt ob
Censores. impedimenta consulũ,tempore bellorũ. ¶Censores:magistri morum. illis erat potestas:se-
natores è senatu amouendi,& ciues infamiæ nota inurendi. Alij erant censores:qui ciuium
censum agebant (quisq; enim tanti sua æstimabat:quanti illi censuissent) Ærarios constitue-
Tribuni. bant. erant duo. Authoritas quinquẽnis. ¶Tribunorum,hi plebei erant:quorũ officiũ erat
partes plebis defendere. hi militares:qui ex æquo imperatori,pro militibus opponebantur.
Præfecti,sa alij vero alijs curis deputabantur. ¶Præfecti qui & satrapę:vrbibus,legionibúsq; & regioni-
trapæ. bus,& huiusmodi pręficiebantur,ne ea quę ad victum pertinẽt,& alia necessaria deficerẽt,
Quęstores atq; vt instauranda instaurarent. ¶Quæstores ærarium publicũ,publicas pecunias, reddi-
Ædiles. tus,& tributa curabant. ¶Ædilium:hi foro venaliũ rerũ præerãt,ne qua fraus interueniret.
& eorũ quidã pręerant annonę frumentarię:qui ędiles cereales dicebantur. quidam annonę
forensi,copię'q; cibariorũ. quidã seruis,iumentis, animalibúsq; vendendis: ne quid morbo-
sum,vitiosúmq; pro integro venderetur.& ad ipsos cura mensurarum,ponderũ,pretiorũ'q;
incũbebat:iúsq; pro talibus (si fraus interuenisset aut querela surrexisset) dicebãt. & omnes
hos (q; fori venalis lex,penes eos erat) Græci vocabãt ἀγορανόμους. sunt alij ædiles: qui lu-
dos publicos exhiberi curabant,& sacras priuatásq; ædes,aquęductus,publica ędificia,pu-
blicas vias,vt integra,vt mũda essent omnia,vrbs'q; vniuersa cum ornatu retineret salubri-
tatem,iúsq; pro talibus reddebant. Et quibus peculiaris ędiũ sacrarũ cura demandata erat:
ne quid fœdum,aut ruinosum appareret:sed mũde & integre seruarentur:ęditui appellabã-
Fenestella. tur. Verum diligentius de ijs legant apud Fenestellam,Pomponiũ,legisperitos,aliósq; com-
Põponius. plures:qui peculiares libros de magistratibus scripsere. ¶Appellãturq; præfecti equitũ,prę- 58
Præfecti fecti legionũ. Pręfecti equitum qui & magistri equitum:de quibus & in præcedenti annota-
equitum. tione,quibus sũma est potestas in equites. Legionẽ:à delectu militũ dici volũt,& nullo cer-
Legio. to numero diffinitur,quandoq; plures delectos milites habens,quandoq; pauciores. Vege-
tius illi tribuit numerũ 6666, Varro 3000 fuisse dicit,alias 4000 & hęc quadrata legio di-

ebatur,Marius eam fecit 6200. alij autẽ diuidunt legionẽ in 10 cohortes,cohortem in 50
maniplos,maniplũ in 25 milites. vnde fit vt legio hoc pacto numerum 12500 contineat. ex
quibus datur intelligi:legionẽ certo numero non diffiniri,sed à magno numero delectorum
militum dici,qui infra numerum 3000 esse nõ solent. hinc etiã intelligi possunt:qui præfecti Pręfecti le-
legionũ dicantur. Ciliarchæ:mille militibus pręsunt. centuriones:centũ. decuriones:decem. gionum.
quaterniones:quatuor. sed ex proprijs authoribus:hæc & huiusmodi admonuimus esse re- Ciliarchæ.
61 quirenda. ¶ Alia species curationis est circa rem diuinã. Et numero 63 (vt simul expedia- Cẽturiones
mus) circa rem diuinã. primo loco vbi interpretatio habet circa rem diuinã:habet Aristote- Decuriões.
les περὶ τοὺς θεούς. & secũdo περὶ τὰ δαιμόνια. id est circa deos & circa dæmonia. & nu- Quater-
mero 64, vbi interpretatio habet, Præterea de ludis gymnicis & musicis : vbi musicis, illic niones.
dionysiacis. & erãt ludi illi quos in honorẽ Bachi:ignara veri dei celebrabat antiquitas. hãc Aristoteles.
annotationẽ adieci:ne de re diuina, vltra q̃ par sit defendatur Aristoteles. nam his in locis: Plato.
aperte vt vir gentilis loquitur. & sunt qui nimio affectu: hi Platonem, illi Aristotelem,alij Socrates.
Socratẽ,alij Pythagoram defendunt,commendant,approbant. sed in re diuina præsertim:
periculosum est. nam gentiles fuerunt:& gentilium deorum superstitionibus,scatent Plato-
nici libri. neq; Aristoteles immunis est,sed id longe minus,& perpaucum est. & nihil vanius
ijs:qui se Pythagoricos nominarunt. nam de Pythagora ipso somniant,qui loquũtur:cum Pythago-
nihil ipse reliquerit scriptum. & carmina illa Pythagoræ quæ aurea dicuntur, ras.

Primum immortales diuos ceu disposuit lex
Ac orcum cole,& illustres heroas adora
Dęmonas ac venerans terrestres,lege litato.

Quæ vt vides ab impietate incipiunt : non ipse Pythagoras, sed Philolaus Pythagoricus Philolaus.
scriptitasse fertur. quę Hierocles Alexandrinus idololatriæ defensionis amore insanus, & ob Hierocles.
vniꝰ dei instauratũ cultũ Christianis infensus cõmẽtatꝰ est. Et vis primos hostes Christianæ Christiani.
religionis,& cultus vnius & solius veri dei agnoscere?lege Hireneũ,& inuenies illos se no- Hireneus.
minare Pythagoricos. lege Origenẽ,Epiphanium, Augustinum: inuenies secundos acerri- Origenes.
mos hostes, se nominare Platonicos, & manifeste non tam in Christianos q̃ in Christũ de- Epiphaniꝰ.
bachantes,& in vnicum verum dęum blasphemos. quorum à sanctis dãnata nomina:nunc Augustinꝰ.
fere (quia sub melle virus latens non percipiatur) incipiunt illustria denuo ventilari. & timẽ- Platonici in
dum ne velut noua hydra:multa prætendere malefica noxia, & multis mortifera capita ni- deum bla-
mium permittantur. Neq; qui se nominant Peripateticos:impietatis labe carent. nam Ale- sphemi.
xãder Aphrodyseus : de anima cũ Epicuro sentire arguitur. Auerroës Cordubẽsis χοίμισος:
de intellectu,pro declinanda Epicureorũ impietate,perniciosissimum virus euomit. Hic li-
bet paulisper subsistere,& denarrare fabellam:quæ his diebꝰ fertur apud Germanũ Ganaiũ
virum consularem accidisse. Cum enim plærosq; (vt assolet) & Theologos & philosophos,
ad suam mensam vocasset: inter eos affuit & quidam extraneæ regionis pariter & linguæ,
linguam tamen literatorum cõmunem callens,& de studijs multa præ se ferens. & vbi va-
ria hinc inde de literis sunt iactata:Theologus quidam qui pręter literariam & celticam lin-
guam,nullam aliam nouerat,virum percontatur,quid de intellectu sentiret, & an omnium
hominum vnum eundémq; intellectum esse putaret? Quo dicente,non eundem se putare,
Nõ crediderim,inquit Theologus, te ad id rationem vllam habere. Imò plurimas inquit.
Iubet aliquam afferre. Tunc ille omnibus qui aderãt incognito sermone,cœpit multa pro-
fari,profundere multa:quibus quidem sermonibus cunctis conuiuis potius quippiam stri-
dere quàm loqui videbatur. Cunctis igitur admirantibus & expectantibus quid id monstri
páreret:Theologus ignotos sermones interrumpens,Haud te intelligo inquit. Tũc ille. Et
hóc est,ait,quod dixi non omnium hominum me putare eundem esse intellectum. quo di-
cto,conuiuæ omnes effuse risere. Et siue hæc res vera, siue ficta est: sic plane censeo riden-
dos eos esse,qui intellectum vnum, communémq; omnium hominum defendunt. Hæc di-
xi non studio in quenq̃ inuehendi:sed quia omnes in suis studijs cautos esse velim:& ne in
offendiculũ,maxime in ijs quæ ad deum totius boni authorem pertinent,forsitan incidant
62 incõsulti. ¶ Alij põtifices maximos. vbi hic põtifices maximos:litera gręca habet πρυτανεις
id est prytanes. sic enim Athenis appellabãtur illi: quibus publicum sacrificiorũ præcipuã,
summáq; administratio commissa erat. Et hæc de sexto politicorum.

SEXTI POLITICORVM
ARISTOTELIS
FINIS.

❧ SEPTIMUS POLITICORUM ARISTOTELIS.

¶De optima republica,& ciuitate beata. Cap.I.

Optima respublica.

DE optima republica recte quærere voléti:necessa- 1
riũ est pri⁹determinare,quę vita sit maxime expetenda.nã si id ignotũ sit:necesse est,& optimã rẽpublicã ignorari.optime eni agere cõsentaneũ est ijs,qui sub optima reipublicę disciplina regũtur, ex ijs quæ sibi assint:nisi quid accidat præter rationẽ.Quare primũ instituendũ est : quæ vita sit cũctis(vt ita dixerim)maxime optãda.deide vtrũ publice & priuatim eadẽ sit, an alia. ¶Putantes 2
igitur multa sufficienter esse dicta de optima vita,etiã in externis sermonibus:& nũc illis vtendũ censemus. nẽpe aduersus hanc diuisionẽ,nemo vtiq; refragabitur:ꝙ tria cũ sint bonorũ genera,externa,corporis,& animi:ista omnia adesse felici homini oportet.nemo enim felicẽ diceret eũ:qui nullã partẽ fortitudinis habeat,neq; temperãtiæ,neq; iustitiæ,neq; prudentiæ,sed timentẽ etiã circũuolãtes muscas, abstinentẽ vero à nulla penitus edẽdi bibendiq; extrema cupiditate,& gratia quadrantis vni⁹ dilectissimos interficientẽ amicos,similiter & mente ita stultum atq; ignarũ, quasi puerũ quendã vel insanũ.Sed ista quidẽ sic(vt dicta sunt)omnes cõcederẽt. ¶Discordãt tamẽ in quãto atq; excessu.nam virtutis quidẽ satis 3
habere se putãt:quãtulũcũq; habeãt.diuitiarũ vero atq; pecuniarũ,potẽtięq; & famæ,& huiusmodi omniũ in infinitũ excessum sequũtur. At vero nos illis dicem⁹:quia facile est de his etiã per opera,ipsam fidẽ suscipere:cernẽtes,quia homines acquirũt & cõseruãt nõ virtutes externis bonis, sed externa virtutibus. ¶Ipsáq; beata vita siue in gaudio posita est, siue in virtute,siue ambob⁹:magis inexistit,morib⁹ & intellectu in excellẽtia ornatis,mediocria vero externa possidẽtibus,q̃ ijs qui in externis plura possidẽt q̃ opus sit, & in illis deficiũt.Quinetiã ratione cõsiderãtib⁹:licet hoc probe intueri.nã externa quidẽ bona finẽ,terminũ'q; habent tanq̃ instrumẽtũ quoddã.Omne autẽ vtile tale est: vt eius excessus vel noceat habenti,vel certe nõ prosit.At bona animæ:q̃to magis excedũt,tanto magis vtilia sunt,si nõ solũ honesti verũ etiã vtilis appellationẽ tribuere illis debet. ¶Omninóq; patet:ꝙ sequi dicemus dispositionẽ optimã cuiusq; rei adinuicẽ,secundũ excessum distãtiæ illorũ, quorũ dicim⁹ eas esse dispositiones.Quare si est anima pretiosior corpore & pecunijs,& simpliciter & nobis:necessariũ est & dispositionẽ cuiusq; optimã eodẽ modo illis correspõdere. ¶Insuper animæ gratia illa expeti nata sunt: & ita recte sentiẽtes,expetere omnes oportet.non autẽ animam gratia illorũ. ¶Qꝫ igitur felicitatis tantũ vnicuiq; cõtingit,q̃tũ virtutis atq; prudẽtię,& q̃tũ secũdũ has operatur:cõfessũ nobis existat,teste deo vsis,qui felix est atq; beat⁹ nõ per aliquod externorũ,sed per seipsũ,quia talis sit secundũ naturã. ¶Cũ

& bonã fortunã aliud esse q̃ felicitatẽ: propter hoc necessariũ est. nã exter-
norũ quidẽ bonorũ causa est fortuna & casus. at iustus & temperãs nemo
4 à fortuna est, neq; propter fortunã. ¶ Cõsequẽs vero, est & ijsdẽ rationi-
bus consentaneũ: ciuitatẽ quoq; beatam esse, quæ optima sit & quæ bene
agat. impossibile autẽ bene agere eos: qui bona nõ agãt. nulla vero bona
actio est: neq; viri, neq; ciuitatis, sine virtute atq; prudẽtia. Fortitudo au-
tem & iustitia & prudẽtia ciuitatis: eandẽ habẽt vim ac formã ijs secũdũ
quarũ participationẽ vnusquisq; hominũ dicitur iustus, & prudẽs, & tẽ-
perat9. sed hæc hacten9 procemij loco præmissa sint. neq; eni nõ attingere
illa possibile fuit: neq; omnino õnes eorũ ꝓprias ratiões explicare. nã al-
5 teri9 otij ista sũt. ¶ Nũc autẽ supponatur nobis: q vita optima & priua- Ethicorum
tim vnicuiq; & publicę ciuitatis, est cũ virtute, intãtũ externis facultatib9 primi cap.
adiuta, vt actiões studiosas efficere possit. Sed de his, nũc quidẽ prętermis- 9
sis dubitatiõib9: postea cõsiderãdũ erit, si quis forsan dictis nõ acquiescet.

PRIMI CAP. SEPTIMI POLITICORVM ARISTOTELIS COMMENTARIVS.

1 DE optima republica absolute proponit differendum, quare & quæ absolute
optima sit vita, maximéq; expetenda prius esse videtur discutiendũ. hac enim
ignota: & quæ optima sit respublica ignorare necesse est. & primum cogno-
scendum esse: quę optima maximéq; optãda sit vita. quod ex numero 5 ape-
riet, deinde an eadẽ sit publice & priuatim, an altera: quod reserabit nũero 6.
2 ¶ Quæ sit optima, maximéq; expetenda vita: remittit ad alios libros vt ad primũ Ethico-
rum, vbi dictũ est felicitatem vitam'q; optimã esse viuere secundũ virtutẽ, & perfectã qui-
dem, & in vita perfecta. vt secundũ fortitudinẽ, temperantiã, iustitiã, prudentiã, & reliquas
3 virtutes. ¶ Cõfutat errorẽ eorũ: qui putant quantũcunq; virtutis habeatur, sat esse. & virtu-
tum abundantiã nõ esse curandã: sed diuitiarũ, pecuniarum, potentiæ'q; & famæ, & huius-
modi taliũ excessum in infinitũ esse quærendũ. ¶ Primo. quia homines acquirũt & conser-
uant nõ virtutes diuitijs, pecunijs, & huiusmodi externis bonis: sed externa bona, virtutib9.
¶ Secũdo. quia beata vita siue in gaudio collata sit, siue in virtute, siue in ambobus: magis
existit hominibus, moribus & intelligẽtia in excessu ornatis, externa quidẽ mediocria possi-
dentib9, q̃ ijs qui externorũ bonorũ habent excessum, & in morũ & intellectus deficiunt ex-
cessu. ¶ Tertio. ratione liquet. quia externa bona: terminũ finémq; habent, tanq̃ instrumen-
tum quoddã. nam externa bona dũtaxat vtilia sunt. vtile autẽ omne, tale est: vt eius exces-
sus, vel noceat habenti, vel certe nihil prosit. at vero contrà: bona animæ quanto magis ex-
cedunt, tanto magis vtilia sunt, modo liceat illis vtilis nomen accõmodare & nõ potius so-
lum honesti. quare valentiore iure aliter q̃ putant: in virtutibus excessus est expetendus, in
externis autẽ nequaq̃. ¶ Quarto. optime rerũ quarũcunq; affectiones, sequuntur excessum
distantiæ in perfectione earũ rerũ quarum sunt. Quare si anima pretiosior est & corpore &
externis bonis, & simpliciter & quo ad nos: necesse est optimã animæ affectionẽ, dispositio-
nẽ'q;, ad optimã & corporis & bonorũ externorũ dispositionẽ, ita se habere, illamq; excede-
re. quare bonorũ animę excessus: potius expetendus. ¶ Quinto. quia externa bona animæ
gratia expeti nata sunt (atq; ita qui recte sentiunt expetere oportet omnes) non autẽ anima
externorũ gratia. quare & animæ bona, ijs quæ ab externis prouenĩũt sunt meliora, expetẽ-
da magis. quocirca in illis excellere est expetendũ, potius q̃ in externis. ¶ Sexto. tantũ cuiq;
felicitatis accidit, quantũ virtutis & prudentiæ, quantúmq; secundũ illas operatur (vt ex li-
bris Ethicorũ est supponendũ) non autẽ quantũ diuitiarũ, externorũ'q; bonorum. qua in re
deo vt teste vtamur: qui felix est & beatus, nõ per aliquid externorũ, sed per seipsum, & quia
secundũ suam diuinitatis naturã sit talis. ¶ Septimo. quia hanc ob causam necesse est bonã
fortunã aliud esse: q̃ felicitatem. nam temeritas & fortuna: eorũ bonorũ, quæ animæ exter-
na sunt, causa est. at iustus, & tẽperans nemo: neq; à fortuna, neq; propter fortunã est. abun-
dantia igitur bonorũ animæ, in quibus felicitas collocatur, quærenda: nõ externorũ, fortui-
4 torum'q; bonorũ excessus. ¶ Finit ciuitatẽ beatam: eam esse, quæ optima sit, benéq; agat.
bene autẽ agere: secundũ virtutem, & prudẽtiam agere. & fortitudinem, temperantiã, iusti-

tiam,prudentiámq; ciuitatis:eandem vim,formámq; virtutibus ijs habere,secundũ quarũ
participationẽ vnusquisq; hominũ fortis,temperatus,iustus atq; prudens dicitur.& de his:
tanta dixisse satis sit.nam hic omnia hæc,secundũ proprias rationes explicare,nequaq̃ pos-
sibile:cũ alterius,Ethicæ videlicet,sint institutionis. ¶Finit vitam beatã,& priuatim cuiq;, 5
& publice ciuitatibus:eam esse,quæ priuatim cuiq;,& publice ciuitatibus cum virtute ad-
est,cui facultatum tanta suppetit copia,vt actiones studiosas efficere possit.

ANNOTATIONES AD CAP. PRIMVM SEPTIMI POLITICORVM.

ARgumentũ.Quę in septimo disseruntur:hæc sunt,optima respublica absolute,
regio,ciues,ciuitas,institutio,natura.De optima republica:ciuitas beata.vita
actiua,& cõtemplatiua,virtus.De regione:quãtitas,conditio,cõmunio maris.
De ciuibus:qualitas,ciuitati necessaria,qui participent,& quibus.De ciuitate:
distributio,vrbs, comessationum loca.De institutione:cognitio finis,disciplina
imperantiũ,disciplinę contemplatiuę.De natura:procreatio liberorum,virtus,& disciplina
puerorũ,beata ciuitas:cap.primo ad numerũ 6.vita actiua & cõtemplatiua,à 6 ad 12. vir-
tus:à 12 ad 15.quãtitas regionis,& ciuiũ multitudo,à 15 ad 18.cõditio,à 18 ad 19.cõmunio
maris:à 19 ad 23. quales ciues:à 23 ad 26. necessaria ciuitati:à 26 ad 29.qui participent,&
quibus,à 29 ad 36.distributio ciuitatis,à 36 ad 41.vrbs,à 41 ad 46.comessationum loca,à
46,ad 51.cognitio finis,à 51 ad 59.disciplina imperãtiũ,à 59 ad 70.disciplinæ cõtempla-
tiuę,à 70 ad 74.procreatio liberorũ,à 74 ad 88.vict9 & disciplina:ab 88 ad finẽ septimi.
& hinc partitionis septimi in cap.17 ratio sumpta est. ¶Nemo enim felicẽ.Hic ordine po- 2
nit quatuor virtutes:fortitudinẽ,temperãtiã,iustitiã,prudentiã. quas nostri cardines virtu-
Cicero. Seneca. Stoici. Plato.
tum,Cicero,Seneca,& Stoici fontes officiorũ appellãt. & quas Plato enumerat:in quarto
de republica. ¶Virtutis satis habere putãt,quãtulũcũq; habeãt:diuitiarũ vero, atq; pecu- 3
niarũ,potẽtiæq; & famę,& huiusmodi omniũ, in infinitũ excessum sequũtur.hic error,hæc
opinionis nebula,& vero nomine desipiẽtia,adhuc nostra tẽpestate multos nobiles fatigat.
quorũ alij ꝓbro ducũt,vt eorũ filij norint nomen suũ,nisi obtorte literis designare vt literæ
Alexander. Cęsar.
monstrũ potius q̃ scripturã prę se ferãt.nõ Alexãdri Macedonis,nõ Cęsaris:illa erãt nobilita
tis insignia.alij suos quidẽ omnigenis disciplinis cõmitti volũt,sed illas dũtaxat (vt vix pri-
mis labris attingãt) delibare,& olfacere à lõge, & id satis esse putãt. reliquũ vero temporis
cõgerẽdis pecunijs,aucupãdis potẽtijs,& populari,vanęq; famæ sine vllo definito fine,sine
vllo termino volũt esse perintẽtos.quos iuste eruditorũ schola redarguit,haud aliter q̃ Pa-
lamedes apud Homerũ Agamẽnona:improperãs illi, quot digitos fere, aut pedes haberet
ignorãtiã.sic eni suos educari curãt:quos fortuna cæcos,nõ quos virtus, quos prudẽtia fe-
cerit oculatos.illorũ Aristoteles:cæcæ mẽtis hic cõuellit errorẽ.& reuera plęrisq; in locis qui
velint (vt par est) legitime suos liberos institui,perpauci (ne nullos dixerim) cõperiũtur.cõ-
periũtur tamẽ aliqui,sed perpauci:qui virtutis admiratores & amatores, nobiles prima illa
& antiqua nobilitate,suos filios illius verę nobilitatis studẽt relinquere hęredes. In qua re:
Hermolaus barbarus. Hieronym9 donatus. Petrus pascalicus. Vincentius quirinus.
nobilitas Veneta,nõ paruã mihi videtur ꝓmereri laudẽ.quæ sũmo studio,sũmaq; diligẽtia,
tã generose,tãq; liberaliter suos liberos,suósq; ab ineũte ętate patricios institui curat:vt cũ
ętate maturiores ad magistrat9 assumũtur,lõge cæteris in ãplitudine terrarũ quib9 late do-
minãtur,disciplinarũ splẽdore & administrationis ꝓuidẽtia præfulgeãt,lõgéq; habeãtur insi-
gniores.& si nullos alios pręter Hermolaũ Barbarũ,Hieronymũ Donatũ, Petrũ Pascalicũ,
Vincentiũ Quirinũ nossem:id dicere oportuit. nõ male in hoc imitati Romanã nobilitatẽ:
dũ olim,Romanis sũma rerũ cessisset.nũc autẽ & ipsi vel in hoc ab exteris summa cũ laude
imitatione digni. sed de his hactenus. ¶Nũc autẽ supponatur nobis. Ex cap. nono primi 5
Ethicorũ : id ita esse cognoscitur.& cap.tertiodecimo huius:de ea re,adhuc nonnihil.

¶De identitate felicitatis,felicitate actiua & cõtemplatiua, & optima reipublicę dispositione,placitis aliorũ,& officio legislatoris.Cap.II.

VTrũ autẽ eadẽ sit dicẽda felicitas singulorũ hominũ & ci- 6
uitatis,vel nõ eadẽ:reliquũ est videre.Manifestũ vero &
hoc.õnes eni faterẽtur esse eãdẽ.nã qcũq; in diuitijs bea-
tã vitã vt in re vna posuerit:hi ciuitatẽ quoq; totã si opu
lẽta sit,beatã esse fatebũtur.Et quicũq; tyrãnicã vitã alijs
præferũt: hi ciuitatẽ late dominãtẽ,beatissimã esse dicẽt.
Siue qs id vnũ per virtutẽ recipit:& is ciuitatẽ beatiorẽ dicet,si sit studio-

7 sior. ℂSed hæc iam duo sunt:quæ indigent cõsideratione.vnum nũquid vita illa præferenda sit:quę versetur in republica,& in communi societa-te,an potius vita peregrina & à ciuili societate remota? ℂPręterea quam speciem reipublicæ,& quam dispositionem ciuitatis optimam putare de-beamus:siue ab omnibus expetenda sit cõmunio ciuitatis,siue à quibus-
8 dam non,sed tamen à pluribus. ℂCum vero ciuilis intelligentiæ & spe-culationis hoc sit opus(non autem quid circa vnũquenꝙ expetendum) pręferamus nunc & nos hanc consideratione̅.nam hoc quidem extra pro-positum esset:illud vero secundũ propositum huius institutionis.at vero ꝙ necessarium sit illam esse optimã rempublicam, per cuius institutione̅
9 vnusquisꝙ optime agat,& beate viuat:manifestum est. ℂSed dubitaba-tur etiam ab ijs,qui vitam cum virtute maxime eligendã putant:vtrũ vi-ta ciuilis & actiua sit præferenda,an potius illa vita,quæ sit ab omnibus externis soluta,ceu contemplatiua quędam,quam solam putant quidam esse sapientis.fere enim has duas vitas præstantissimi ad virtutem homi-nes:anteponere videntur,& antiqui & recentes.Dico autē duas,ciuilem scilicet,& philosophicam:sed refert non parum:vtrum hoc aut illo modo veritas se habet.necesse est enim:illum qui recte sapit,ad melius proposi-tum disponere & priuatim vnũquenꝙ hominem, & publice ciuitatem. ℂPutant autem quidam in gubernãdis proximis,si cum dominatu fiat: iniuriam esse summam.si ciuiliter:cessare quidem iniuriam,sed impediri vitæ tranquillitatem. ℂAlij vero contra hæc,omnino putant: ciuilem & actiuam vitam, solam esse viri.in singulis enim virtutibus,nulli eorum qui priuatam ducunt vitam esse maiorem facultatem operandi:q̃ ijs qui in reipublicæ gubernatione versantur.sic igitur hi existimãt. ℂSunt etiã qui alijs dominari tyrannicum reipublicæ modum,putent solũ esse bea-tum:& in quibusdã ciuitatibus hic est finis legum:vt finitimis dominen-tur.ita cum plæraꝙ constituta passim (vt ita dixerim)iaceant apud plu-rimos:tamen si quid vnum leges respiciunt,id coniectant omnes,vt ciui-tas dominetur. Sicut in Lacedæmone & Creta:ad bellũ fere ordinata est Lacedęmõ
disciplina iuuentutis,& legum multitudo.Præterea apud gẽtes omnes, Creta.
quæ possunt præualere : huiusmodi honoratur potentia. ceu apud Scy- Scythæ.
thas & Persas & Thraces & Gallos.Quibusdam enim leges sunt ad hu- Persę. Thrases.
iusmodi prouocantes virtutem:vt apud Carthaginenses,ferunt ornatum Celtę ceu
annulorum accipere,pro numero expeditionum,in quib9 militauerint. Galli.
Fuit etiam quandoꝙ in Lacedæmonia lex, eum qui nullum hostem in- Carthagi-
terfecisset:capistro cingi. Apud Scythas vero:non licebat solennibus epu- nenses. Lacedęmo
lis pateram circũlatam accipere ei, qui nullum occidisset hostem. Apud nia..
Hiberos quoꝙ pugnacem gentem:tot obeliscos erigere circa sepulchrum Scythę.
mos est,quot homines ex numero hostium necauerit. Et alia apud alios Hiberi.
10 sunt huiusmodi cõplura,legibus aut cõsuetudinibus cõstituta. ℂAtqui videretur forsan nimis absurdũ esse:si quis considerare velit, an hoc offi-cium esse debeat eius,qui legibus instituit ciuitatē, prouidere scilicet vt

1 illa dominetur finitimis, & volentibus & inuitis. ¶Quomodo enim id
ciuile, aut lege sanciendũ: quod ne legitimũ quidẽ est? neq; enim legitimũ
non solũ iuste, verũetiam iniuste dominari. imperare vero est: & nõ iuste.
2 ¶Atqui nec in alijs scientijs id videmus. neq; enim medici neq; guberna-
3 toris officium est: vel persuadere ęgrotis, & nautis, vel vim afferre. ¶Sed
videntur plærią; existimare ciuilem disciplinam esse dominari. & quod
in seipsos fieri nollent, dicerẽntq; neq; iustũ esse, neq; decens: hoc in alios
facere non erubescunt. ipsi pro se iustitiam quærunt: pro alijs vero nulla
4 eis iustitiæ cura est. ¶Hoc autem absurdũ: nisi tales sint natura, vt alter
dominari debeat, alter non. Q̃ si est ita: nõ esse conandũ omnibus domi-
nari, sed illis duntaxat, qui vt illis dominetur nati sunt. sicut nec venari
homines ad vsum cibi vel sacrificium: sed id quod venabile est. est autem
5 venabile omne animal: quod sit natura ferum, & esui aptũ. ¶Enimuero
fieri potest: vt sit ciuitas vna seorsum per seipsam beata, videlicet si guber-
netur recte. nã potest esse sita in loco penitus separato: & legibus vti lau-
dabilibus. cuius reipublicæ constitutio: non ad bellum, neq; ad superan-
dos hostes sit. quandoquidẽ illi nihil inexistit tale. Patet igitur ꝙ omnia
rei bellicæ studia, bona sunt existimanda: sed non vt finis supremus, sed
gratia illius. ¶Studiosi autem legum positoris est considerare vrbem, ac n
naturam hominum, & omnem aliam communicationem vitę laudabilis:
quo participent (quantum fieri potest) felicitatem. differentia tamen erit
in quibusdam legum institutis constituẽdis. & hoc pertinet ad eam disci-
plinã, quæ est de legibus ferendis videre: si qui sunt finitimi populi qua-
lia ad quales exercenda sint, & quemadmodum cum singulis conuersan-
dum. Verum de hoc, postea suo loco, consideratione͂ faciemus, ad quem
finem debeat optima reipublicæ constitutio tendere.

SECVNDI CAP. COMMENTARIVS.

SEcundum, quod proposuerat in principio dicẽdum, discutit: eandem scilicet, 6
eiusdémq; naturæ esse felicitatem ac optimam vitam singulorum hominum,
& ciuitatis. quia qui in diuitijs felicitatẽ, beatámq; vitã collocarunt. priuatim
in vno: & illi quoq; ciuitatem, si tota opulenta sit, beatam esse faterentur. &
quicunq; vnius tyrannicam vitam cæteris præferunt, optimámq; ducunt: &
hi ciuitatem late dominantem, beatissimam esse dicent. & si quis admittit vnum per virtu-
tem optimum esse, ac beatum: & is quoq; ciuitatem beatiorem dicet, quæ fuerit studiosior.
iure igitur: singulorum hominum ac ciuitatis, eadem sit felicitas, optimáq; vita. ¶Quæ- 7
stiones duæ. Prima est. an actiua, administratiuáq; vita, quæ versatur in ciuili societate, præ-
ferenda sit, an potius contemplatiua vita, peregrina quidem, & à ciuilibus curis semota?
¶Secunda. quam speciem reipublicæ & quam ciuitatis optimam dispositionẽ, putare de-
beamus: siue ab omnibus expetenda sit huiusmodi ciuitatis communio, siue à quibusdam
non, attamen à plurimis. ¶Diluit paucis secundam. volens hoc, opus intelligentiæ & spe- 8
culationis ciuilis esse, atq; officium: considerare quæ respublica optima sit, non autem quid
circa singulum quenq; sit expetendum. Ideò nunc illam considerationem: huic esse præfe-
rendam. nam hoc considerare, quid vnicuiq; expetendũm sit: superuacaneum esset. illud
autem quæ videlicet respublica, rei'q; publicæ. dispositio optima est: huic disciplinę accõ-
modatum officium. & id hoc in loco manifestũ esse oportet: eam optimã esse rempublicã,
per cuius institutionẽ vnusquisq; optime agat, & bene, beatéq; degat. ¶Quid de actiua vi- 9
ta quę ciuilis est, & cõtemplatiua quę philosophica, senserint nõnulli: qui optimã vitã viue-
re cum virtute esse putãt, sed in virtutis vsu dissentiunt. sentiũt quidam vitam cõtempla-
tiuam longe pręferẽdam, optimã'q; esse. quia in gubernãdis proximis cõciuibúsq; suis, si id

cum dominatu fiat, summa iniuria fit: sin ciuiliter, cessare quidẽ iniuriam, sed impediri vitæ
trãquillitatem. ℂAlij contra solam ciuilem, actiuámq; vitam esse censent: quæ virũ deceat.
quia nulli eorum qui priuate degunt, maior sit secundum vnamquamq; virtutem operandi
facultas, quàm ijs qui in reipublicæ administratione versantur. & certe vtrũ hoc modo aut
illo veritas se habet: non parum refert. nam necesse est eum qui apprime sapit: ad eam quã
norit meliorem, vt ad signum, actus suos ordinare, & vnumquenq; priuatim, & ciuitatem
publice. ℂAlij censent solam tyrannicam vitam esse beatam: & in plerisq; ciuitatibus & na-
tionibus, finis & constitutionum & legũ tyrannicus est. vt scilicet finitimis dominetur: vt in
Lacedæmone, & Creta, vt apud Scythas, Persas, Thraces, & Gallos. & leges ad huiusmo-
di finem quasi ad bellicam quandam virtutem prouocantes affert, Carthaginensium, La-
10 cedæmoniorum, Scytharum, & Hiberorum. ℂNon esse officium eius, qui rempublicam
legibus instituit: id prouidere vt ciuitas finitimis dominetur, siue volentibus, siue inuitis,
volentibus quidẽ si persuadere possit, inuitis vero & per vim si nequeant persuaderi. ℂPri- 1
mo. quia id ciuile non est, aut lege sanciendum: quod ne quidem legitimum est. atqui legi-
timum non est: dominari, non modo iuste, sed & iniuste. qui autem finitimis ita imperant:
contingit & iniuste imperare. ℂSecundo. quia neq; id in alijs artibus & scientijs, esse vide- 2
mus. nam neq; medici officium est, persuadere ægrotis vel vim afferre: neq; gubernatoris
persuadere nautis, alioqui vim parare. igitur neq; id officium est institutoris ciuitatis, reíq;
publicæ. ℂTertio. quia qui ita faciunt existimare vidẽtur ciuilem disciplinam esse domina- 3
ti: & quod neq; in seipsos fieri vellent, dicerẽntq; iniustum atq; indecens, hoc in alios facere
non erubescunt. & pro se iustitiam quęrunt: pro alijs vero nulla iustitiæ cura est. quod: ius
humani fœderis, iustitięq;, & amicitiæ violat. ℂQuarto. quia absurdum est alios alijs quæ- 4
rere dominari: nisi tales sint natura, vt illi dominari debeant, hi vero nequaquã. quod si ita est:
non est conandum omnibus dominari, sed ijs dũtaxat, qui natura tales sunt vt eis domine-
tur. sicut neq; venari homines, vt aut edantur, aut sacrificentur: sed quod venari natum est.
est autem natum venari: omne animal suapte natura ferum, & esui accõmodum. ℂQuin- 5
to. quia fieri potest: vt sit ciuitas vna semota ab ijs, quibus dominari possit, sitq; per seipsam
absq; aliorum dominatu beata, vt si recte gubernetur. nam potest esse sita in loco penitus se
parato, & legibus vti studiosis: cuius institutio, neq; ad bellum, neq; ad subigendos hostes
ordinata sit. quippe, cui nihil tale assit. manifestum etiam, & id esse debet: quod etsi omnia rei
bellicæ studia bona sint, non tamen sunt reipublicæ summus finis, sed ipsius finis gratia.
11 ℂOfficia legislatoris. considerare ciuitatem, atq; genus hominum, qui legibus formadi in-
stituendíq; sunt, & omnem aliam probitatis vitę cõmunionem, quo felicitatis quoad fieri
potest ipsi fiant participes. & differẽtia in quibusdã legũ institutis inuenietur. & hoc insuper
disciplinæ quæ de ferendis legibus est, prouidere attinet: si qui sunt finitimi populi, qualia
ad quales erunt exercenda, & quonam pacto cũ singulis erit conuersandũ. cæterũ posterius
suo loco cõsideratio suscipienda: ad quẽ finẽ debeat optima reipublicæ tendere constitutio.

ANNOTATIONES AD CAP. SECVNDVM.

7 AN potius vita peregrina. Vita philosophica & cõtemplatiua: peregrina dicitur.
quia propter huiusmodi vitam: Pythagoras, Empedocles, Eraclitus, Democri-
tus, Anaxagoras diu, multúmq; peregrinati perERrarunt. Et Plato ad Ægyptios
dehinc ad Tarentinos, & Syracusios. Apollonius ad gymnosophistas & Indos,
Anacharsis ex Scythia ad Atticos, regina Saba ad Solymos. & quia peregrini primũ eam
9 vitam induxerunt: & prædicauerunt reuersi. ℂSunt etiam qui alijs dominari: tyrannicum
reipublicæ modum putent solum esse beatum. In secundo de republica: hæc pars a Thra-
symacho & Glaucone tutatur. & quod iustitia inuoluntaria, & contra naturam: iniustitia vero
voluntaria, atq; ideo pręstantior atq; secundum naturam. & quod iniustus præstantior iusto.
ℂFerunt ornatum annulorum accipere. Quia Francorũ regum lilia, insignia sunt: putarũt
nonnulli, hoc in loco de lilijs Aristotelem locutum. & hæc insignia: à Carthaginensibus ad
Gallos aliquando transisse. addebant argumentum quod ex antiqua traductione habeatur eũ
qui strenue se in militia gessisset, ornatum ex lilijs accipere. verum id hallucinatione voca-
buli accidisse certum est. nam Græci κρίνον, quod nostri liliũ, vocant. & κρίκον παρὰ τὸ κλείω
καὶ ὡσεὶ κύκλον, à claudo & quasi ciclum, quod vndiq; circuncludatur, vocant annulum. habet
autem litera græca τὸν ἐκ τῶν κρίκων κόσμον λαμβάνει, ex annulis ornatum sumit. vnde pro
pter vicinitatem vocabulorum κρίνον καὶ κρίκον: veterem traductionem lilia posuisse veri-
simile est. solus enim literę, & non admodum dissimilis: differentia vocabulorum est. parum
enim ν & κ quandoq; in sua protractione differre videntur.

Pythagor.
Empedoc.
Eraclitus.
Democrit.
Anaxagor.
Plato.
Apollonius
Anacharsis
Regia saba
Thrasymachus.
Glauco.

¶De controuersia in vsu virtutis, dominatu, & præstantia vitæ cõtemplatiuæ. Cap. III.

Resumit ea quę dicta sũt nũero 9

AD confitentes autẽ vitã cum virtute, esse maxime recipiendã, & contendentes de illius vsu: dicendũ est nobis ad vtrosq;. sunt enim qui despiciant magistratus ciuitatis, putãtes ingenui hominis esse aliã vitã, q̃ ciuilis hominis, & omnibus præferendã. Alij vero hanc optimã putant. impossibile enim: nihil agẽtem bene agere. bene autem agere ac felicem esse: idem est. 12

Quid bene & quid male primi sentiant.

¶Vtriq; eorum quædã dicũt recte: & quædã non. nam liberi quidẽ hominis vitã meliorem esse, q̃ in dominando occupati: verum est. nihil enim egregiũ est: seruo vti, inq̃tũ seruus. iussus enim domini in rebus necessarijs: nihil habet decorũ. ¶At putare omnẽ gubernationẽ esse dominationẽ: minime est rectũ. non enim minus distat, liberorũ gubernatio à dominatione seruorum: q̃ differat natura liber, à natura seruo. de quo sufficienter in superioribus libris determinatum fuit.

Primi 21

¶Sed laudare magis nihil agere q̃ agere: nequaq̃ verũ est. nam felicitas est actio. Præterea multorũ & præclarorũ finem habent: iustorũ, temperatorũq; actiones. ¶Quinimò arbitrabitur fortasse aliquis his hoc pacto determinatis: ꝙ omniũ dominãdi potestatem habere, optimũ sit. sic enim plurimas ac pulcherrimas res agere possit. Itaq; is qui dominꝰ agẽdi esse potest: hanc facultatẽ dimittere alijs nõ debet: sed potius arripere. & neq; filiũ patris, neq; parentẽ filij, neq; amicũ amici rationem habere: neq; hac in parte curare. nam quod optimũ fit: id nobis ipsis asciscere debemus. optimũ autẽ est bene agere. ¶Hoc illi forsan recte dicerẽt: si modo existeret auferentibus atq; vim afferentibus id, quod esset omnium maxime expetendũ. sed fortasse id illis inesse nõ potest: falsóq; supponũt. ¶Non enim amplius bonas actiones illas esse contingit: nisi tãtum ipsæ præstet, quantum vir mulieri, & pater filijs, & dominus seruo. Quare is qui violaret: nil tantũ proficeret postea, quantũ iam à virtute ipsa recessit. similibus enim honestum & iustũ in parte. hoc enim iustum ac par. non par autem paribus, & non simile similibus: præter naturam est. nihil autem honestum: quod sit præter naturam. ¶Quapropter, & si alius quidẽ sit melior secundum virtutem, & secundum potentiam actiuam in rebus optimis: hunc sequi honestũ est, & huic parẽre iustum. sed oportet illi nõ virtutem solum, verum etiam potentiam existere: per quam sit actiuus. 13

¶Quod si hæc vera sunt, & felicitas in bene agendo est reponenda: & publicæ totius ciuitatis, & priuatim singulorũ, vita illa erit optima, quę sit actiua. Veruntamen actiuam nõ est necessariũ esse ad alios, quemadmodum quidã putant. neq; eas meditationes solũ esse actiuas, quę gratia eorum fiũt, quæ ex agẽdo proueniũt: sed multo magis (quæ in seipsis perfectę sunt, & sui ipsarũ gratia fiunt) cõtẽplationes & meditationes. bene enĩ agere finis est. quare & actio quædã: maxime autẽ proprie dicimus agere etiã in externis actionibus: eos qui intelligẽtia & cogitatione pręsunt, 14

vt architecti. Quinimò nec sine actione esse necessarium est eas ciuitates: quæ positæ sint in solitudine, & ita viuere eligentes. fieri enim potest: vt partibus inter se agere contingat. multæ enim cõmunicationes: ad inuicem sunt partibus ciuitatis. Similiter autem hoc existit vnicuiq; hominũ. vix enim deus bene se haberet, & mundus totus: quibus non sunt actiones externæ, præter proprias ipsorum. Quòd igitur necessarium sit esse vitam optimam priuatim vnicuiq; hominũ & publice ciuitatibus & hominibus: manifestum est.

TERTII CAP. COMMENTARIVS.

12 QVid recte, quid perperam sentiunt ij qui numero 9 sentiunt vitam cum virtu-
te maxime esse recipiendam: sed in vsu dissidentes. q hi perfectissimę virtutis
vsum, esse putent reipublicæ administrationẽ: illi vero semotam quandã à ci-
uitate & forensi strepitu, in intimo mentis secessu, sedatam tranquillámq; con-
templationem. & vtriq; quædã recte dicunt, & quædam non recte. primi qui-
dem recte id dicunt: liberi hominis, & studio sapientiæ vacãtis, vitã meliorem esse, quàm vi-
ri in dominando occupati. nam dominari: nihil aliud est q̃ seruo vti quatenus seruus est. ser-
uo autem vti quatenus seruus est: nihil est egregium. iussus enim domini in rebus necessa-
rijs: nihil habet decorum. ¶At id primum non recte dicunt: omnem magistratus functionẽ,
esse dominationem. quia non minus distat liberorum hominum gubernatio à dominatione
seruorum: q̃ differat natura liber à natura seruo: vt capite quarto primi ostensum est, nume-
ris 27 & 28. ¶Secundo non recte laudant magis, nihil agere q̃ agere. quia felicitas quædã
actio est. Item & quia multorum & præclarorum finem habent: iustorum, temperatorúmq;
13 actiones. ¶Secundi non id recte putant: posse dominari, omniũ optimum esse, q sic pluri-
mas ac pulcherrimas res agere possit. quod autem optimum sit: id nobis, etiam à filijs, pa-
rentibus, amicis, aut quibusuis auferendo (modo valeamus) asciscere debemus. optimum
autem bene agere. verum id non recte. ¶Primo: quia quod optimũ est, maximéq; expetẽ-
dum: oporteret inesse aliorum bona diripientibus, vim'q;, dominandi libidine, afferentibus.
quod nequaq̃ verum est, falsóq; supponunt. ¶Secundo: quia non amplius actiones illas bo-
nas esse cõtingit: nisi ille, qui huiusmodi gubernationẽ attentat, tantũ cæteris præstet, quan-
tum vir mulieri, aut pater filijs, aut dominus seruo. quare qui vim alioqui afferret: nihil tan
tum postea ad virtutem proficeret, quantũ iam à virtute discessit. nam si cæteris similis sit:
honestum, ac iustũ vt in parte & per vices, omnes & præsint & subsint. id enim iustum atq;
æquale: & æqualibus non æquale, & similibus non esse simile, præter naturã est. Id recte sen-
tiant: si quis alijs secundum virtutẽ melior sit, & secundũ potentiã ad ea agenda quæ opti-
ma sunt: hunc sequi honestum esse, & huic parêre iustum. verum si virtute solum pręstet: id
dicere nõ possint, nisi etiam potentia, per quam agere & exequi possit, ea quæ virtutis sint,
14 in aliorum administratione gubernationéq; assit. ¶Diluit quæstionẽ numero 7 adductã. &
vult optimam vitam, siue publice ciuitatum, siue priuatim, cuiusq;, esse actiuã, eiúsq; offi-
cium esse bene agere. non tamen (inquit) voco actiuam quæ solum ad alios sua habeat of-
ficia, ceu iustitia & politicæ virtutes vt putant nonnulli, neq; eas solas meditationes actiuas
voco, quæ sunt gratia eorum quæ ex agendo extra proueniunt. imò multo magis eas con-
templationes, meditationésq; actiuas appello: quę internam habent perfectionẽ, sui'q; ipsa-
rum gratia existunt. quod hoc indicio cognitum esse potest. quia maxime proprie in exter-
nis etiam operationibus: eos agere dicimus, qui intelligentia & cogitatione præsunt operi-
bus, vt architecti. quinimò nec sine actione esse necessariũ est eas ciuitates: quæ positæ sint
in solitudine, & ita eligere viuẽtes. nam etsi ad exteros nihil agant: cõtingit tamen partibus
inter se agere. nam partibus ciuitatis: multæ adinuicem cõmunicationes sunt. similiter nec
necessarium est hominẽ sine actione esse: etsi in secessu, solitariúsq; degat. quandoquidẽ fie-
ri potest vt internas, propriasq; actiones: partes mentis exerceãt. nam & vix deus bene sese
haberet, & mundus totus, quibus non sunt externæ actiones (nihil'q; extra cadere potest)
præter internas propriásq; ipsorum operationes. Quòd si internæ illæ cõtemplationes, me-
ditationésq;, & quæ sui gratia sunt, maximæ sunt actiones (finis enim, ipsúmq; optimũ bene
agere: quare & actio quędam) constat cõtemplatiuã, separatámq;, atq; philosophicam vitã,
vitæ ciuili, & quæ ad externas actiones existit, esse præferendam. manifestum est igitur ean-

dem,naturáq; cõsimilem optimã vitam & publice & priuatim.seu publice & priuatim philosophicam degant, seu solum degant ciuilem contẽplatio & publice & priuatim contemplationi eadem & similis,& actio publice & priuatim actioni quoq; eadem atq; similis.

ANNOTATIONES AD CAP. TERTIVM.

NAm felicitas quædam est actio. Actionem extẽdit:ad omnium virtutũ,cum acti- 12
uæ,tum contemplatiuæ vitæ operationem. proprie tamen vitæ actiuæ felicitas actio est:& contemplatiuæ contemplatio. sic & infra,numero 14:agere extẽdit ad operari,seu in vita actiua,seu contemplatiua. sic enim illi cõtra quos agit: actionem & agere sumebant.& felicem esse (quæcunq; ea fuisset felicitas) & bene agere idem esse volebant. ¶Quinimò, nec sine actione esse necessarium est eas ciuitates: quæ in solitudine positæ sunt. Ciuitas quæcunq; sit in hoc mundo posita,seu solitaria sit,siue extra solitudinẽ posita:nõ bene sine vita actiua,& ciuili esse potest. nam actiua necessitatis rationem habet: contemplatiua vero dignitatis.actiua vt tactus inter sensus: contemplatiua vt visus. quare fieri posse nihil absonum videtur:vt ciuitas aliqua vitam ducat actiuam ac ciuilem solum, contrà autem,non,vt solam ducat vitam contemplatiuam. perinde atq; visus,nunq̃ sine tactu reperiatur:at cõtrà reperire facile est.nihil enim prohibet aliquam totam ciuitatẽ philosophicam vitam degere:vt de Bragmanis & Essæis à scriptoribus multa dicuntur. sed sic vitam illam ducet:vt pariter cum res postulabit, agat. ceu ita videmus:vt cum oportet tangamus. id enim dum spiramus,dum adhuc vitales ducimus auras:necessarium est. at dum exuti hoc corpore fuerimus: qui digni meliore vita fuerint reperti,cõtemplatiua vita sola, illos manebit.neque enim amplius erit agendi locus:sed tantũ cum perenni diuinorum laude,& admiratione contemplantes,perpetuo illo æuo fruemur.

¶De multitudine,quãtitate regionis,& præcipua ciuitatis quantitate. Cap.IIII.

CVm vero ista nunc præmissa sint,ac de alijs rebuspubli- 15
cis fuerit prius à nobis consideratum: de reliquis dicendi initium faciamus. quales aliquas suppositiones esse oportet,pro ea ciuitate,quæ maxime secundum votum sit constitutionem susceptura. neq; enim fieri potest: vt optima sit respublica nisi cõmensurata sit abundantia. Ex quo necesse est multa præsupponere quasi optantes: esse tamen nullũ eorum impossibile.dico autem ceu de multitudine ciuium ac de regione. ¶Vt enim cæteris artificib⁹,puta textori & nauiculario, materiã subesse oportet aptam ad opificiũ(nã quanto melior hęc existit:tanto id quod fit ex arte erit præclarius) sic & gubernatori reipublicæ & legum positori, oportet propriam subesse materiam apte se habentẽ. Est autem ciuilis facultatis primo videre de multitudine hominũ:q̃ multos & quales natura esse oportet. de regione quoq; eodem modo: & quanta, & qualis esse de-
beat. ¶Putant plærīq; magnam esse debere beatam ciuitatem. id etsi ve- 16
rum est: ignorare tamen videntur, qualis magna,& qualis parua dicẽda sit ciuitas. existimant enim magnam ex numero habitãtium. ¶Sed oportet non tantũ ad numerum:sed magis ad potentiã respicere. est enim ciuitatis opus quoddã. quare quæ maxime id efficere potest:hanc existimandum est esse maximã ciuitatem. ceu Hippocratem,non hominẽ sed medicum quis diceret esse maiorem, q̃ alium, qui magnitudine corporis eum excedat. ¶Quinimò si ex multitudine iudicandũ sit: non ex quauis multitudine,id est existimandũ. necesse est enim forsan in ciuitatibus esse seruorum,& inquilinorum,& hospitum grandem numerum: sed ex ijs qui

Hippocrates.

ſunt pars ciuitatis & ex quibus vt proprijs partibus ciuitas conſtat. horũ enim præexcellens multitudo: ſignum eſt magnæ ciuitatis. ex qua vero ciuitate artifices quidem permulti exeũt, bellatores autem pauci: hanc impoſſibile eſt eſſe magnam. non enim idem eſt: magna ciuitas & populoſa. quinetiã re & effectu patet: quia difficile eſt & forſan impoſſibile, vt quæ nimiũ populoſa ſit ciuitas: optime gubernetur. Earũ certe quæ bene gubernari dicũtur: nullã vidimus in populoſam multitudinẽ eſſe diffuſam. ¶ Patet etiã ex rationũ fide. nam lex ordinatio quædã eſt: & bonam legis poſitionẽ neceſſariũ eſt eſſe bonam ordinationẽ. at multitudo nimium magna, nõ poteſt recipere ordinationẽ. diuinæ enim potentiæ id opus eſſet: quæ & hoc totum cõtinet, cum & bonũ quidem multitudine & magnitudine cõſueuit fieri. quapropter & ciuitatẽ illã: cuius cum magnitudine dictus terminus exiſtit: optimã neceſſe eſt eſſe. ¶ Cæterum eſt quædã menſura magnitudinis ciuitatis: quẽadmodũ & aliorum omniũ, animalium, plantarum, inſtrumẽtorum. nã horum ſingula: nec parua nimiũ, neq; magnitudine exceſſiua, ſuã potentiã retinebunt. ſed aut deſtituta erunt omnino à natura: vel male ſe habebunt. ceu nauis vnius palmæ: nõ erit nauis penitus, neq; duorum ſtadiorũ. ſed ſi proceſſerit ad aliquã magnitudinẽ: quãdoq; propter paruitatẽ male faciet nauigationẽ, quãdoq; propter exceſſum. ita & ciuitas: ſi ex nimiũ paucis ſit, non eſt per ſe ſufficiens. ſin ex nimiũ multis: ſufficiẽs quidẽ in neceſſarijs erit vt gens, ſed non vt ciuitas. rempublicam enim: non facile eſt in illis conſtitui. nã quis dux eſſet tam

17 exceſſiuę multitudinis: aut quis pręco nõ ſtentorius? ¶ Quocirca neceſſe eſt primã eſſe ciuitatẽ illã: quæ ex ea multitudine conſtat, quæ multitudo primà per ſeipſam ſufficiens ſit ad bene viuendũ, in ciuili ſocietate. cõtingit vero: vt ea quæ multitudinẽ hanc excedit, ſit maior ciuitas. ſed hoc nõ eſt (vt diximus) infinitũ. ¶ Quæ vero ſit huiuſmodi exceſſus determinatio: ex operibus intelligi facile poteſt. ſunt enim actus ciuitatis imperãtiũ atq; parentiũ. imperãtis quidẽ opus eſt iubere ac iudicare. ad iudicandum vero ſecundũ iuſtitiã, & ad magiſtratus demãdandos ſecundum dignitatẽ: neceſſariũ eſt, vt ſe inuicem cognoſcãt ciues, quales ſint. quare vbi hoc fieri non contingit: neceſſe eſt, vt male res procedãt circa magiſtratus demandandos, & circa iudicia. In vtroq; certe horum: nequaq̃ eſt temere procedendum. quod in nimia multitudine manifeſte cõtingit. ¶ Inſuper hoſpitibus & inquilinis facile eſt ad rempublicã aſpirare: cum non ſit difficile in tanta hominũ multitudine latẽre. Patet igitur quòd hæc eſt optima determinatio ciuitatis: vt ſit maximus multitudinis exceſſus, quæ ſit per ſe ſufficiens ad viuendum, & facile inter ſe cognoſci poſſit. De magnitudine igitur ciuitatis: determinatum ſit in hunc modum.

Stentor.

QVARTI CAP. COMMENTARIVS.

15 SVppoſitiones faciẽdas eſſe, & de multitudine ciuium, & de regione quanta & quæ eſſe debeant. Primo. nã fieri non poteſt, vt optima ſit reſpublica, & quæ maxime ad votum conſtitutionẽ ſit ſuſceptura: niſi horum cõmenſurata, moderatáq; abundantia aſſit. quare neceſſe eſt multa ſupponere & de multitudi-

ne ciuium,& de regione,quasi optãtes: nullum tamen eorum esse impossibile. ¶Secundo.
quia vt textori & nauiculario fabro,cęterisq; artificibus,materiã supponere oportet ad opi
ficium aptam,quæ quãto melior est,tanto & id quod ex arte fit,præclarius euadit:sic reipu
blicæ gubernatori, positoriq; legum propriã subesse oportet materiã, aptam atq; accõmo-
dam. hæc autem est ciuium multitudo & regio. est autem ciuilis facultatis,primum videre
de multitudine hominũ quàm multos & quales natura esse oporteat, & de regione eodem
modo,& quanta & qualis esse debeat. ¶Ciuitatem nequaq̃ ex numero habitãtium censen- 16
dam dici debere magnã. ¶Primo.quia magis ad potentiã respiciendum,qua (quæ ciuitatẽ
decent) opera fiunt,q̃ ad multitudinis aceruum. est enim ciuitatis aliquod opus. quare quæ
ciuitas id maxime efficere potest:dicenda est maxima ciuitas, non multitudo maxima. ceu
Hippocratem alio medico maiorem quispiam diceret: nõ autem maiorem hominẽ,si alius
magnitudine excedat Hippocratem,molem non attendens sed sanandi potentiã,facultatẽ,
atq; artẽ. ¶Secũdo.quia si ciuitas ex multitudine magna iudicãda esset:nõ ex quauis mul-
titudine,vt seruorum,inquilinorũ, hospitum, quorum grandem oportet esse multitudinẽ.
sed ex ijs:ex quibus vt ex proprijs partibus,ciuitas coalescit, atq; constituta est. nã horum
præcellens, & egregia multitudo: signum est magnæ ciuitatis, potentiámq; habere ad mu-
nia ciuitatis obeunda sufficientẽ. ex qua autem exire sufficiunt opifices numero multi, sed
bellatores perpauci: hanc impossibile est magnã esse ciuitatem. neq; enim idem est: magna
ciuitas,ac populosa. ¶Tertio. id re,& ipso euentu patet. quia difficile est,& forsitan impos-
sibile:vt quæ nimiũ populosa est ciuitas,optime gubernetur. neq; certe earũ quæ bene gu-
bernari dicũtur: vllam videmus in numerosam nimium multitudinẽ esse diffusam. ¶Quar-
to. id rationum fide constat. quia lex ordinatio quædam est. at multitudo nimium magna,
ordinationem recipere non potest. diuinæ enim potentiæ id opus est,quæ & hoc totum cõ-
tinet:cum & magnitudine & multitudine bonum fieri consueuit.& hac quoq; de causa,ciui-
tatẽ optimã eam esse oportet:cuius magnitudinis dictus,definitusq; sit terminus. ¶Quin-
to. quia est quædã mensura ciuitatis ceu aliorum omniũ,& animalium & plantarũ, & instru-
mentorum. nam horum singula:neq; nimium parua,neq; nimia mole excrescentia suam po
tentiam retinebunt. sed aut destituta erunt omnino natura:aut praue se habebunt. vt nauis
vnius palmæ,non erit nauis penitus: neq; si mole tam ingens,vt duorum sit stadiorum. in
id autem magnitudinis incidens: interdum propter paruitatem prauam efficiet nauigatio-
nem,interdum vero propter molem excedentem. ita & ciuitas: si ex nimium paucis,nõ est
per se sufficiens:sin ex nimium multis,sufficiens quidem erit in necessarijs vt gens,non au-
tem vt ciuitas. nã rempublicã in tanta multitudine haudquaq̃ constitui facile est. quis enim
dux esset tam excessiuę multitudinis:aut quis pręco qui non Stentoris voce boaret? ¶Pri- 17
mæ,pręcipuæq; ciuitatis,multitudinẽ præcipuam tantam esse debere: quæ per se sufficiẽs
sit,& facile ab ijs qui magistratus gerunt,rémq; gubernant agnosci possit,& se inuicem co-
gnoscere. Primo. quia actiones ciuitatis sunt imperantium & parentium. imperantis autem
opus est: iubere ac iudicare. ad iudicandũ autem de iustis, & ad magistratus pro dignitate
distribuendos:necessariũ est,vt se inuicẽ ciues agnoscant quales ipsi sint. quare vbi hoc fieri
non cõtingit: vt res male se habeant,& circa magistratus impartiendos,& circa iudicia ne-
cesse est. in neutro certe horum:nequaq̃ iustum est temere procedere. quod in nimia multi-
tudine:manifeste contingit. in præcipua igitur multitudine:se facile cognoscant oportet. nõ
tamen ita parua sit: vt quæ ad gubernationẽ non sufficiat. ¶Secundo. quia vbi multitudo
tanta esset, vt se inuicẽ ciues non facile agnoscerẽt:hospitibus, & inquilinis facile est ad rẽ-
publicam aspirare,cum non sit difficile,in ea hominũ multitudine latêre. Expedit igitur q̃
optimus sit multitudinis terminus:vt sit maxima multitudinis abundantia,quæ per se suffi-
ciat ad viuendum,& facile inter se agnosci possit.& hæc de multitudine ciuitatis.

ANNOTATIONES AD CAP. QVARTVM.

Vta textori & nauiculario. nauicularius quem Græci ναυπηγόν appellãt: nauium 15
factor est. ¶Necesse est enim forsan:in ciuitatibus esse seruorũ, & inquilinorum, 16
& hospitum grandem numerum. Inquilini,aduentitij:qui locum incolentes ma-
Memphis. nent.& hospites:qui non manẽt,sed pro transitu incolunt. ¶Difficile est,& forsi-
Roma. tan impossibile. Magnę vrbes & populosę nimium,qualis Memphis apud Ægyptios, Vrbs
Mediolanũ. apud Vmbros,Mediolanũ apud Insubres,Lutetia apud Parisios : vix aut ægre,optima re-
LVTETIA guntur politia. ¶Aut quis præco non Stẽtorius. Stentor apud Homerum (si poetæ fidem
Stentor. habemus) tãtum vocis habuit, quantũ alij quinquaginta vocalissimi viri. de quodã alio vo
Herodotus calissimo refert Herodotus:qui erat in exercitu Xerxis.

¶Conditiones optimæ regionis,& de situ vrbis. Cap.V.

18 DE regione igitur ciuitatis eadẽ fere dici possunt.nã qua- 1
lis esse debeat: clarum est,ꝙ sufficientissimã omnes qui-
cũq; fuerint sanè laudabũt.¶Hanc autẽ necesse est fera- 2
cem omniũ esse.nã omnia in se ipsa habere & nullius in-
digere:sufficiens est.¶Multitudine vero ac magnitudi- 3
ne tantã: vt queant habitatores ociosos nutrire,liberali-
ter simul,tẽperateq; viuẽtes. Hoc autẽ vtrum bene an non bene dicatur:
postea diligentius erit considerandũ,quãdo de possessionibus & de facul
tatibus mẽtionem fieri cõtinget, qualiter & quemadmodũ se habere erga
vsum ipsum oportet.permultę enim circa considerationem istam dubita-
tiones cadunt: propter trahentes in vtranq; partẽ vitæ excessum, alios ad
tenuitatẽ,alios ad luxum. ¶Formã vero regionis nõ est difficile præscri- 4
bere: credendũmq; est in quibusdã, rei militaris peritis asserẽtibus talem
esse oportere,vt ab hostibus quidem nõ facile inuadi possit, ciuibus autẽ
facilis sit ad alios egressio. ¶Præterea vt hominũ multitudinẽ facile inter 5
se cognosci posse diximus oportere: sic etiam regio sit subiecta cõspectui,
id est vt cognosci,& ei succurri facile possit. ¶Vrbis autẽ situs, si formã- 6
da nobis illa est secundũ votum:oportune & ad terram & ad mare debet
iacẽre. ¶Vna iam determinatio dicta est:oportere ad auxilia ferenda cõ- 7
munem esse locorum omnium aptitudinem. ¶Altera ad importationem 8
fructuum. ¶Præterea ad lignorum materiem:& ad(si quid simile opifi- 9
cium regio in se habeat)facilem aduectionem.

QVINTI CAP. COMMENTARIVS.

18 OPtimæ regionis,& de vrbis situ & cõmoditate,cõditiones nouẽ. ¶Prima.de- 1
bet esse sufficiẽtissima. ¶Secũda. omniũ ferax. ¶Tertia. multitudine,ac ma- 2 3
gnitudine tãta: vt queat habitatores otiosos,liberaliter simul,ac tẽperate nu-
trire. ¶Quarta.formæ talis esse debet: vt ab hostibus haudquaq̃ facile aggre 4
di possit,ciuibus autẽ ad alios sit facilis egressio. ¶Quinta. vt multitudinem 5
ciuiũ facile agnosci posse oportere diximus: sic etiã regio in prospectu sit habitatoribus,vt
ei facile succurri possit. ¶Sexta. vrbẽ habeat:& ad terrã & ad mare optime iacentẽ. ¶Se- 6
ptima. sic & in regione sita sit:vt ad pręsidia ferẽda cõmunis sit omniũ locorum aptitudo.& 7
hęc de tota regione in quinta cõditione,determinatio:iã dicta est. ¶Octaua. sit locorũ apti- 8
tudo:quo facilis fiat in vrbẽ fructuũ importatio. ¶Nona. aptitudo item locorũ ad lignorũ 9
materiem,& ad (si quam aliam regio similem possideat operationẽ) facilem aduectionem.

ANNOTATIONES AD CAP. QVINTVM.

18 DE regione igitur ciuitatis. Et Cato,& Vitruuius,& Leo baptista florẽtinus,& alij Cato.
de re rustica & architectura scriptores:de regione, vrbis situ, forma, & cõmodita Vitruuius.
tibus multa vtiliter scripsere. quæ hic non recẽsenda:sed ex illis discenda sunt. Leo.

¶De cõmunione maris,nautica turba,nauali potẽtia,& exclusio-
ne nauticæ turbæ à ciuitate. Cap.VI.

19 COmmunio autem maris: vtrum vtilis sit ijs ciuitatibus
quæ bene legibus sunt institutæ,an dãnosa magis,per-
multę sunt disceptationes. nã frequẽtare aduenas quos-
dam, alienis educatos legibus: inutile putant ad rectam
ciuitatis disciplinam. ¶Et turbam hominũ plurimã ex
vsu maris. transmittentibus ac recipientibus negociato-

rum multitudinem:contrariã esse rectæ ciuium institutioni. ℭQꝫ igitur 20
(si ista non cõtingant)melius sit,& ad securitatẽ,& ad copiam rerum ne-
cessariarum,cõmunionem maris habere vrbem & regionẽ:non est obscu-
rum.nam ad facilius ferendum hostes:oportuna facultas succurrendi au
xiliandiq; suis per vtrunq; & per terram & per mare esse debet, & ad no-
cendum inuadentibus. si non vtrunq; possibile: at saltem altera ex parte
magis existet cum ambobus participent. Et quæ apud eos non existunt,
importari:& quæ superabundant exportari,ex necessarijs sunt.sibi enim
ipsi negociosam: non alijs esse ciuitatẽ oportet. qui autem omnibus mer-
catum apud se præbent:hæc faciunt quæstus cupiditate.quòd si non ex-
pedit ciuitati hanc plus habendi cupiditatẽ habere:nec mercatũ certe hu-
iusmodi debet recipere. ℭNam & nunc quidem videmus multis regio-
nibus & ciuitatibus stationes ac portus oportune iacêre:vt neq; intra vr-
bem sint,neq; valde distantes,murisq; circundari,& alijs huiusmodi mu
nitionibus. Clarum est enim: quòd si quid boni proueniet ex tali cõmu-
nione,ciuitas id bonum suscipiet.sin aliquid mali:caueri ab eo facile erit,
per leges iubentes ac determinantes, quos oportet, & quos non oportet
inuicem admisceri. ℭDe nauali autem potentia,q; melius sit eam habe-
re vsq; ad aliquam quantitatẽ:manifestum est.non solum enim sibiipsis, 21
sed etiã finitimis quibusdã oportet auxiliari posse, & esse terribiles quẽ-
admodũ terra sic etiam mari. Magnitudo autem ac multitudo huius po
tentiæ:ad mores ciuitatis erit accommodanda.nam si qua fuerit ciuitas,
quæ magnã præstantiã authoritatẽmq; reipublicæ habere cõsueuerit:ne-
cessarium hanc potentiã rebus esse conformẽm. ℭTurbam vero nauticã, 22
& huiusmodi hominũ multitudinẽ nõ necessariũ est ciuitatibus existere.
nulla enim ciuitatis pars:huiusmodi homines esse debẽt. Nam pugnato-
res,qui naues conscẽdunt:ingenui sunt homines.terra quoq; militare cõ-
sueti: hi præsunt nauali turbæ, & imperant. Existente vero multitudine
tenuis fortunæ hominũ,qui circa nos habitant & agricolarum, qui in re-
gione rem rusticã exercent: necessariũ est abundãtiam esse naturarũ.vide-
Heracleotę mus etiam nunc istud fieri in quibusdã ciuitatibus,ceu in ciuitate Hera-
cleotarum. multas enim implent triremes, vrbem possidentes magis exi-
guam q̃ cæteri. De regione igitur & portibus, & vrbibus, & mari & na-
uali potentia:in hunc modum determinatũ sit. De multitudine quoq; ci-
uitatis,quam determinationem habere decet:prius diximus.

SEXTI CAP. COMMENTARIVS.

DE cõmunione maris & nautica turba:an ciuitatibus rectè legibus institutis ex- 19
pediat,an dãnosa sit potius,multis altercationibus contendunt nõnulli. & pri-
mo non expedire. quia frequentare vrbem quosdã aduenas, alienis educatos
moribus, inutile ducendum est ad rectam ciuitatis disciplinam. ℭSecundo.
quia in ciuitate, turbam hominũ fieri plurimã ex vsu maris,dum transmittũt
& recipiunt negociatorum multitudinẽ: contrarium est rectæ ciuium institutioni. ℭDilut. 20
ciuitati & regioni conducibilius esse maris cõmunionem habere : dum modo hæc non acci-
dant. conducibilius inq̃:& ad securitatem,& ad rerum necessariarũ copiam. Ad securitatem
quidem. quia ad facilius resistendum hostibus:oportuna facultas succurrendi, auxiliandiq;

fitis,per vtrunq; & per terram & per mare præsto adesse debet. & simili quoq; pacto:ad no-
cendum inuadentibus. quòd si vtrunq;,& auxiliari & nocere,fieri non potest:at saltem alte-
rum (cum ad vtrunq; oportunitatem participent,nactíq; sint) magis eueniet. Ad terũ vero
necessariarum copiam. quia quæ apud eos non sunt: cõmoditate maris facile importabun-
tur.& quæ regioni superabundãt:exportabuntur. quorũ vtrunq;:ex ijs quæ necessaria sunt,
existit. nam oportet bene institutam ciuitatem:solum sibi ipsi & ijs quæ vsui suo necessaria
sunt negotiari,non autẽ alijs ciuitatibus se præbere negotiatricem. quia qui omnibus mer-
catũ apud se præbẽt:id faciunt quæstus cupiditate ducti. quod si non expedit ciuitati,hanc
quęstus,auaritiæ,plúsq; habendi cupiditatem habere:neq; profecto emporium huiusmodi,
mercatúmq; debet admittere. ¶Secũdo.& id expedire nõ est obscurũ:cũ & nunc etiã videa
mus,multis regionibus ac ciuitatib⁹,stationes & portus oportune iacêre,vt neq; intra vrbẽ
sint,neq; valde distantes,murísq; circundari, & alijs huiusmodi præsidijs ac defensionibus.
quare clarum est: si quid boni ex tali cõmunione proueniet, ciuitatem id bonum susceptu-
ram.sin aliquid mali formidabitur:facile erit id caueri per leges iubentes & determinantes,
21 quorum oportet & quorũ non oportet cõmertia adinuicem cõmisceri. ¶Naualem potentiã
vsq; ad aliquam quantitatẽ, quæ ciuitatis conditioni accõmodata sit & moribus: expedire.
nam non solum sibi ipsis, sed etiam finitimis quibusdam oportet auxiliari posse,& esse ter-
ribiles,quẽadmodum terra sic etiam & mari. quod nequaq̃ sine nautica potentia, fieri con-
tingit. verum magnitudo ac multitudo huius potentiæ:ad mores ciuitatis erit accõmodã-
da.nam si ciuitas reipublicæ magnam præstãtiam authoritatémq; sit sortita:& hanc quoq;
22 naualem potentiam illi respondere oportet. ¶Non expedire vt nautica turba, & huiusmo-
di multitudo hominũ,incolat vrbem. Primo.quia huiusmodi homines:nulla bene institutæ
ciuitatis pars esse debẽt.nã id satis est:vt pugnatores,qui naues cõscendunt,ex ciuibus sint,
& liberi homines,terra militare consueti,qui præsint nauali turbæ atq; imperent. at vero cũ
fuerit multitudo tenuis fortunæ eorum hominum,qui circa regionem habitãt,& agricola-
rum qui in regione rem rusticam exercent:necesse est vt suppetat copia nautarũ. ¶Secun-
do. quia videmus, nunc etiam istud fieri in quibusdam ciuitatibus: ceu apud Heracleotas.
nam & ipsi, ex ijs qui vrbem non incolunt: multas implent triremes, quandoquidẽ vrbem
possident q̃ multi alij exiguiorem. & hæc de regione,vrbe, cõmunione maris,portubus, &
nauali potentia. prius autem de multitudine ciuitatis discussum est.

ANNOTATIONES AD CAP. SEXTVM.

29 Sibi enim negociosam,non alijs esse ciuitatem oportet. de bene instituta ciuitate
ad bene & beate viuendum:intelligendum id est. In paucorum autem potentijs
& popularibus:secus euenit.

¶De qualitate ciuium optimæ ciuitatis,laude Græcorũ, & de custodibus ciuitatis. Cap. VII.

22 Nunc autem quales natura ciues esse oportet:à nobis di-
cetur. Forsan vero quis id deprehẽdat:si inspiciat ad ci-
uitates Græcorum: quæ bene gubernari passim dicun-
tur,& ad totum terrarum orbem, qui à gentibus varijs
incolitur. nam quæ in frigidis regionibus degunt gen-
tes,& quæ per Europam:animo quidem abundant,in- Europa.
genij vero & artificij parum habent. quapropter in libertate magis perse-
uerant. disciplinam vero reipublicæ:difficulter recipiunt,ac finitimis do-
minari non possunt. Quæ vero Asiam incolunt,ingenio & arte abundãt, Asia.
sed animositatẽ non habent,propter quod & parẽre dominãtibus,& ser-
uire perseuerant. At Græcorum genus: vt mediã regionem locorũ sorti- Græci.
tum est:sic etiam amborũ est particeps. nam & animosum & ingeniosum
est. Ex quo fit:vt in libertate degat,& disciplinam reipublicæ optime reci
piat:& vnius reipublicæ constitutionẽ sortitũ, imperare omnibus possit.
Eandem vero differentiã habent Græcorum gentes inter se. quædã enim

habent naturam ad vnum illorum:quædam vero permixte,ac temperate
ſunt ad vtranq; illarum potentiarum.patet igitur:ꝙ oportet & intelligen
tiam,& vigorem animi natura exiſtere illis,qui futuri ſint idonei,quos le
gum poſitor ad virtutẽ inſtituat. ¶Nam quod de cuſtodibus aiunt qui- 24
dam oportere,vt beneuoli ſint erga notos,erga ignotos vero infeſti:vigor
animi eſt qui beneuolentiam facit.Illa enim eſt potentia animi:per quam
amamus,ac beneuoli ſumus.Cuius rei ſignum eſt,ꝙ magis irritatur ani
mus contra familiares & amicos:q̃ contra ignotos,ſi contemptũ ſe putet.
Archiloch⁹ Quapropter Archilochus recte cũ amicos incuſaret,ad animũ loquitur,
inquiens,Non tu quidem ab amicis lanceis tranſfixus es?quod domina-
tur,& quod libertatẽ ſeruat: ab hac potentia exiſtit omnibus. dominans
enim & inuictum eſt animus.Nec bene ſe habet dicere:ꝙ aduerſus igno-
tos debent eſſe infeſti.nã aduerſus neminẽ:eſſe tales oportet.nec ſunt ma-
gnanimi homines,natura infeſti:niſi contra iniuriantes.Hoc autẽ & ma-
gis cõtra notos,familiaréſq; patiuntur(quemadmodũ dictum eſt prius)
ſi iniuriatos ſe exiſtimãt.Et hoc non ſine ratione contigit. à quibus enim
deberi ſibi beneficium expectãt: ab eiſdem non ſolum priuari beneficio,
ſed inſuper lædi ſe putant. Vnde in prouerbio dicitur, Fratrum conten-
tiones & iræ,ſunt acerbiſſimæ: & qui ſe nimium amãt:hi ſe nimium vnà
oderũt. ¶De hominibus igitur qui in republica futuri,& quot eſſe opor 25
tet,& quales natura,& de regione quantam & qualem:fere determinatũ
eſt.non enim eadem certitudo quęrenda eſt in ijs,quæ per rationes:& in
ijs quæ fiunt per ſenſum.

SEPTIMI CAP. COMMENTARIVS.

CIues bene inſtitutæ ciuitatis,quos legumlator ad virtutẽ inſtituat:& ingenioſi, 23
& animoſi eſſe debent. exemplo Græcorum mõſtrat:quos ob ingenium & ani-
moſitatem effert. cæteris autem colẽtibus Europam, magis animoſitatem ſine
intelligẽtia atq; ingenio tribuit:colentibus autem Aſiam,ſine animoſitate inge-
nium. litera patens. ¶Putant nõnulli ciuitatum cuſtodes oportere beneuolos 24
eſſe erga notos, at infeſtos erga ignotos. verum erga nullos infeſtos eſſe oportet:niſi cõtra
iniuriãtes.& id quoq; contra notos,familiaréſq; magis contingit:ſi ipſi ſe ab eis iniuria affe-
ctos exiſtimant.nã & beneuolẽtia, & infenſio ab animo procedit.cuſtodes autem decet eſſe
magnanimos.atqui magnanimi viri nequaq̃ ſunt infeſti,niſi aduerſus eos,qui iniurias affe-
runt. eſt enim animus inuictum quiddã,& quod dominatur:& quicquid dominatur,liberta-
témq; ſeruat,ab hac potẽtia cunctis ineſt.& magis irritatur animus cõtra notos q̃ ignotos:
ſi paruipẽdi ſe putet. Et ideirco Archilochus de amicis conquerens: ad animum loquitur di
cens,Nõ tu quidẽ ab amicis lãceis trãffixus es?Vnde etiã & in prouerbio dicitur,Fratrũ cõ-
tẽtiones & iræ acerbiſſimæ.& extreme amãtes:extreme oderũt. ¶Recolligit determinata, 25
admonétq; nõ eã certitudinẽ,exactã'q; diligentiã hic eſſe quęrendã: quã & in ijs quæ ratio-
num demõſtrationúmq; legẽ admittunt.quæ autẽ determinata:ſenſum,plurimũ requirunt.

ANNOTATIONES AD CAP. SEPTIMVM.

Socrates. AT Græcorum genus. Genus Græcorũ & græcã laudat regionẽ:pro ea tẽpeſtate, 23
Plato. qua maxime & ingenijs, & fortiſſimis viris prædita floruit. quæ altera enim re-
Demoſthenes. gio:Socrati,Platoni,Demoſtheni,Ariſtoteli, Xenophonti,Iſocrati ſimiles ædi-
Ariſtoteles. dit?quæ ſimiles Epaminundæ,Philippo Macedoni,Alexandro, Græcia tunc vt
Xenophon. ſcientiarũ ſplẽdore longe eminẽtiſſima prælucebat:ita toti dominabatur orbi.quæ nunc du
Iſocrates. ro ſeruitutis iugo,imperioſaq; turcarũ tyrãnide calamitoſe premitur. quod reuera Chriſtia
Epaminundas. nis multis lachrymis eſt plorandũ.neſcio certe an in illorũ perditione: dextrũ Chriſtiana di
gnitas perdiderit oculũ.Sed potens eſt Chriſtus dominus:& luſcioſos,& cæcos etiã illumi-

24 nare. ¶Nam quod de custodibus aiunt quidam oportere. Xenophon in quinto de republica Xenophon
vult necessarium fore: vt custodes qui principatũ gerunt, frequẽti mendacio, deceptioneq;
vtantur ad subditorum vtilitatem. Et Xenophon in Cyripedia: inducit Cambysem, ita Cy- Cambyses.
rum filium instituentem. Quo pacto inquit Cyrus, meliorem habere pater conditionem q̃ Cyrus.
hostes quis maxime possit? Non minimum (inquit) fili, neq; simplex opus interrogas. at no-
ris qui hoc facturus sit: & insidiatorem esse oportere, & dissimulatorem, & dolosum, & dece-
ptorem, & furem, & raptorem & omni in re hostibus præualere. Et Cyrus arridens inquit: O
Hercules qualem me pater virum esse dicis oportere? Qualis inquit fili & iustissimus sis, &
legum vir obseruantissimus. Quomodo tamen inquit Cyrus: cum pueritiam, pubertatemq;
ageremus, his contraria docebas? Ita per Iouem respondit Cambyses: & eadem nunc quoq;
erga amicos ac ciues. sed vt hostes male afficere possitis: an ignoras didicisse vos maleficia
permulta? quam ob rem discebatis sagittare, iaculari, in seruitutem agere sues agrestes, &
retibus & foueis? quid ceruas pedicis & laqueis? quid autem? nunquid aduersus leones, &
vrsos, & pardos ex æquo constituti pugnabatis: sed cum meliore cõditione quadam semper
studebatis aduersus bestias certare? an hæc omnia minus nosti, & maleficia esse, & deceptio-
nes, & dolos, & auiditates? Ita inquit Cyrus: quo ad bestias quidem. quod si visus forem de-
cipere quenquam hominum: multis verberibus cæsus essem. neq; enim inquit Cambyses: ia-
culo hominem ferire permittebamus vobis, sed ad calcem propositã iacere docebamus. &
nec nunc quidẽ vt in amicos maleficio vtamini hortamur. sed in bestias vos erudiebamus:
vt si quando belligerandum esset, ne harum rerum exercitatio lateret. Cui Cyrus. si ergo pa-
ter conducit horum vtrorunq; scientia, & beneficiorum & maleficiorum: hæc quoq; docen-
da fuerant aduersus homines. Cui pater. dicitur fuisse olim apud maiores nostros virũ quen-
dam magistrum puerorum: qui pueros iustitiam docebat, non mentiri, & mentiri, non deci-
pere & decipere, non calumniari & calumniari, & nolle plus habere & velle plus habere, &
quæ horum erga amicos, & quæ aduersus inimicos. docebátq; iustum amicos fallere: vide-
licet propter bonum. & furari amicorum bona: propter bonum. exercebátq; pueros inuicem
ad hæc facienda. & reliqua quæ longiori orationis ambitu Xenophon de Cyro affert & Cam
byse. vbi partes iustitiæ ponit simulare, mentiri, furari, dolos nectere, decipere, calumniari,
plus habere velle, & id genus: quæ negãt Aristoteles vnq̃ officia esse boni viri.

¶De exclusis à partium ratione, de fine, operibus necessarijs, & ciuitatis partibus. Cap. VIII.

26 CVm vero vt aliorũ secundũ naturam cõsistentiũ, non hæ sunt partes totius cõsistẽtiæ, sine quibus totũ esse non potest: palàm ꝙ nec ciuitatis ponendũ est esse partes, quæcũq; ciuitatibus existere necessario oportet, nec alterius cuiusquam cõmunionis, ex qua fit vnũ aliquod genus. ¶Vnũ enim quid & cõmune esse debet cõmunicãtibus: siue æquale, siue inæquale suscipiãt ceu siue alimentũ id sit, siue agri quãtitas, siue aliud tale. sed quãdo hæc gratia huius, hoc autẽ nõ gratia: nihil in his cõmune, sed aut huic quidẽ facere, huic autẽ accipere. dico autem velut organo omni: ad illud opus quod fit & opificibus. Domui enim ad ædificatorẽ nihil quod sit cõmune: sed est domus gratia, ædificatorũ ars. Quapropter possessione quidem indiget ciuitas. nulla tamẽ pars ciuitatis
27 est possessio. multa vero animata: sunt possessionis partes. ¶Ciuitas autẽ cõmunio quędam est similiũ gratia vitæ, vt q̃ maxime fieri potest optime. Cũ vero sit felicitas optimũ, ipsa tamen virtutis operatio, & vsus quidam perfectus, cõtingat autẽ ita, vt aliqui recipiant illius participationem, alij autem parum aut nihil: manifestũ est, ꝙ hæc est causa, quare ciuitatis species, differentiæq; existũt, pluresq; rerum publicarũ formæ. per aliũ enim modũ, & alijs vijs: singuli hoc appetentes, & alios viuendi modos fecerũt,

& alias reipublicę diſciplinas. ℭ Conſiderandū eſt:quot ſint illa ſine qui- 28
bus ciuitas eſſe non poteſt. nam quas dicimus ciuitatis partes:eas neceſſa
rium eſt in iſtis eſſe. Capiendus eſt igitur operum numerus. ex his enim
2 1 id apparebit. Primum igitur debent exiſtere alimenta. Deinde artes. mul
3 tis enim inſtrumentis indiget vita. Tertiū arma. nam qui ſimul in cōmu-
nione viuūt:neceſſariū eſt ipſis habere arma, quibus & magiſtratibus pa-
4 rēre inobediētes cōpellantur, & quibus vis propulſetur externa. Præter-
ea pecuniarum habendarū facultas quædam: quo illas habere poſſint ad
5 proprias indigētias, & ad bellū. Quintum autē ac præcipuum:circa rem
6 diuinam cultus, quod vocant ſacrificiū. Sextum quod eſt omniū ſumme
neceſſarium:iudiciū rerum cōducentiū & iuſtarū adinuicem. Hæc igitur
ſunt opera:quibus indiget ciuitas omnis. eſt enim ciuitas multitudo non
Primi quæcunq;:ſed illa quæ ad vitam per ſe ſufficiēs ſit, vt diximus. Si vero ali
8 quid horū deficiat:impoſſibile eſt ſimpliciter eſſe per ſe ſufficientē, huiuſ-
Tertij modi ſocietatē. neceſſariū ergo eſt his operibus ciuitatē cōſtare. Eſſe igitur
2 oportet multitudinem agricolarū, qui victū conferant. & artifices & bel-
latores. & locupletes. & ſacerdotes. & iudices neceſſariorum atq; vtilium.

OCTAVI CAP. COMMENTARIVS.

NOn omnia eſſe ciuitatis partes ſine quibus ciuitas ſtare non poteſt. Primo. quia 26
& in alijs totis, quæ natura conſtant compertū eſt:non omnia eſſe eorū partes,
ſine quibus nequaq̄ ſua coaleſcentia, compoſitióq; cōſiſteret. ℭ Secundo. quia
ſine poſſeſſionibus ciuitas eſſe non poteſt. atqui poſſeſſiones non ſunt ciuitatis
pars. nam ciuium & poſſeſſionū:nulla cōmunio. quia cōmunicantibus: quippiā
vnum & cōmune eſſe oportet, quo cōmunicent, ſiue æqualiter ſiue inæqualiter illo commu
nicent. ceu alimentū, aut agri quantitas. aut aliquid tale. verum cū aliqua ſe habent, vt hæc
huius ſint gratia vt inſtrumenta hoc autē finis & non ad finem:illis nihil cōmune. cuiuſmo-
di poſſeſſiones ſunt ad poſſidentem:& multa animata ad ciuitatem, ceu ſerui, armenta, iu-
menta. ſunt enim poſſeſſiones. conſtat igitur non omnia illa dicenda eſſe ciuitatis partes:ſi-
ne quibus nequaq̄ ſubſiſteret ciuitas. ℭ Error ſummi boni aſſequendi cauſa eſt:cur variæ re 27
rum publicarum formæ, variæq; ſpecies inductæ ſunt. nam ciuitas:cōmunio quædā eſt gra
tia vitæ, & quidem quoad fieri poteſt optime. atqui felicitas:optimū eſt. eſt autem felicitas
operatio & vſus quidam virtutis abſolutus atq; cōſummatus. Cum igitur huiuſmodi ope-
rationis ſecundū virtutē, quidam ſint participes, quidam parū habeant, alij autē prorſus ni
hil:per alium modum & alijs vijs ſinguli ſummū bonum affectātes, varios viuendi modos
effecerunt, & varias reipublicæ inſtitutiones. primi quidem optimas. ſecundi medias, & tan
to meliores quo magis virtutis participes. tertij vero deterrimas:vt qui iam ſummū bonū
diuitias, aut honorem, aut quippiam ſimile putarēt. quare ſi omnes de ſummo bono, idem
& recte ſenſiſſent:vnam duntaxat, & optimā rempublicam inſtituiſſent. fecitq; huius cogno
ſcendi error: vt tam variæ rerum publicarum formæ emergerent. ℭ Sex opera ſine quibus 28
conſtare non poteſt ciuitas:alimenta, artes, arma, diuitiæ, ſacrificium, iudicium conducibi-
lium & iuſtorū. quibus ſenaria multitudo hominum, ciuitati neceſſariorum reſpondet:agri-
colæ, artifices, propulſatores, diuites, ſacerdotes, & iudices neceſſariorū, ac conducibilium.

ANNOTATIONES AD CAP. OCTAVVM.

ESt enim ciuitas:non quæcunq;, ſed illa quę ad vitam per ſe ſufficiens ſit, vt diximus. 28
id dictum eſt libro primo, numero 8.

ℭ De partitione reipublicæ, tractātibus arma, & iudicia, & ſacerdotia. Cap. IX.

HIs determinatis, reliquum eſt cōſiderare:vtrū omnes cō- 29
municare debēt his omnibus (fieri enim poteſt:vt iidem
ipſi ſint, & agricolæ, & artifices, & cōſultores & iudican

tes)an in vnoquoq; opere supradictorū,alios ponendū est? an quædā esse
30 propria:quædam vero horū cōmunia esse necessariū est? ¶Sed non in om
ni republica:hoc (vt diximus) cōtingit.nam fieri potest:vt omnes omniū Quarti
sint participes:& non omnes omniū,sed quidam quorundā.hæc enim fa- 15
ciunt rerum publicarū varietatem.nam in populari quidē participes exi-
stunt omnes omniū:in paucorū autem potētia contrariū est. Cum autem
cōsideratio nostra sit de optima republica,ea vero est per quam ciuitas es-
set maxime felix,felicitatē autem ꝙ sine virtute impossibile sit existere,di Huius cap.
ctum est prius:manifestū est ex ijs,ꝙ in ciuitate quæ optime gubernatur, 8
& quæ iustos habet ciues simpliciter,ac nō ad suppositionē, nec artifices,
neq; mercatores ciues esse oportet.vilis est enim huiusmodi vita:& virtuti
aduersa.nec certe agricolas esse oportet eos:qui futuri sunt ciues.opus est
enim quiete & otio ad virtutem comparādam, & ad rempublicam geren-
31 dam.¶Cū vero ij supersint qui bello intendūt,& qui consultant de vtili
bus,& iudicāt de iustis & iniustis,quiquidem maxime vidētur partes ci-
uitatis: vtrum & hos esse alios ponendū sit, an eisdem hominibus ambas
32 partes tribuendū? ¶Clarum est: ꝙ quodāmodo eisdem, & quodāmodo
alijs.qua enim alterius vigoris vtrunq; opus,& alterū prudētia,alterum
viribus indiget:alijs. qua vero potētes sunt vt vim afferant impotentiori-
bus,eos tamen prohibent ne semper subiecti sint:eisdē.qui enim armorū
domini sunt: ijdem etiam sunt domini status,vel mutationis reipublicæ.
Restat igitur:vt eisdē quidē ambobus respublica tradatur.nō simul qui-
dem:sed vt natura fert. ¶Vires quidē sunt in iunioribus,prudentia vero
in senibus.sic inter eos distribui:cōmodū est,& iustū esse videtur.habebit
33 enim hæc distributio:id quod est secundū dignitatem. ¶Atqui possessio-
nes quoq; circa hos esse oportet.necesse est enim facultates adesse ciuibus.
hi autem sunt ciues.nam turba quidē vrbana vilium ministeriorū: nulla
pars est ciuitatis.nec aliud genus quodcūq;:quod nō sit virtutis effector.
¶Patet hoc ex eo quod præmisimus.felicitas enim necesse est:vt per virtu Huius
tem fiat.felicē vero dicere ciuitatē debemus:non ad partē aliquam eius re 30
spicientes,sed ad omnes ciues.manifestū igitur ꝙ horum esse possessiones
oportet.siquidem necesse est agricolas esse seruos,vel barbaros, vel mini-
34 stros. ¶Reliquū est ex ijs qui supra numerati sunt:genus esse sacerdotū,
quorū institutio manifesta est. neq; enim agricola, neq; artifex, neq; viliū
exercitiorū quisquā sacerdos est deputādus.honor enim dijs est à ciuibus
impēdendus.Sed cū distincti sint ciues in partes duas: hoc est in eos qui
arma tenent,& in eos qui cōsultant,& decēs sit dijs cultū exhibere,& re-
quiem suscipere eos,qui pro tempore in his laborarūt ac defessi sunt:his
35 vtiq; est sacrorū cura demandanda. ¶Quæ igitur sunt:sine quibus ciui-
tas stare non potest,& quot sint ciuitatis partes:dictū sit.agricolas enim
& artifices & omne ministeriū ciuitatibus existere necessariū est.Sed par-
tes ciuitatis sunt ij qui arma tenent,& ij qui consultant.& separatum est
vnumquodq; ipsorum.hoc quidem semper: hoc vero secundum partem.

NONI CAP. COMMENTARIVS.

QVæstio:an omnes qui in republica versantur,his operibus omnibus participa- 29
re possint:an in vno quoq; supradictorũ sex operum,alij ex ijs qui in republica
versantur ponẽdi sunt?an quædam horum operum,quibusdã propria sunt:alia
vero communia esse necesse est? ¶Diluit.fieri non posse:vt in omni republica 30
omnes his omnibus liceat esse participes.sed secundũ quod licet his operibus,
vel omnibus participare,vel quosdã quibusdã:id facit rerũ publicarũ diuersitatẽ. nam in po
pulari gubernatione,licet omnes omnibus participare: in paucorũ autẽ potentia, opposito
modo,non licet omnibus.quia in ea diuites:mercaturã,arma,sacerdotia,& iudicia tractant.
inopes autẽ: alimenta,& artes.at in optima republica,per quã ciuitas maxime felix est:neq;
qui alimẽta parant,neq; opifices,neq; opulenti:qui quæstu,mercaturáq; cumulandis opibus
insudãt,ciues existũt.nam felicitatẽ sine virtute esse impossibile est. at opificũ & quæstuoso-
rum hominũ vita,vilis est,& virtuti inimica. & agricolarũ inquieta vita.atqui ad virtutẽ cõ
parandã,& rempublicã administrandã:& quiete & otio opus est. sed in ciuitate quæ optime
gubernatur,& iustos habet simpliciter ciues,& non ad suppositionem & ex adiũcto:ciues ar
ma,rem sacrã,& iudicia tractãt. ¶Q uæstio. an in optima ciuitate:eisdẽ ciuibus arma,& iu- 31
dicia cõmittenda sint? ¶Diluit.quodãmodo vt eisdẽ,& quodãmodo vt diuersis.nam quate 32
nus vtrunq; opus altero vigore,& hoc quidem prudentia,illud vero viribus eget:vt alijs.at
quatenus imbecilliores defendũt,ne semper premãtur subiectiq; sint ijs,qui vim afferre pos
sunt:vt eisdẽ.qui enim armorũ domini sunt: ijdem etiã aut status,aut mutationis republi-
cæ domini sunt.relinquitur igitur cũ ijdem sint vtriq;,& arma tenentes & iudicia tractantes:
eisdẽ has reipublicę prouincias cõmitti.nõ simul quidẽ:sed vt natura fert.vt cũ iuniores sint,
arma:factis autem senibus,cõsultationes atq; iudicia.vires enim in iunioribus sunt:prudẽtia
vero in senibus.& sic inter eos officia diuidi cõmodũ,& iustum esse videtur.nam huiusmodi
distributio:id habebit,quod est secundũ dignitatẽ. ¶Et ijs qui arma tractant,& qui iudicia: 33
possessiones adesse oportet. ¶Primo.quia necesse est ciuibus adesse facultates.hi autẽ,vel
soli sunt ciues. nã turba vrbana opificũ,nulla ciuitatis sunt pars.nec genus aliud quodcunq;
hominũ:qui virtutis non sint operatores. ¶Secũdo.quia felicitatem per virtutem fieri (ceu
dictum est) necesse est.& felicem dicere ciuitatem debemus:respicientes non ad partem ali-
quam ciuitatis,sed ad ciues omnes.ciuibus igitur:ad obeunda virtutum munera,facultates
assint necesse est.non quas ipsi parent:sed quæ ab alijs parẽtur.nam necesse est agricolas:aut
seruos esse,aut barbaros,aut accolas. ¶Sacerdotium & sacrorũ curam,non agricolæ,neq; 34
artifici,neq; ijs qui vilibus occupationibus detenti fuere cõmittendam esse:sed ijs ciuibus,
qui pro tempore,& in armis & in consultationibus ac iudicijs,strennue laborarunt,& defes-
si sunt,& par est eos vacationem,requiémq; suscipere.nam honor:deo à ciuibus est impen-
dendus.sic enim pro dignitate quoad fieri potest:impendetur. ¶Paucis colligit,quæ deter- 35
minata sunt:& agricolas,& omnes qui ministrant,& arma tenentes,& iudices separatos di-
stinctósq; esse dicit.sed agricolas & ministrantes omnes:semper separatos ab ijs qui arma cu
rant,& a iudicibus.arma vero tractantes & iudices:secundum partem & tempus.

ANNOTATIONES AD CAP. NONVM.

CLarum est quòd quodammodo eisdem.nam reipsa ijdem:sed ætate & qualitate sunt 32
differentes.

¶De distributione ciuitatis,comessationibus, partitione regionis, cultoribus,& agricolis. Cap.X.

Ægyptus.
Sesostris.
Creta.
Minos.
Italia.
Italus.
Enotria.

VIdetur autem non nũc neq; pauloante hoc notũ fuisse ijs, 36
qui de republica philosophãtur: quod per genera ciuitas sit
distinguẽda,& pugnatorũ genus aliud esse,aliud agrico-
larũ.nam in Aegypto vsq; ad hoc tẽpus:in hunc modũ se
habet,Sesostri legẽ ferente,in Creta vero Minoë. ¶Anti 37
qua videtur etiam comessationũ institutio. quod in Cre-
ta factũ Minoë regnãte:sed multo prius hoc in Italia quàm in Creta cõstitutũ
fuit.tradũt enim periti homines illorũ locorũ,fuisse Italum quendã Eno
trię regẽ,à quo mutato nomine pro Enotris Itali sunt vocitati,orámq; il-

lam maritimã Europæ quæ est inter Scyllaticum & Lameticũ sinum(distant vero hæc loca: iter semidiei)Italiæ nomen primo recepisse. hũc ergo Italũ tradũt,agriculturã Enotros docuisse: cũ prius essent pastores vagi ac pallãtes. illisq; leges posuisse,& comessationes instituisse primũ.Quapropter etiam nũc quidã illorũ populorũ:comessationibus vtuntur,& legibus quibusdã ab illo positis.Incolebãt autẽ eam Italiæ partem,quæ ad Tyrreniã versa est Opici:qui nũc cognomẽto Ausonij nominãtur.alterã vero partẽ quę ad Iapygiam & Ionium pertinet,incolebãt Chaones Syrtim appellatã:& ipsi quoq; ab Enotris orti. inuẽtio igitur comessationũ: hinc primũ extitit.Diuisio autẽ ciuitatis per genera:apud Aegyptũ incepit.Sesostris enim multis tẽporibus ante fuit q̃ Minos in Creta regnaret. Et alia fere credendũ est eodẽ modo inuẽta fuisse freqũeter in longo tẽpore:imò vero infinities.nam & quæ necessaria sunt ad vsum vitæ: indigentiam ipsam docuisse rationabile est.quæ autẽ ad ornatũ & affluentiã:illis repertis,additamenta postmodũ facta fuisse,ad expolitiorem viuẽdi formam.quod eodẽ modo in cõstitutione rerum publicarũ accidisse credendum est. Esse vero cuncta vetusta signũ est:quòd Aegyptij(quorum antiquitas maxima putatur)leges habuerũt,& ciuilem institutionẽ.Quapropter vtendũ est ijs,quæ sufficiẽter tradita sunt:& quæ deficiũt,reperire conandũ est.

Europa. Scyllaticus sinus. Lameticus sinus. Enotri. Tyrrenia. Opici. Ausonij. Iapygia. Ionium. Chaones. Syrtis. Ægyptus. Sesostris. Minos. Creta. Ægyptij.

38 ¶Quòd igitur agri & possessiones eorum esse debẽt,qui arma tenent,quiq; partes sunt ciuitatis,dictũ est. & qua de causa cultores illarum,alios esse oportet,& quãta & qualis regio esse debet.

39 ¶De distributione vero ipsius regionis,& qui,& quales esse debẽt cultores:dicendũ est primũ.Quandoquidẽ neq; cõmunes quidem omniũ censemus esse debere possessiones:vt quidam tradidere,sed vsu amicabili cõmunes fieri,neq; deesse vlli ciuium alimenta.De comessationibus quoq; videtur omnibus vtile esse:vt assint bene institutis ciuitatibus.quam vero ob causam nobis quoq; idem videatur:postea dicemus.Oportet autem ciues vniuersos ad earũ cõmunionẽ admitti.at non facile est,vt qui pauperes sunt,cõtribuere statutã pensionẽ ex proprijs possint:& cæterã domũ gubernare.Præterea in sacrificijs,cultuq; deorũ:sumptus cõmunes esse debẽt totius ciuitatis.Est igitur necessarium in duas partes regionẽ diuidere.& aliam publicam esse,aliam priuatorũ. Vtraq; illarũ partium rursus diuidẽda est. illius nanq; partis quã publicam esse debere diximus:vna pars,deorũ cultui deputanda est,altera vero ad comessationum impensam.Rursus vero priuati agri pars vna ad proprias necessitates est deputãda:altera vero ad ciuitatem.vt duabus sortibus vnicuiq; distributis:amborum locorũ omnes participes sint. ¶Aequũ enim & iustũ ita se habet:& ad finitima bella cõcordãtius.Vbi enim hic modus nõ seruatur:alij facile prosiliũt ad finitimorũ inimicitias,alij nimiũ illas refugiunt,& cõtra dignitatẽ.Quam ob rem apud quosdã lex est:vt qui agros habẽt vicinos,hi non admittantur ad consilium belli aduersus illos suscipiendi,quasi ob priuatã sui causam recte consilium dare non valentes. agrorum igitur per hunc modum

Socrates. Capite 12 Partitio regionis.

facienda est partitio ob causas antedictas. ℭCultores autem ipsi quidem 40
(si secundum votum optandum est)serui esse debent.neq; omnes vnius ge
neris:neq; animo elati. ita enim ad faciendum opus, vtiles fuerint:& ni
hil noui ab eis metuendum erit in securitate degentibus. Secundo autem
loco barbari ministri:natura similes ijs,quos supra diximus. Horum au
tem in priuatis quidem agris & ipsi priuatorũ dominorum sint:in publi
cis vero publici. Quemadmodũ autẽ seruis vtendum sit,& quare melius
est omnibus seruis præmium libertatis esse propositum:postea dicemus.

Primi Economicorũ, cap. 5

DECIMI CAP. COMMENTARIVS.

AGricolas,genus aliud esse à genere propugnatorum,& ciuitatem sic per gene 36
ra esse distribuendam,vt pauloante dictũ est:neq; nunc primum,neq; è recenti
id notũ fuisse ijs,qui reipublicæ institutioni studuerunt. nam & in Ægypto ex
ijs legibus quas tulit Sesostris: res ita se habet,& in Creta ex legibus Minois.
ℭComessationes primũ fuisse repertas in Italia, q̃ a Minoe constitutas in Cre 37
ta:& distributionẽ ciuitatũ per genera,prius in Ægypto,q̃ Minos regnaret in Creta.nam Se
sostris multis annis Minoa præcessit. & Ægyptijs tribuit Aristoteles maximã antiquitatẽ:&
eo quoq; maiorẽ,quo mundi suspicabatur æternitatẽ. Litera apertam cõtinet narrationem.
ℭDicta:epilogo colligit. ℭDe partitione regionis,& cultoribus.regionẽ duas in partes esse 38
diuidendam:quarũ vna pars publica sit,& altera priuata.& publicã in duas:quarũ vna diui 39
norũ cultui deputetur:altera verò ad comessationũ impensam. quia in sacrificijs,& cultu di
uinorũ: sumptus cõmunes esse debẽt vniuersæ ciuitatis.& cõducibile esse videtur:vt ciuitatibus bene institutis,comessationes assint. vt dicetur inferius numero 46. atq; omnes ciues ad earũ recipi cõmunionẽ. quod haudquaq̃ facile fuerit:si quẽlibet ex proprijs pẽsionẽ certã cõtribuere oportet. nam pauperibus:graue esset taxationẽ,epulo cõmuni afferre,& reliquã domũ gubernare. partẽ regionis priuatã:itidem partiendã esse. pars vna ad proprias necessitates est deputãda:& altera ad publica ciuitatis onera. sic vt duabus sortibus vnicuiq; distributis,ciues omnes vtriusq; loci sint participes. Primo quidẽ. quia neq; cõmunes omnium cẽsemus esse debere possessiones (quomodo Socrates & Plato tradidere) sed vsu amicabili cõmunes fieri.neq; cuiq̃ ciuiũ deesse oportere alimẽta ℭSecũdo. quia hęc distributio æqua & iusta esse videtur:& ad arcẽda finitimorũ bella accõmodatior. nã vbi hic modus nõ seruatur:alij facilius,ad finitimorũ inimicitias proruũt,& alij magis q̃ par sit,illas refugiũt. quam ob causam apud quosdã lex est:vt qui finitimis agros vicinos habẽt,ad consiliũ non admittantur,vbi de bello cõtra finitimos suscipiẽdo agitur. quasi ob priuatam sui causam:inualidi
sint dare cõsiliũ. Sic igitur regionis & agrorũ partitio faciũda:& ob causas dictas. ℭAgrico 40
las terræ'q; cultores,primo loco expedire esse seruos,nõ eiusdẽ tribus atq; gẽtis,neq; animo elatos. nam ita vtiles erunt ad opus:& ciues securi erũt,nihil noui ab eis moliri. Secũdo loco:cultores habẽdi sunt barbari ministri,neq; regionis eiusdẽ,neq; animosi. & in priuatis quidem agris:cultores sint,aut serui,aut ministri barbari,priuatorũ dominorũ,& in publicis sint publici. & bonũ est vt omnibus seruis:pręmiũ libertatis sit propositũ/vt postmodũ dicetur.

ANNOTATIONES AD CAP. DECIMVM.

Diodorus. Plato.

IN longo tempore imò vero infinities. Hoc:ex errore perpetuitatis mundi. & an 37
ni illi quos ex monumentis Ægyptiorũ Diodorus Siculus allegat:fabulosi sunt.
& nouem illa milia annorum Platonis in Critia:fabulosa. historia autem sacra:de
annis mundi maxime vera. ℭVt duabus sortibus vnicuiq; distributis. Sors:pars 39
quæ ex primaria regionis distributione, alicui obtigit, vt paulo supra visum est. sic igitur vult:duas sortes,vnicuiq; ciuium esse distribuendas.

ℭDe situ vrbis,locis rebuspublicis accõmodatis, priuatis ædib9,muris,ornatu ciuitatis. Ca. XI.

VRbs autem q̃ terræ marisq; particeps esse debet, & quo 41
ad totam regionem similiter esse debet cõmunis quantũ
fieri potest: dictũ est prius. ipsius autẽ ad seipsam:optã
dum est positionẽ sortiri,ad quatuor respiciẽtes. Primũ

Huius 18 & 20

ad sanitatem.quod est necessarium.ad orientē enim solem cōuersæ vrbes,
& ad eos ventos qui inde perflāt:salubriores sunt.secundo loco quæ sunt
secundū boream sitæ. hæ nāq; sunt ad hyberna potiores. ¶In reliquis ve 2
ro:vt ad ciuiles res & ad bellicas oportune se habeat.ad bellicas quidē:vt
facilis sit ciuibus in aliena egressio.hostib⁹ vero difficilis aggressio,ac dif-
ficilis circundatio.¶Aquarū autē & stagnorū abundantiā habeat,maxi 3
me naturalē.q; si naturalis deficit:ex aqua pluuiali cisternæ & lacus,qui
magnā vim aquarū suscipiunt,cōparentur.ita vt inde aqua si quādo obsi
derentur : nunq̄ ob bellum deesse possit. ¶Sed cum oporteat de sanitate 4
inhabitantium curā habere: hoc autem fit primū in situ & qualitate loci
vt bene se habeāt, secūdum in aquarum salubrium vsu: in ea quoq; re est
diligentia merito adhibenda.quibus enim plurimū & frequentissime vti-
mur ad corpus:ea plurimū conferunt ad sanitatem.aquarū autem ac ven-
torum potētia: talem habet naturam.Quapropter in ciuitatibus quæ re-
ćte sapiunt:distinguendus est aquarum vsus si non omnes sunt pares,nec
abundantia sit earum aquarū: vt aliæ seorsum aquæ ad cibū & potū,aliq;
42 ad aliam indigentiā deputentur. ¶Loca enim munita,non pariter cun-
ćtis ciuitatibus vtilia sunt : vtputa arx ad dominatū vnius, vel paucorū.
In populari autē viuendi modo:æqualitas loci.In optimatū vero guber-
43 natione,neutrum istorum:sed magis crebra fortia loca.¶Priuatarum au
tem domorum forma,gratior est,& cōmodior ad cæteras res existimatur
secundum recentiorem,& Hippodamium modū: sed ad securitatem ho- Hippodamus.
stium,tutelámque ciuitatis vtilior erat antiquorum ædificatio.habebant
enim illorum ædificia inextricabiles aditus:ex quibus nisi consueti eua-
dere vix possent,& inscrutabiles latebras,si qui aggrederētur:quare vtris-
que horum participare debent. Potest enim hoc fieri si quis ita disponat:
vt solent agricolæ illos, quos vocant quidam vinearum tramites . Et non
totam vrbem facere peruiam: sed portas quasdam, & loca.sic enim & ad
44 securitatē,& ad ornatum se bene habebit.¶Mœnia vero qui dicunt non
oportere adesse ciuitatibus illis quæ virtutē possideāt: nimium prisce lo-
quūtur.& hoc vident per experientiā reprobatum in ijs ciuitatibus:quę
id sibi ad gloriā iaćtabāt.est enim ad pares,ac non multo excedētes mul-
titudine: non satis decorum per mœnia seruari velle. sed cum aliquando
id cōtingat,& fieri possit,vt multo maior hominum multitudo ac maior
virtute superueniat:si saluos esse oportet,neq; perire,neq; cōtumelijs affi
ci firmissimā munitionē murorum putandum est oportunissimā esse in
bello. præsertim hoc tempore:in quo tormēta & machinæ ad obsidiones
vrbium,cum omni subtilitate sunt adinuentæ.¶Simile est enim ciuitatē
non circundandā esse mœnibus censere:& regionē facilem ad inuadendū
quærere, & deijcere montuosa loca,& priuatis domibus non circundare
parietes,quasi viles futuri sint ciuitatis habitatores.¶Atqui ne id quidē
latēre oportet:quòd qui mœnibus circūdantur, licet eis in vtrāq; partem
vti vrbibus,& tanq̄ habentibus muros,& tanquā non habētibus.sed eis

quí mœnía non habent:non licet. ℂSí ergo per hunc modũ ſe habet, non 45
ſolum mœnía circundanda ſint vrbí:verum etiam curandum,vt & ad ornatum ciuítatis ſe habeant decenter, & ad bellicas oportunítates,tum ad alías,tum ad íllas,quæ nũc ſunt repertæ. Vt enim aggreſſoribus cura eſt, quíbus modís víncant: íta quædam iam reperta ſunt: quædã ínueſtígare atque philoſopharí oportet eos,quí defendunt. à príncípío enim non aggrediuntur expugnare eos,quí bene ſe præparauerínt.

VNDECIMI CAP. COMMENTARIVS.

DE ſitu vrbis. iaceat apte,& ad terræ & ad maris commoditates quoad fieri po 42
reſt.ceu numero 18 & 20 huius eſt dictum.& ad eius ſitũ:quatuor ſunt reſpiciẽda. Primũ.vt vrbs ad orientẽ conuerſa ſit.quia venti qui inde perflãt:ſalubriores. Quòd ſi cõmode ad orientẽ cõuerti non poteſt: ſaltem ſitus eius in boreã vertatur. Hic nãq; ſitus:frigora ſalubriora miniſtrat. ℂSecundũ. vt ſit facilis ciuibus ad exteros egreſſio, hoſtibus autem difficilis acceſſio,vrbs'que circundatu difficilis. ℂTertiũ. aquarũ & ſtagnorũ aſſit naturalis abundãtia.quæ ſi deſit:ciſternę & lacus pluuialis aquæ,qui magnã vim aquarũ cõcipiant,parandi erunt.vt inde, ſi quando obſiderentur: nunq̃ aqua ob bellum deficere poſſit. ℂQuartũ.eo loci ſituanda eſt:vt ſalubrium aquarũ ratio minime negligatur. & in ciuitatibus diſtinguẽdus ac ſecernendus eſt vſus earum:ſi non omnes æquali ſunt ſalubritate, & quæ ad vſum corporis & alimentorũ accõmodatæ ſint, & quæ ad alias deputẽtur indigẽtias.primũ & quartũ,ſanitatẽ:ſecundũ & tertium,rem bellicã
reſpiciũt. ℂQuæ loca diuerſis rerumpublicarũ ſpeciebus accõmoda.arx:cõuenit principa- 42
tui vnius,& paucorum potẽtiæ.loci æqualitas:populari ſtatuí.optimatũ gubernationi,neutrum horum:ſed plura fortia loca. ℂPriuatarũ domorũ forma:dum pacatiora ſunt tẽpora, 43
gratior,& rebus accõmodatior,ſecundũ recentiorẽ & Hippodamiũ morẽ:ad ſecuritatẽ autẽ hoſtium,belli tẽpore & ad ciuitatis tutelã,vtilior erat antiquorum ædificatio.habebãt enim eorum ædificia difficiles egreſſus: ex quibus niſi cõſueti,vix euadere poſſent, & inſcrutabiles latebras,ſi qui aggrederẽtur.quare par eſt: vt ciuitas vtriſq; horum ædificiorum participet.nã id fieri poteſt:ſi quis ita ædificia diſponat, vt ſolent agricolæ eos tramites quos vocant nonnulli vinearum Syſtadas,& non faciat vrbem totã peruiã,ſed ſecundũ partes & loca.ſic enim & ad ſecuritatẽ & ornatum:vrbs cõmode ſe habebit. ℂExpedit ciuitatẽ firmiſ- 44
ſimã murorum habere munitionẽ: & maxime quidem hoc tẽpore, in quo tela & machinæ ad vrbium obſidiones cum diligẽtia ſunt repertæ.& qui dicunt mœnia ciuitatibus quæ virtutem poſſideãt,non oportere adeſſe:nimiũ priſce,obſoletéq; loquũtur.nã quanq̃ ad pares, ac non multo excedẽtes multitudine:nõ ſatis decorũ ſit,per mœnia ſaluari velle. ſed cũ fieri poſſit,vt multo maior hominum multitudo ac virtute ſuperior ſuperueniet:ſi ciues ſaluos eſſe oportet,neq; perire,neq; cõtumelijs affici, firmiſſimũ murorum eſſe præſidiũ putandũ eſt. ℂSecundo.quia ſimile eſt ciuitatẽ non eſſe circundandã mœnibus cenſere:& regionẽ facilem ad inuadendũ quærere,montuoſaq; deijcere loca,& priuatis ciuium domibus nõ circũdare parietes,quaſi viles futuri eſſent ciuitatis habitatores. ℂTertio.quia ciues vti poſſunt vrbibus ſuis,ſi mœnibus circũdatæ ſint in vtrãq; partẽ,& vt habẽtibus muros & nõ ha
bentibus:ſi autẽ circundatæ nõ ſint,non ita licet. ℂNon ſolum mœnia vrbi circundãda:ſed 45
& curandũ diligenter vt ad ornatum ciuitatis ſe habeant,& ad bellicas oportunitates,& ad eas quæ pro tempore ſunt repertę.nã vt aggreſſoribus cura eſt,quibus modis vincãt:ita aduerſus ea quæ iam reperta ſunt,quædã inueſtigare,& ſubtiliter machinari eos qui defendũt oportet.nã a pricipio nõ aggrediunt̃ eos expugnare:quos ſe bene pręmuniuiſſe ĩtellexerint.

ANNOTATIONES AD CAP. VNDECIMVM.

AQuarum autẽ & ſtagnorũ. Bonarũ & ſalubrium aquarũ proprietates,& proba 42
tiones:in octauo Vitruuij Pollionis.qui liber cũ ad manus habeatur,& ſit vbiq; frequẽs,ſatis eſt locũ admonuiſſe.quãq; & de eadẽ re medici,& alij authores cõplures. ℂPriuatarũ autẽ domorũ forma:gratior eſt & cõmodior,ſecundũ recen 43
tiorẽ,& Hippodamiũ morẽ.Qui cupit ædificiorũ Grecorũ formã,vtilitatémq; noſſe: legat nonum cap.texti Vitruuij de ædificijs Græcorũ. ℂPræſertim hoc tẽpore: in quo tormenta 44
& machinæ ad obſidiones vrbium cum omni ſubtilitate ſunt adinuẽta. Hæ machinæ erãt: Scorpiones, Catapultæ,Baliſtæ,Arietes, Teſtudines, Arpagones, Obambulatoriæ turres, Heliopoles,& id genus machinarũ.Nam nemo putet illa tormẽta quibus (vt ait quidam)

Vitruuius.

De machinis tonitruarijs.

Non tanto fertur Nili cataracta fragore
Ire:nec æthera tam ſtrepit arce deus,
Imbriferæ geſtant cum ſola tonitrua nubes,
Aut cum de cælo fulminis ira ruit.

Tormenta inquam tonitruaria:nemo putet temporibus Ariſtotelis fuiſſe reperta. quando-
quidē haud admodū multos,ſupra annos 100 fluxiſſe exiſtimant ab huiuſmodi infauſta tar-
tarearū machinarū inuentione. quarū ſiue belga,ſiue teuto repertor fuerit (ceu dicūt) dum
tentat cōfuſis in vnum multis venenis, & ſtygijs pulueribus metalla cōmutare,omnibus in
olla grandi coniectis,occluſo fortiter ore,& incenſæ fornaci ſuperpoſita, dum putat medi-
cinam conficere,quæ viles materias in flaua tranſmutet metalla:protinus horrendo tonitru
feruefacta olla,diſrumpitur,diſſilit'q;,quaſi manibus excuſſa Cyclopū.deſilierunt parietes,
culmen domus in ſublime rapitur: quaſi dæmon quidam deferbuiſſet in olla. attonitus re-
pertor:tormenta excogitat fulmine nocentiora,ad vltimā hominū pernitiē.& bene morta-
libus tunc conſultum fuiſſet:ſi ceu Sulmoneus, vero fulmine tunc conflagraſſet. nouo ta-
men inuento exultans,Pyragmon ille nouus,reges adit,adit tyrannos,ſcelerati pectoris ſe-
creta pandit.admittitur:admiratur, ſumptus, & adiutores, multos Cyclopas & broontes
illi adiungunt . ſic omnium artium deterrima, nocentiſſimáq; ac nefandiſſima reperta eſt.
qui ſi Buſyrim aut Phalarim adijſſet,quos antiquitas effinxit crudeliſſimos:inuenti crude-
litatem exhorruiſſent, dediſſétq; primus, male conceptæ artis pœnas, & cum crudeli arte
(vt par fuerat) crudeliſſime perijſſet.

❡De ædibus ſacris,foris,& locis comeſſationum. Cap.XII.

46 CVm vero multitudo ciuiū in comeſſationes diſtributa
eſſe debeat:mœnia vero ſint pręſidijs quibuſdā,& tur-
ribus per oportuna loca interpoſitis munienda: clarū
eſt,ꝙ res exigit aliquas comeſſationū,in illis ipſis prę-
ſidijs collocari. Et hæc quidem per hunc modum itaq;
47 videntur cōſtituēda. ❡Aedes vero deorum,ac princi-
paliſſimæ magiſtratuum comeſſationes idoneum locū
habere debent:& eundem,ſacra quotcūq; lex non ſeparat,aut reſponſum
oraculi.eſſet autem talis locus quiſquis ſupereminentiam haberet ad vir-
tutis poſitionem ſufficienter:& ad vicinas partes ciuitatis excellenter.de-
cet autem ſub hoc loco:cōſtructionem fori eſſe talem, qualis eſt in Theſ-
ſalia eius,quod liberum vocant.id eſt ꝙ debet eſſe purum ab omni mer-
catu: & neq; opifices, neq; agricolas, neq; alios vllos tales illi appropin-
quare,niſi à magiſtratib⁹ vocarētur.fuerit vero hic locus gratior,ſi gym-
naſia ſeniorum ſint in eo conſtituta. decet enim ſecūdum ætates diſtribui
hunc ornatum:& in iunioribus magiſtratus quoſdā verſari.ſeniores au-
tem,magiſtratibus aſſiſtere.Præſentia enim magiſtratuū ante oculos po-
48 ſita:gignit veram reuerentiā, liberalémq; pudorem. ❡Vænaliū autē re-
rum:aliud forum eſſe debet, & alio loco ſitum congreſſu facile, quò & à
49 terra & à mari facilis ſit importatio omnium. ❡Cum vero multitudo ci-
uium diuiſa ſit in ſacerdotes,& magiſtratus:decens eſt,ſacerdotibus cir-
ca ædes ſacras eſſe comeſſationes inſtitutas.Magiſtratuum autē quicūq;
de contractibus ius dicunt, & qui de accuſationibus cognoſcunt, & qui
circa vocationes in ius,& aliam huiuſmodi adminiſtrationē intēdunt,&
inſuper qui ædilitatis,& vrbanarum rerum curā gerunt: iuxta forum in
loco celebri,cōmuniq; ſunt comeſſationes ſtatuendæ.talis eſt locus illius
fori:in quo neceſſaria vænundantur.nam alterum illud forum ſuperiori

loco ſitum, debere eſſe diximus otioſum:hoc autẽ ad negotia rerũ neceſ-
ſariarum deputari. ¶Hunc eundem ordinem in regione imitandũ eſſe 50
dicimus.ſunt enim magiſtratus quidã apud ruſticos:quos alij ſiluarum
cuſtodes,alij agri menſores appellant:quibus & loca ad cuſtodiã regio-
nis, & comeſſationes ſunt iiſdẽ in locis conſtituendæ. Templa quoq; per
regionem diſtributa eſſe debent,partim dijs, partim heroibus. Sed im-
morari circa iſta ſuperfluum eſt : cum ſint illa non difficilia cognitu, ſed
magis factu.dicere enim, voti eſt:euenire autẽ, fortunæ.Quapropter cir-
ca talia inſiſtere:ad pręſens omittamus.

DVODECIMI CAP. COMMENTARIVS.

ALiquas comeſſationes ciuium,in oportunis quibuſdam locis:quæ & ad vrbis 46
præſidia & ad comeſſationum vſus, ornatúmq; ciuitatis erunt adiuncta, eſſe
celebrandas. ¶Ædes ſacras & ſcenacula pro præcipuis comeſſationibus ma- 47
giſtratuum in eminenti loco ciuitatis eſſe locanda,qui quidem locus poſitio-
ne ad virtutem emineat,& ad reliquas ciuitatis partes excellentiã gerat, ſub
quo platea ſit,forúmq; liberum,& ab omni mercatu purum. cui neq; opifices, neq; agrico-
las,neq; alios huiuſmodi liceat appropinquare : niſi à magiſtratibus vocatos. Et hic locus
gratior fuerit:ſi ornetur ſeniorum gymnaſijs.atq; hic gymnaſiorum ornatus:debet ætatib⁹
accommodari.& inter iuniores magiſtratus quoſdam verſari:quibus ſeniores aſſiſtant.nam
præſentia magiſtratuum ante oculos iuuenum poſita:gignit veram reuerentiã,liberalémq; 48
pudorem. ¶De foro rerum vænalium. ¶Loca comeſſationum ſacerdotum:circa ædes ſa- 49
cras conſtituenda.& magiſtratuum qui ſummi non ſunt:iuxta forum rerũ vænalium. ¶Per 50
regionem ſimili proportione : magiſtratibus, & comeſſationes & loca ad comeſſandum,&
templa ſunt ordinanda.

ANNOTATIONES AD CAP. DVODECIMVM.

FVerit vero hic locus gratior:ſi gymnaſia ſeniorum ſint in eo conſtituta.Gymna- 47
ſia,publica loca:in quibus variarum diſciplinarum & artium,& ſtudioſorum offi-
ciorũ exercitamenta fiunt.qualia volebat Socrates,ſenibus eſſe ordinata:in quę
ſummo mane cõuenirẽt,& docturi& tractaturi ea,quæ ad optimã viuendi diſci-
plinam pertinerent.qualia dicit Xenophon in inſtitutione Cyri:fuiſſe apud Perſas. ¶Tem- 50
pla quoq; per regionem diſtributa eſſe debẽt:partim dijs partim heroibus.Hic ritu gentiũ,
de ſacris loquitur Ariſtoteles.ſed quaſi non multum illa ſibi curæ ſint:addit immorari circa
illa ſuperfluum eſſe.& reuera nec ſolum ſuperfluum:ſed & ſtultũ,& vanum omnino eſt,illis
præſertim,qui deum pacis & totius bonitatis dominum,agnouerunt.

¶De recta intentione finis & medijs,de felicitate,& actibus virtutis,de externis,de iis quib⁹ homines fiũt ſtudioſi,& qualitate ciuiũ. Ca. XIII.

DE re autem publica ipſa,ex quibus & qualibus cõſta- 51
re debet ciuitas,quæ beata ſit futura,& recte guberna-
ri:dicendũ eſt.Duo ſunt:in quibus omnis conſumma-
tio bene agendi,conſiſtit.Vnum:vt propoſitum,ac finis
agendi recte ſubiaceat.Aliud:vt eas,quæ ad illũ finem
ferant actiones,inueniamus.fieri enim poteſt:vt & con-
cordent hæc inter ſe,& diſcordent.nam quandoq; id ad quod intẽditur:
recte ſe habet.ſed in actionibus per quas illo potiri credimus:aberratur.
quandoq; autem omnia ad finem diriguntur : ſed finis ipſe eſt praue po-
ſitus.quandoq; etiã in vtroq; eſt error:veluti circa medicinam.neq; enim
quale aliquid eſſe oportet ſanũ eſſe corpus: recte iudicãt interdũ, neq; ad
ſuppoſitum ſibi finem opera diriguntur. oportet autem in artibus & ſci-
entijs hęc vtraq; obtineri,finẽ & eas,quæ ſunt ad finem,actiones. ¶Q? 52
igitur bene viuere ac felices eſſe omnes cupiunt: manifeſtum eſt.ſed alijs

poteſtas eſt adipiſcendi:alijs non,propter fortunam aliquam,vel naturā. opus eſt enim adiumentis quibuſdam ad bene viuendū:minoribus quidem illis,qui melius diſpoſiti ſunt,maioribus autē qui peius. alij vero:
53 ſtatim non recte quærunt felicitatem,cum poſſint. ¶Cum autem propoſitum noſtrum ſit optimam rem publicam videre,ea vero eſt,per quam ciuitas optime gubernetur,optime autem gubernatur,ſi felicitatem maxi-
54 me recipiat:manifeſtum eſt,ꝙ quid ſit felicitas latere non debet. ¶Diximus autem in Ethicis (ſi modo illorum librorum vtilitas vlla eſt)operationem eſſe, & vſum virtutis perfectum:& hunc non ex ſuppoſitione,ſed ſimpliciter.dico autē ex ſuppoſitione:quæ neceſſaria ſunt.ſimpliciter autem:quod in ſeipſo commendationem habet. veluti circa res iuſtas iudicare,punire,ſupplicio afficere à virtute quidem eſt: ſed neceſſaria,& ex neceſſitate,bene ſe habent. eligibilius namq; foret,nullo tali indigere, nec hominem nec ciuitatē. At vero ad honores & opes,ſimpliciter ſunt optimæ actiones.nam alterū quidem mali alicuius gratia electio eſt.hęc autē
55 contrà.præparamēta enim bonorum ſunt,& generationes. ¶Studioſus enim vir,& paupertate,& morbo,& alijs fortunæ aduerſitatibus,laudabiliter vtetur:verū tamen felicitas in contrarijs exiſtit.nā & hoc determinatū fuit in Ethicorū libris:ꝙ talis eſt ſtudioſus,cui per virtutē ſunt ſimpliciter bona.patet autem:quòd & vſus iſtos,neceſſarium eſt ſtudioſos &
56 bonos eſſe ſimpliciter. ¶Quapropter exiſtimant homines, externa bona cauſam eſſe felicitatis. ceu ſi quis bene pulſandi cauſam putet eſſe lyram magis quàm artem.neceſſarium eſt autem ex ijs quæ dicta ſunt:alia ſubeſſe,alia parare legis poſitorem. ex quo ſecundum votum optamus ciuitatis conſtitutionem in ijs, quorum domina eſt fortuna. dominam enim illam poſuimus.ſed ſtudioſam eſſe ciuitatem, non eſt fortunæ opus : ſed ſcientiæ ac electionis.atqui ſtudioſam eſſe ciuitatem:eſt ciues illos,qui in republica verſantur eſſe ſtudioſos.Nobis autē omnes participes ſunt reipublicæ.hoc igitur cōſiderandum eſt: quomodo vir fiat ſtudioſus. Nam ſi contingit omnes eſſe ſtudioſos: non autem iccirco oporteat ſingulos ciuium. quo pacto foret optabilius. ſequitur enim ad ſingulos : & omnes
57 eſſe. ¶Atqui boni quidem & ſtudioſi fiunt per tria.ſunt autem hæc tria: natura,mos,ratio.etenim naſci oportet primū,ceu hominem:& nō aliud animal. & ſic qualem aliquem ſecundum corpus & animam . Quædam etiam naſci nulla vtilitas eſt.mores enim mutari faciunt. nam aliqua per naturam ad vtraq; apta:per mores ad peius,vel ad melius conuertuntur. cætera igitur animalia maxime viuunt ſecundum naturam, parum vero aliquid vt ſecundum mores:homo autem & ſecundum rationem.ſolus enim rationem habet.Itaq; oportet ſimul concordare hęc.multa enim prę ter mores,etiā præter naturam agunt homines propter rationē:ſi perſua-
58 deatur melius eſſe aliter agere. ¶Natura igitur quales eſſe oportet eos, qui legum poſitori ſint parituri : determinatum eſt prius. Reliquū opus eſt iam diſciplinæ.quædam aſſueſcendo diſcuntur:quædam audiendo.

Primi cap. 10

Huius 23.

TERTIIDECIMI CAP. COMMENTARIVS.

DEducit duo hæc: rectam de fine conceptionem, rectúmque intentum finem, & actiones mediorum recte assecutas: summã bene agendi continere. & esse quosdam: qui circa ipsas mediorum actiones errent. quosdam: circa finem. & alios: circa vtraque. ¶Omnibus inditum esse bene viuendi desiderium: sed non omnibus assequendi adesse facultatem. q aliqui: impedimento naturæ, hac potestate prohibiti sint. alij vero: ob fortunam, aut aliquid aliud, eorum mentes ad deteriora incuruans. ¶Ciues, eámq; ciuitatem quæ optime gubernanda sit: minime latere debere quid sit felicitas. Litera perspicua. ¶Actus virtutum quosdam esse perfectos simpliciter & absolute, quosdam autem ex suppositione. & felicitatem in ijs qui simpliciter perfecti sunt consistere. & actus virtutũ ex suppositione perfectos appellat: qui necessarij sunt, vt condemnare, punire, supplicio afficere, & huiusmodi. simpliciter autem perfectos: qui ex seipsis bene se habent, vt liberalitatis & magnificentiæ officia circa opes, magnitudo animi & modestia circa honores. & præstaret ciuitatem non indigere actibus necessarijs: sed solis absolute, simpliciterque perfectis, illi opus esse. nam actus necessarij quorundam malorum electiones. siquidem pœnæ & cruciatus mala. at perfecti, simpliciter electiones sunt præparationum, acquisitionúmque bonorum. ¶Quanquam studiosus vir & paupertate, & morbo, & alijs fortunæ pressuris laudabiliter vtatur: non tamen in vsu talium consistit felicitas, sed magis in vsu contrariorum, diuitiarum inquam, incolumium virium, & prosperitatum fortunæ, secundũ virtutem. nam vsus virtutis circa illa, necessarij sunt: circa ista autẽ simpliciter studiosi, atq; perfecti. atqui studiosus: felix est, cui secundũ virtutem insunt simpliciter bona, vt in Ethicis dictum est. quare & actus hos secundum quos felicitas inest: simpliciter studiosos, bonos, perfectos'que esse necessarium est. non igitur sunt in vsu paupertatis, morbi, aduersitatum fortunæ secundum virtutem: sed potius in vsu oppositorum. ¶Arguit eos, qui quia felicitas consistit in vsu fortunarum secundum virtutem: iccirco putant fortunas, externáque bona præcipuam esse felicitatis causam. quia id putare simile est: ac si quis bene pulsandi causam putet esse lyram, potius quàm artem. necesse itaque est, ex ijs quæ numero præcedenti dicta sunt: alia bona subesse, & alia legislatorem parare ob id quod secũdum votum optamus ciuitatis constitutionem, cum ea assint, quorum fortuna domina est. dominam enim aliquorum: ipsam esse ponimus. at studiosam esse ciuitatem, non amplius fortunæ est opus: sed id legislatoris scientia, & virtutis electione, comparatur. quinimo ciuitas hoc ipso studiosa est: quo ciues qui in ea republica versantur, sunt studiosi. omnes autem ciues: reipublicæ volumus esse participes. id igitur studendum: quomodo ciuis quisq;, vir euadat studiosus. nam si contingit omnes simul esse studiosos, et si non singuli quique ciuium sint studiosi: sic autem vt singuli quiq; essent studiosi esset eligibilius. nã sequitur ad singulos quosq; esse studiosos: simul omnes esse studiosos. ¶Tria per quæ homines & boni & studiosi fiũt natura, cõsuetudo, ratio. natura quidẽ: quia nasci primũ oportet, ceu hominẽ, non aliud animal quodcunq;. & ita secũdum corpus & animam affectũ: vt bonitatis, virtutis'q; capax existat. cõsuetudo: quia quosdam ita nasci, nulla est vtilitas. nam mores ad deteriora mutari faciunt: nisi dexteritati naturæ consentanei assint. aliqui enim per naturam apti: per mores aut ad melius aut ad deterius conuertuntur. Ratio vero: quia cætera animalia, maxime natura viuunt, pauca autem quædam, ceu mansueta, canes, consuetudinibus, homo autem ratione. animalium enim homo solus: rationem habet. quare oportet hæc rationi parère, atq; consentire. multa enim patrãt homines, & præter mores & præter id ad quod natura trahit: propter rationẽ, si illis persuasum sit melius esse aliter q̃ id fit, ad quod consuetudo seu natura trahit, agere. ¶Reuocat ad memoriam: quod numero 23 huius, dictũ est quales natura esse oporteat ciues, qui bene à legislatore instituendi sint. reliquum autem est disciplinæ officium, & eorum quæ sunt disciplinæ: quædam ciues consuetudine, vsúque & exercitatione discunt, quædam vero auditu, alio quodam profitente.

51
52
53
54
55
56
57
58

ANNOTATIONES AD CAP. TERTIVMDECIMVM.

QVid sit felicitas: latère non debere. Ex hoc, nota: quàm vtile est, & necessarium, ciues summa cura, summóque studio morales disciplinas intelligere, & in illis sua excolere ingenia. ¶Studiosus autem vir: paupertate & morbo. cap. decimũ primi Ethicorum facit ad eorum, quæ in hoc capite dicuntur intelligentiam. & contra: hæc, ad perfectius illud intelligendum.

53
55

¶ De identitate imperantium & parentium & differentia, de disciplina, virtute partibus animæ, errore circa fines, & de dominatione. Cap. XIIII.

59 Cum vero omnis societas ciuilis constet ex imperantibus & parentibus: hoc iam considerandum est, vtrum alios esse oportet qui imperant, & alios qui parēt, an eosdem per vitam. Patet enim ꝙ & disciplina secundum hanc di
60 uisionem sequi debebit. ¶ Si ergo tantum differrent alteri ab alijs, quantum dij & heroës ab hominibus differre putantur, vt primum statim corpore ac postea animo longe antecellerent, ac manifeste indubitatéque appareret eorum supereminentia: clarum est ꝙ semper eosdem istos melius foret imperare, alios parēre. sed cū facile non sit hoc reperire, neqꝫ est (vt apud Indos Scylax esse ait) reges tātū à populis differre: manifestū est, ꝙ propter multas causas necessarium Indi. Scylax.
est, vt omnes similiter participes sint vicissim imperandi & parādi. æquū enim idem similibus: & difficile est stare rempublicam, quę constituta sit præter iustitiam. cum illis enim qui ab imperādo excluderentur, concurrerent omnes, qui sunt in regione statum mutare cupientes: & tantam esse multitudinem in reipublicæ gubernatione vt sit potior istis, vnū aliquid
61 impossibiliū est. ¶ At enim ꝙ oporteat eos, qui in magistratu sunt differre à subditis: indubitabile est. quomodo ergo hęc futura sūt, & quomodo participant: considerare debet legislator, vt prius de hac re diximus. natura enim ostendit hæc: quemadmodum distinguenda sunt. fecit enim eosdē Primi 53
genere: alios iuniores, alios seniores. quorum alteri parēre debent gubernantibus: alteri gubernare. indignatur autem nemo, propter ætatem maiori concedere: nec putat illū qui cedit potiorem se esse, præsertim cum & ipse quando ad id ætatis peruenerit, eundem honorem sit recepturus. est ergo vt eosdem esse dicere, eos qui parent, & imperant: est etiam vt diuer
62 sos. ¶ Itaque & disciplinam: vt eandem dicere necesse est, & vt diuersam. qui enim imperare velit rectē: oportere aiūt ipsum prius sub imperio fuisse. imperium vero: vt primis libris dictum fuit: aut gratia imperantis est, Primi & tertij cap.
aut gratia subiectorum. horum alterum seruorum esse diximus: alterum 4
63 liberorū. ¶ Mandatorum vero quædam inter se differūt: non in agendo, sed in cuius gratia. Quapropter multa: quæ videntur esse ministrorum opera & adolescentum: liberis hominibus pulchrum est ministrare. ad pulchrum enim & non pulchrum non tantum differunt actiones propter se Appetitus sensitiui esse virtutes, itidē & appetitus rationalis sed excellētiores.
64 ipsas: quantum in fine & gratia cuius. ¶ Cum vero ciuis & magistratum gerentis eandē virtutem esse dicimus, quæ est optimi viri, & eundem prius parēre debere, postea imperāre: hoc vtique erit legum positori intuendum, & laborandum, vt viri boni efficiantur, & per quę exercitia, & quis
65 finis vitæ optimæ. ¶ Diuisæ autem sunt duæ partes animæ: quarum altera per se ratione habet, altera non habet quidem per se. veruntamen rationi obtēperare potest: quarum diximus esse virtutes illas, per quas vir bo-

nus dicitur quodammodo. Sed in vtra istarum magis est finis: ijs qui ita diuidunt vt nos fecimus: ambiguum non est quomodo sit dicendum. semper enim deterius: gratia melioris est. patet hoc in ijs, quæ sunt secundum artem: & in ijs quę sunt secundum naturam. melius autem id quod rationem habet. ¶ Diuiditur autem dupliciter: vt nos consueuimus diuidere. 66

Cap. primo sexti Ethicorum.

est enim ratio illa actiua: alia contemplatiua. Sic igitur necesse est & hanc partem diuidere: & clarum est ꝙ actiones correspondenter se habere dicemus. & oportet eas actiones quæ sunt meliores secundum naturam: magis expetendas esse ab ijs, qui consequi possunt aut omnes aut duas. semper enim cuique id est maxime expetendum: quod consequi est summū. ¶ Diuisa est autem vita tota in negocium & otium, bellúmque & pacem. 67
Et agibilium quædam sunt necessaria & vtilia: quædam honesta. in quibus necesse est eandem esse electionē & partibus animę, & ipsarum actionibus. bellum quidem gratia pacis: negocium autem gratia otij. necessaria & vtilia: gratia honestorum. ¶ Ad cuncta igitur hæc aspicere debet, 68
qui legem ponit, & ad partes animæ & ad illarum actiones: magis vero ad ea, quæ meliora sunt & fines. Eodem modo & circa vitas: & rerum diuisiones. posse enim oportet & in negotio versari & in bello: præferenda tamen est pax & otium. necessaria & vtilia agere posse: præferenda tamen sunt honesta. Itaque ad hæc tanquam ad signum & pueri adhuc existentes & aliæ ætates quæ indigent: per disciplinam sunt dirigendæ. ¶ Nam 69

Græci.

qui nunc Græcorum recte gubernari videntur, & legum latores, qui eas respubicas instituere: neque ad optimum finem videtur aspexisse cum rebuspublicis instituerent. neq; ad omnes virtutes: disciplinam, & leges direxisse. sed onerosæ declinauerunt ad illas virtutes: quę videntur vtiles, ac plus habere faciunt. Similiter quoq; posteriorū quidā scriptores: opinionem suā ostenderūt. laudantes enim Lacedæmoniorū rempublicā: admirantur, & cōmendant legislatoris propositū, ꝙ omnia ad potentiam & ad bellū direxerit. quę & per rationē refelli possunt: & per facta ipsa nunc reprobata sunt. vt enim plurimi hominū dominari late cupiunt: quoniā exinde multa proueniūt fortunæ cōmoda. Sic Thibron admirari laudaréq; videtur Lacedęmoniorū legum latorem, & quicunque alter de republica scripsit illorum: ꝙ propter exercitationem eorum ad pericula, multorum

Thibron. Lacedæmonij.

1 dominationē sibi compararūt. ¶ Atqui patet: ꝙ cū non habeant nunc dominationē Lacedæmonij, nec felices amplius sint, nec legum lator eorum
2 bonus. ¶ Insuper illud ridiculum: si permanētes in legibus eius, nulloq;
3 impediente, illis legibus vti: omiserunt bene viuere. ¶ Non recte vero suscipiunt, neque de dominatione: ad quam intendisse legislatorem ostendunt. nam imperium liberorum melius est ac magis ex virtute: quàm do-
4 minari vt seruis. ¶ Præterea non propter hoc ciuitas est felix existimanda, neque legislator laudandus: quòd vincere docuerit, & finitimis dominari. hoc enim magnum continet nocumentum. nam manifestum quòd aduersus ciues, si poterit, id aget. & ciuitati suæ quæret dominari. de quo

accusant Lacedæmonij Pausaniam regem: licet in tanta dignitate consti- Pausanias.
tutum. ¶Nec sane aliqua huiusmodi ratio, aut lex ciuilis: nec vtilis nec 5
vera. eadem enim optima priuatim & publice: legum latorem inducere
oportet in animos hominum. Nec exercitatio rerum bellicarum ob id est
meditanda: vt in seruitutem adigant immerentes, sed primum ne ipsi ser-
uire alijs compellantur. deinde vt imperiũ quærant, gratia vtilitatis sub-
iectorum: nõ autem omnium dominationem. Tertio vt eis dominentur:
qui seruire sunt digni. ¶Quòd autem oporteat legislatorem studere ma- 6
gis, vt ordinatio sua, & circa res bellicas, & circa aliam institutionem ad
otium & ad pacem referatur: facta certe sermonibus attestantur. nam plę-
rꝗque talium ciuitatum, bellum gerentes conseruantur: sed cum domina-
tionem adeptę sunt, destruuntur. splendorem enim, veluti ferrum per pa-
cem amittunt. causa huius est legum positor: qui non ita instituit, vt in
otio stare possint.

QVARTIDECIMI CAP. COMMENTARIVS.

49 QVæstio vtrum alios esse oportet eos qui imperant, & eos qui parent, & an o-
portet eos qui imperant per vitã imperare, eos vero qui parent itidem con
tinuo per vitam parêre. & simili modo de disciplina inquirendum erit. nam
hanc diuisionem sequetur. si enim eosdẽ semper imperare & alios semper pa-
rêre oportet: alia & horum & illorum erit disciplina. si vero eosdem vicissim
60 imperare & parêre: eandem sortiti erunt, & qui præsunt & qui subsunt. ¶Diluit consenta-
61 nee ijs quæ dicta sunt numero 86 tertij. ¶In ea ciuitate vbi ijdem sunt qui per vices pa- Tertij 86
rent & præsunt magistratus: à subditis quãdin magistratu funguntur differre debent. & quo-
modo id fiat: legislatoris curæ est prouidere, & vti seniores iunioribus præsint quemadmo-
dum natura præscripsisse videtur, inter eos qui genere sunt æquales. quare sunt vt ijdem: &
62 sunt vt diuersi, qui imperant & parent. nã iuuenes parent: & ijdem senes imperant. ¶Diluit
quæstionem: quæ de disciplina imperantium & parentiũ consimilis fiebat. quia quam discũt
iuniores sub aliorum imperio: postea maturiore ætate, illa vtuntur alijs imperando. imperã-
do dico non suijpsorum gratia: sed gratia subditorũ. nam imperium illud seruorum est: hoc
63 autem liberorũ, vt aliâs dictum est. ¶Vt imperia, sic & mandatorum quædam inter se diffe
runt: non actu ipso sed fine. quare multa quæ videntur ministrorum & iuuenum opera: ho-
nestum est liberis, vt ministrent. nam ad honestum, & non honestum non tantum differunt
64 actiones ex se: quantum ipso fine, & causa cuius gratia. ¶Eandem esse virtutẽ ciuis & im-
perãtis, & optimi viri & officiũ boni ciuis esse prius parêre, & imperare atq; pręesse posteri-
us: ex numeris 17 & 21 tertij notum est. quare legislatori operam dare incumbit: vt ciues bo
65 ni efficiantur. & videre, per quæ exercitia: & quis vitæ optimæ finis. ¶Quod hic dicit de
duabus animæ partibus: respondet ijs quæ determinauit in primo Ethicorum cap. vltimo.
& vtriusq; partis ponit virtutes: sed præcipuas parti rationali attribuit: secundo autem lo-
66 co sensuali, atque brutæ. & hæc illius gratia est: & huius virtutes, illius virtutũ gratia. ¶De
vi rationali actiua & contemplatiua: sufficienter ex sexto Ethicorum cap. primo cognitum
est. in quas: partem rationalem diuidi necesse est. & actiones illis simili proportione respon-
dere dicendum esse: perspicuũ est. vt huius actiones contemplationes sint: illius vero actio-
nes dũtaxat. & oportet eas actiones quæ sunt suapte natura meliores: magis esse expeten-
das ab ijs, qui aut omnes, aut de duabus aliquas assequi possunt. nam semper id cuiq; ma-
67 xime est expetendum: quod assequi summum est. ¶Humana vita diducitur: hæc quidẽ in
otio quæ contemplatiua est, illa vero in negotio quæ dicitur actiua. & negocium diducitur:
in bellum & pacem. & agibilium quædam sunt necessaria, & vtilitatis habentia rationẽ: alia
vero honesta. & in his: vt in partibus animæ, suisq; actionibus eandem electionem esse ne-
cesse est. nã bellũ gratia pacis eligendũ: & negociũ otij gratia. necessaria vero & vtilia: gra-
68 tia honestorum. ¶Legislatoris esse ad omnia supradicta respicere: vt ad partes animæ, acti
uam scilicet & cõtemplatiuam, ad actiones & contẽplationes, & actiones ad cõtẽplationes
vt ad fines dirigere, bellũ ad pacem, negociũ ad otium, necessaria ad honesta, & semper ad

ea quæ meliora sunt & fines.quare ad ea quæ meliora sunt,& quæ sunt illorum fines: & qui
adhuc pueri sunt;& qui ætate sunt prouectiores,& hac quidem cognitione egent,per disci-
plinam dirigendi sunt. ❡Et ciuitates Græciæ,& legislatores in hoc vel maxime errarunt: q 69
suas institutiones ad fines,& optima nõ direxerunt. sed quidã ad diuitias,alij ad bellicã vir-
tutẽ,& dominandi potentiã,& id genus alia. Errarũt & posteri scriptores:vt Thibron,& alij
illas respublicas præconio efferẽtes vt optimas. & q Thibron nõ recte admiratus sit Lace-
dæmoniorũ legislatorẽ, & eorum rempublicã: ob id ipsum q præter exercitationẽ eorũ ad
pericula,multorũ dominationẽ sibi cõpararũt,sex rationibus ostẽdit. ❡Primo.quia si opti-
mum esset dominari:cũ Lacedæmonij nõ amplius dominentur neq; eorũ legumlator,sequi
tur igitur Lacedæmonios nõ amplius esse felices,neq; eorũ legislator bonus. ❡Secũdo.Ri-
diculũ est si legislatoris leges optimæ,& Lacedæmonij in illis legibus perstiterint,nullúmq;
quo minus vterẽtur intercesserit impedimentũ: si omiserunt bene viuere. ❡Tertio.quia nõ
rectũ habent iudicium:de ea dominatione,ad quam intendisse legislatorem volũt.quia im-
perium liberorũ melius est,& magis ex virtute,quàm dominium,imperiúmq; seruorum.ad
illud igitur potius,quàm ad hoc intẽdisse debuisset legislator. ❡Quarto.quia non propter
hoc ciuitas est felix existimanda,neq; legislator laudandus:quòd præualere posse docuerit,
& finitimis dominari.id enim magnũ continet nocumentum.nam manifestum est:quòd ad-
uersus ciues si quis valebit,id aget,& ciuitati suę quęret dominari.de qua re accusant Lace
dæmonij Pausaniam regem:licet tanta dignitate esset conspicuus. ❡Quinto.quia nulla hu
iusmodi rationum aut legum:ciuilis est,neq; proficua,neq; vera,quæ mandet dominari, &
alios in seruitutem redigere.quę enim optima & priuatim & publice:eadem legumlatorem
inducere in animos hominum oportet.qualis profecto bellica exercitatio non est. Et rerum
bellicarum exercitatio:non eius gratia est meditanda, vt in seruitutẽ redigãtur immeren-
tes.sed ob hæc tria potius. Primo.ne ipsi seruire alijs cogantur. Secundo:vt imperium quę-
rant,vtilitatis subditorũ gratia. Tertio loco:vt eis dominentur,qui seruire sunt digni. ❡Se-
xto.legislator negotium ad otium,& bellum ad pacem potius ordinare debuit:quod facta,
rerúmq; monstrant euentus.quia pleræq; ita institutarum ciuitatum:dum bella gerunt,con
seruantur. cum vero dominationem adeptæ sunt:destruuntur. splendorem enim veluti fer-
rum:per pacem amittũt.atqui causa huius rei est legislator: qui non ciuitatem instituit, vt
in pace & otio degere possit.

ANNOTATIONES AD CAP. QVARTVMDECIMVM.

MAndatorũ vero quædã inter se differunt non in agendo. Eadẽ plęrũq; iubent rex, 63
tyrannus,optimates,& paucipotentes:& consimilia opera plęraq; faciũt,quæ ex-
equuntur mandante rege & mandante tyranno: at imperia illa, & mandata fine
differunt. quòd rex ea imperat ac mandat: ad subditorum vtilitatem. tyrannus
autem contrá,ad proprium commodum,& propriam pro animi libidine voluptatẽ. sic ani-
mi nequitia adinuenit bona præcepta,malorum facere instrumẽta. ❡Sic igitur necesse est: 66
& hanc partem diuidere,& actiones. vt numero 12 & 14 huius: contemplationes, actiones
vocat,& (vt Græco vtar vocabulo) τὰς πράξεις.nunc autem contemplatiue mentis opera-
tiones,contemplationes vocemus:prudẽtiæ vero,& virtutum moris operationes,peculia-
riter vocemus actiones. exploratum est ex cap. 8 decimi Ethicorum contemplationes po-
tiores,melioresq; esse etiam optimis actionibus: præsertim eæ quæ ad sapientiam tendunt.
quare quæ ad eam perducunt:meliores sunt actionibus, quę perducunt ad summum agen-
dorum bonum.& instrumenta contemplationum,vt rationales disciplinæ:meliora instrumẽ
tis actionum,qualia sunt opes,diuitiæ & reliqua fortunæ adminicula.rationales tamẽ disci-
plinas non absurde quispiam ad vtranq; vitam fecerit instrumẽta.quomodo enim quisquam
prudens,& virtutum cognitor:qui literas quas grammatica donat,prorsus ignorabit? quo-
modo recte & accõmodate cõsultabit,quomodo ad virtutem & virtutum officia persuade-
bit:si nihil disciplinæ rhetoricæ delibauerit? quomodo in controuersijs falsum effugiet,quo-
modo verum ratiocinatione in agendis colliget, quomodo rationẽ subducendo verũ attin-
get:nisi illi assit disserendi præsidium,quod a logica vendicetur oportet. sed hæc eadem in-
strumenta in consequenda contemplatione:nobiliorem sortiuntur,assequuntúrq; finem. Ve-
In disciplinas lapsas. rum nostra tempestate,& ante per plurimos annos:longe aliter euenit,vt horum instrumen-
torum,& mediorum ad sapientiam,quæ sunt naturales & mathematicæ disciplinæ,seruetur
dignitas.quòd ad suos fines eas non dirigunt: sed circa superflua occupati, sterilescunt.ne-
cessaria nunquam assequentes:futilia sectantes,& propemodum puerorum more, qui vesi-
cã vento pretumida (immissis pisis tintinnabulum,strepitúmque facientibus) maxime om-

nium gaudent:ita inani sophismatum strepitu & multiplici ex phantasię deprompta phare-
tra opinione,modo assint qui clamosioribus applaudant: plurimi abeunt contenti. quos vt
sapientia fugiat necesse est:quæ nisi legitime traditis instrumentis & medijs,assequitur nun-
quam.sunt tamen in omni studio & Itali & Germani,& Galli, & Hispani,& Britanni qui ad
meliora diuino indultu affecti,nituntur generose è tantis errorum caliginibus emergere. nã
quãquam contemplatiua vita,tam parum nostro æuo cognita sit:non id eius iniuria fit (est
enim dignitate prima, & iubare solis splendidior) sed oculorum (qui ad eam contuendam
aspirant) male purgatorum vitio id obtigit. prauæ enim dispositiones, & vetus octingentis
& amplius iam annis contractum fermentum:purgandum esset,& à veterno quod tam diu
67 mentes occupauit,tandem resipiscendum. ¶Diuisa autem vita tota in negocium & otium.
per otium contemplatiuam,philosophicam,literariámque vitam, ex numero 71 huius in-
69 telligit.& per negocium:actiuam,administratoriámque vitam. ¶Similiter quoq; posterorũ
quidam scriptores. vt Xenophon qui rempublicam Lacedæmoniorum scripsit:illam mirifi-
ce prædicat,& laudabilius effert,& Thibron de quo & hic meminit Aristoteles.

¶Virtutẽ contemplatiuam ad optimam rempublicã pertinere,de virtuti bus tẽpore pacis & belli,& à quo primũ institutio facienda. Cap.XV.

70 CVm ergo idem finis videatur publice & priuatim homi
nibus,& eundẽ finem necesse esse sit viro optimo,& opti
mę reipublicę:manifestum est oportere virtutes eas,quę
ad otium spectãt,illi inexistere.finis est enim (vt sępe iã
71 diximus)belli pax,negotij otium. ¶Sunt autẽ vtiles ad Huius
otiũ & quietẽ virtutes: quarũ opus est in otio, & quarũ 67 68
in negocio.oportet enim multa necessariorũ nobis adesse, vt liceat in otio 69
esse.Quapropter temperatã ciuitatem esse oportet,ac fortem,& patientẽ.
nã vt est in prouerbio; Nullũ otium est seruis.qui vero nõ possunt forti-
ter pericula subire:serui sunt inuadentiũ.fortitudine igitur & constantia:
opus est ad negociũ.philosophia vero:ad otiũ.temperantia, & iustitia:in
vtroq; tẽpore,sed magis in pace & otio. nã bellum quidẽ ipsum cogit ho-
mines esse iustos & tẽperatos.fortunæ autẽ prosperæ fruitio,& otiũ cum
pace:petulãtes magis facit.multa igitur iustitia,multáq; tẽperantia indi-
gẽt ij:qui in optimo statu cõstituti videntur,& in fruitione omniũ rerum
quæ beatos facere putãtur.veluti si qui sunt(vt poetę tradunt)in beatorũ
insulis.maxime enĩ ij philosophia & tẽperantia & iustitia indigerẽt:quã-
to magis otiosi sunt,in abundãtia taliũ bonorũ.Qua igitur de causa bea-
tã & studiosam futurã ciuitatẽ his oporteat præditã esse virtutibus:mani
festũ est.turpe enim est:nõ posse frui bonis.sed in negocijs quidẽ & bello,
viros probos videri:in otio autẽ & pace,seruiles.Quã ob rem oportet(nõ
queadmodũ Lacedæmoniorũ ciuitas)virtutẽ exercere.illi enim nõ eo ab
alijs differunt,q; nõ putent eadẽ maxime bona quę cæteri:sed eo q; proue
nire illa existimãt magis per aliquã virtutem.Q uoniã vero maiora sunt
hæc bona q̃ eaquæ belli,& fruitio eorũ q̃ virtutum, & quia illius gratia:
72 manifestum est ex his. ¶Q uomodo autẽ & per quæ id erit:vtiq; cõside-
randũ.diximus vtiq; supra diuidẽtes: q; natura,& more,& ratione indi- Huius
gemus:ex his autẽ quales aliquos natura esse oportet, determinauimus. 57
Restat videre:vtrum ratione prius,an moribus sit eruditio facienda.hæc Huius
enim simul cõcordare debent optima concordatione.cõtingit enim:ratio- 23 58

nem aberrare ab optima suppositione,& similes per mores duci. ¶Cla- 73
rum est hoc,primum quidem quemadmodum in alijs: ꝙ generatio est à
principio, & finis à principio aliquo alterius finis. ratio autem nobis &
mens naturæ finis.quare ad hæc: generationem & morum institutionem
parare oportet. ¶Deinde vt anima & corpus duo sunt:ita quoque duas
esse videmus animæ partes,vnam irrationalem,alteram quæ habet ratio-
nem (habitus quoque earum duos) quarum altera est appetitus , altera
mens. Vt autem corpus in generatione antecedit animam:sic pars irratio
nalis antecedit eam partem,quæ rationem habet.Patet id in pueris: qui-
bus statim ira & voluntas & concupiscentia existit. at ratio & mens pro-
cedente ætate in illis fieri natæ sunt. Quapropter corporis curam necesse
est prius suscipere,quàm animæ:deinde appetitus. curam tamen appeti-
tus,gratia mentis:curam vero corporis,animæ gratia. ¶Si ergo ab initio 74
prouidendum est à legis positore,vt optima sint corpora eorum,qui edu
cantur:primo quidem circa cõiugia prouidere debet,qua ætate,& cuius-
modi existentes sunt in matrimonium copulandi.

Appetitus sensitiui & rationalis esse virtutes morales.

DECIMIQVINTI CAP. COMMENTARIVS.

OPtimę reipublicę:vt eę virtutes quę ad otiũ spectãt insint,necesse est.nã idem 70
finis optimus,& cuiusq; priuatim,& publice ciuitatibus:& qui finis viro opti
mo:idem est optimę reipublicę.atqui (vt etiã numero 67 & sequẽtibus dictũ
est) finis belli pax est,& negocij otiũ. vt igitur virtutes quæ ad otiũ spectant:
optimæ ciuitati,réiq; publicæ insint oportet. ¶Quibus virtutibus,& ad ne- 71
gociũ & in bello,& in pace & ad otiũ opus est.ad negociũ tẽpore belli:fortitudine & constã-
tia.quia qui fortiter tũc pericula subire nequeũt: inuadentiũ efficiũtur serui.tẽpore vero pa
cis:maxime iustitia,& tẽperantia.quia prospere fortunæ fruitio,& otiositas cũ pace, homi-
nes si sine iustitia tẽperantiáq; sint:insolẽtes faciũt,& intẽperatos.ad otiũ vero:maxime o-
pus est philosophia.Et his virtutibus præditã esse oportere ciuitatẽ: patet. quia turpe est,
non posse frui bonis:sed in negocijs quidẽ & bello viros probos videri,in pace autẽ & otio
seruiles.quare oportet (nonquẽadmodum Lacędæmoniorum ciuitas) virtutẽ exercere. illi
enim non à cæteris differunt,quòd nõ putent eadem maxima bona quæ cæteri:sed hoc dif-
ferunt,quòd existimãt illa prouenire magis per virtutem bellicam.quòd autem maiora illa
bona sint quàm ea quæ belli,& meliorem eorum (quæ ad otium sunt) fruitionem,ꝗ virtutẽ
eorum quæ sunt ad negocium:ex dictis est manifestum. ¶Numero 52 dictum est per tria, 72
naturam,morem,& rationem fieri studiosos:an primũ igitur à ratione,an à moribus sit eru
ditio facienda? nã hæc simul conspirare debent optima cõcordia.optima dico. nã contingit
rationẽ aberrare ab optima suppositione finis: & per similes mores, ad huiusmodi errorem
duci. ¶Responsio.Primo id manifestum esse debet vt in alijs:naturam à principio esse, & 73
finem à principio aliquo alterius finis.nam ratio & mens sunt à natura:quæ vt moribus in-
stituatur indita est.est enim nobis ratio & mens:naturæ finis.quare primum à natura & mo
ribus institutio facienda,& generatio,ipsaque natura,& morũ institutio ad rationem,men-
témque dirigenda. ¶Secundo.quia vt anima & corpus duo sunt:ita quoque duas esse vi-
demus animæ partes,vnam irrationalem,& alteram rationalẽ,& duos earum habitus.qua-
rum quidem partium:illa appetitus,hæc vero mens.atqui vt corpus antecedit animam.sic
pars irrationalis antecedit eam,quæ rationẽ habet.quod in pueris licet intueri.statim enim
vt nati sunt:& ira & appetitio,& concupiscentia.at cogitatio & intelligentia:procedẽte æta-
te fieri natæ sunt. Quare prius corporis ꝗ animæ:cura suscipienda est. quapropter & prius
corporis:deinde appetitus.attamen appetitus cura suscipienda est mentis gratia: cura ve-
ro corporis gratia animæ. Primum igitur institutio de ijs quæ ad naturam pertinent: susci-
pienda est. ¶Quia primum de natura vt de corpore, quàm de appetitu ad quem consue- 74
tudo,& de mente ad quam ratio pertinet discutiendum:legislatoris officium est primã insti
tutionis curam circa coniugia adhibere,& qua ætate esse debeant, qui matrimonio copu-
lantur,quo eorum qui educabuntur,corpora sint optima.

ANNOTATIONES AD CAP. QVINTVMDECIMVM.

71 FOrtitudine igitur & constantia opus est. constantia, patientia, tolerantia: magna-
nimitatis species. qua aduersis non frangimur: sed ea toleramus, in nullo contra
73 decorũ cedentes. ℭDenique vt anima & corpus, duo: ita quoq; duas esse vide-
mus animæ partes. An appetitus sensualis irrationalis atq; brutus, & ratio ipsa:
duo sint re ipsa? Si appetitus irrationalis pro vi ipsa actrice sumatur: appetitus irrationalis, &
ratio, pársque animæ rationalis re ipsa idem sunt. atqui vt appetitus sensualis totum nomi-
nat ceu oculus, ceu imaginatio: rationalis appetitus, & appetitus sensualis re ipsa duo sunt.
sed hæc: à præsenti philosophia sunt aliena. ℭPatet id in pueris: quibus statim ira, & volũ-
tas, & concupiscentia inexistit. nomine voluntatis: pro sensuali appetitu hoc in loco abuti-
tur Aristoteles. quod enim in nobis iam ratione vtentibus voluntas est: id in brutis, & infan- Aristoteles
tibus sensualis appetitus. & quod in nobis adultis intellectus est: id in brutis, & infantibus
imaginatio. quare interdum nomina intellectus & voluntatis: translatitia sunt ad imagina-
tionem & appetitum sensualem, dicimúsque translatitia vsi locutione canem aut mutorum
animalium quoduis aliud, velle comedere, aut venari, & intelligere vocantem.

ℭDe natura & generatione, ætate liberorũ ad parentes, tempore nubendi, tempore procreandi, corporis habitudine, prægnantibus, orbis fœtibus, procreandorum multitudine, maxime probato procreandi tempore, & alieno concubitu interdicendo. Cap. XVI.

75 HOc autem instituere oportet, hanc societatẽ & legis po- 1
sitorem inspiciendo ad ipsos, & ad vitæ tempus: vt ętati- Præcepta
bus in idem temporis cõcurrant, nec discrepet gignendi naturã re-
potentia. viro autem generare adhuc potente si mulier spicientia.
ipsa concipere non possit, vel muliere quidem ad conci-
piendũ apta, si vir ipse non possit: lites ac discordię inter
76 ipsos oriuntur. ℭAd filiorũ quoq; susceptionem est inspiciendum. opor- 2
tet enim ne nimis distent ab ętate parentum. quoniam nec ipsi senioribus
77 gratiam referre vllã possunt: nec parentes filijs alimenta præstare. ℭNec 3
etiam nimis proximi accedere debent filij. habet enim hoc turbationem
non paruam. nam minor futura est reuerentia huiusmodi filiorum erga
genitores: vtpote qui quasi sint ęquales. & circa gubernationem domus:
78 querelæ ex ista quasi paritate solent prouenire. ℭInsuper vnde cœpimus 4
huc peruenimus: vt corpora natorum sint secundum legis positoris volũ-
tatem. fere quidem hęc omnia proueniunt per vnam diligentiam. nam cũ Anni gignẽ
sit finis gignendi. vt plurimum viris quidẽ septuagesimus annus, mulie- di 70
ribus autẽ quinquagesimus: ita coniugandi ab initio sunt, vt ętatibus ad 50
79 hunc finẽ concurrant. ℭEst autẽ adolescentiũ cõiunctio improba ad fi- 5
liorum procreationẽ. in cũctis enim animalibus: iuueniles partus imper-
fecti sunt. & fœminæ crebrius q̃ mares: & parua corporis forma, gignun-
tur. quocirca necesse est hoc idem in hominibus prouenire. Huius autem
coniectura fuerit: q; in quibuscunque ciuitatibus consuetudo est adole-
scentes mares, puellásq; coniugari, in eisdem inutilia & pusilla hominũ
corpora existunt. præterea in partu laborant magis puellæ, ac pereũt plu
res. Ex quo respõsum oraculi Trezenijs datũ quidam existimãt, ob hanc Trezenij.
causam. quasi multis pereũtibus propter immaturitatem nuptiarum, at
non ad fructuum collectionem. ℭAd continentiã quoq; vtile est nuptias
fieri seriores. intemperantiores enim esse videntur cum puellæ veneri as-

suescunt. ac masculorum corpora crescere impediuntur: si adhuc augente corpore venereæ rei intendanr. nam eius rei quoddã est determinatũ rem-
6 pus: quod non multo amplius excedit. ¶ Quapropter puellas quidẽ cir- 80
Anni nubẽdi 18 37 ca ætatem decem & octo annorum nuptui tradere congruit: masculos vero circa ætatem annorum septem & triginta, aut paulo circa. in hoc enim tempore: & vigentibus corporibus coniungentur, ac procedente tempore simul apte desinent procreare posse. & filiorũ successio partim erit ab initio eis ętate vigentibus, si recte procedat statim generatio: partim vero dũ iam ætas vergit ad annum septuagesimum. Quibus igitur ætatibus con-
7 iugia sint facienda: dictum sit. ¶ Tempus enim anni vt nunc obseruant 81
multi: recte per hyemem aptius ad nuptias esse. sed consideranda sunt in
Medici. procreatione liberorum: quæ à medicis, & quæ à physicis tradũtur. Me-
Physici. dici enim tempora oportuna corporibus sufficienter ostendunt: physici
8 autem de spiritibus, boreales magis quàm australes laudant. ¶ Quæ au- 82
tem quibus corporibus natorum maxime esset vtilitas, magis dicendum
Octaui cap. 4 esset, vbi de disciplina puerorum tractatur: summatim vero sat fuerit nũc dixisse. neque enim Athletarum habitudo vtilis fuerit ad ciuilem habitum: neque ad sanitatem & procreationem liberorum. nec rursus humilis & imbecilla nimium: sed media istarum. laboriosam enim habitudinem habere oportet: exercitatam vero laboribus non violentis, nec ad vnum laborẽ solum vt Athletarum habitudo, sed ad liberalia opera. hæc
9 autem similiter viris mulieribusq́; existere debent. ¶ Prægnantes quoq; 83
mulieres curam habere corporum oportet: non pigrescentes, neq; subtili vtentes alimonia. hoc autem facile est legum positori prouidere: si iubeat singulis diebus iter quoddam facere debere ad deorũ sacra, mulieres quę sortitæ sint concipiendi honorem. mens tamen contrà, q̃ corpus: in tranquillitate est traducenda. Quæ enim fiũt: ab ea quæ continet, capere viden-
10 tur: quemadmodũ illa quæ nascuntur, à terra. ¶ Circa expositionem au- 84
tem vel educationẽ filiorum lex sit: nihil orbatũ natura fore educandum.
11 ¶ Si vero mores, institutáq; ciuitatis prohibeat natos exponere: determi- 85
nanda profecto erit procreandorũ multitudo. ꝙ si quibusdã ad procreãdum copulatis, præter hæc euenerit: ante venire oportet, ne fœtus concipiantur. nã postq̃ concepti sunt, & sensum aut vitã conceperint: nefas est
12 eos attingere. ¶ Cũ vero determinatum sit, qua ætate vir & vxor sint ab 86
initio cõiugandi: quãto tẽpore liberis operam dare cõueniat, determinemus. Seniorũ enim fœtus, queẽadmodum iuniorũ imperfecti sunt, & corporibus & intellectibus, & eorũ qui senuerũt irrobusti. quapropter & secundũ intellectus vigorẽ. quapropter & illud maxime tẽpus probãdum est: in quo maxime intelligẽtia viget in nobis. id autem esset in plurimis, circiter annũ quinquagesimũ, vt poëtarũ quidã dixerunt, septenario numero ætatem dimetientes. Itaq; qui quatuor aut quinq; annis hanc ætatem excesserint: relinquere debent in aperto procreandi studiũ, ac de cætero vel sanitatis, vel huiusmodi alterius causa concubitum facere videri.

87 ¶Concubitus vero omnis alterius q̄ coniugis : penitus ſit interdictus. 13
quandoquidem ſit & appelletur maritus. Q̄ ſi quis deprehendatur con-
trà facere per tempus procreationis:dignam pro delicto pœnā reportet.

SEXTIDECIMI CAP. COMMENTARIVS.

75 PRæcepta ad generationē & naturā pertinentia tredecim. Primū. legiſlator cōiu 1
galē inſtituendo ſocietatem, inſpicere debet:& ad ipſos qui coniunguntur,& ad
vitæ tēpus vt in idem tēporis concurrāt,& vt vtriuſq; ſit, huius generādi, illius
cōcipiēdi habilitas, neq; diſcrepet gignēdi potētia. nā viro generare potente, ſi
mulier ipſa cōcipere non poſſit, vel muliere ad concipiendum apta, ſi vir gene-
76 rare non poſſit:lites & diſcordiæ inter eos oriūtur. ¶Secundū. ſic in matrimonio cōuenien- 2
dum:vt filij qui ſuſcipientur, nō nimiū diſtent ab ætate parentū. quoniā nec ipſi parentibus
tunc quidē ſenioribus, gratiā quę vſui ſit referre queūt vllā:nec parētes filijs alimēta præſta
77 re. ¶Tertiū. nec nimiū filij ætati parentū appropinquēt. nam id grauē continet moleſtiam. 3
quia minor futura eſt reuerentia huiuſmodi filiorum erga progenitores: vtpote quibus ipſi
coætanei videantur & ęquales. & circa domus gubernationē: ex hac quaſi æqualitate, quere
78 læ prouenire ſolēt. ¶Q uartū. vt corpora natorū ſint ſecundū legiſlatoris voluntatē, & viris 4
vt plurimū ſeptuageſimus annus gignēdi ſit finis, mulieribus autē quinquageſimus. ita ab
initio matrimonio ſunt copulādi, vt ætatibus ad hunc finē concurrāt, vt cū vir ſeptuagena-
79 rius, mulier quinquagenaria fiat. ¶Q uintū. nō adoleſcētes coniungātur. Primo. quia ado- 5
leſcentū coniunctio: improba eſt ad liberorū procreationē. in cunctis enim animalibus, iuue-
nū partus imperfecti ſunt:& fœminæ crebrius q̄ mares, & parua corporis habitudine gignū-
tur. quare & in hominibus ſic euenire par eſt. & id cauſæ eſt: cur plæriſq; in ciuitatibus inuti-
lia & puſilla ſint hominū corpora. ¶Secūdo. quia in partu magis laborāt puellæ, ac pereūt
plures. vt Trezenijs oraculo eſt referatum: perire eas ob fructuū immaturitatē, quaſi multæ
perirent ob immaturitatē nuptiarum, nō autem id collectionem fructuū reſpiciebat. ¶Ter-
tio. quia ad temperantiam conducit nuptias ſeriores fieri. nam intemperantiores fieri fœmi
næ videntur: cū iuuenculæ veneri aſſueſcunt. & maſculorum corpora creſcere impediūtur:
ſi adhuc augente corpore, veneri intendūt. nam ad rei venereæ operā determinatū quoddā
80 eſt tempus, quod non multum abſolutum excedit incrementū. ¶Sextum. Tempus aptum 6
puellis ad nubendū: circa ætatem decem & octo annorū: viris vero, circa ætatē annorum ſe- 18
ptem & triginta aut circiter. nam ſi his ætatibus iungantur: vigentibus coniungentur corpo- 37
ribus, & procedente tempore, ſimul apte procreare poſſe deſinent, & filiorū erit cōtinuatio,
his quidē in ætatibus vigore natis ſi (vt rationi conſentaneum eſt) ſtatim procreatio fiat, il-
81 lis vero dum ætas in ſuum finē deuergit ac terminum. Hæc de cōiugijs. ¶Septimū. Tēpus 7
ad nuptias & procreationem aptius. hyems. ſpiritus autem accōmodatiores: boreales. vt de
tempore, medicis: de flatibus autem, naturalibus philoſophis credendū eſt, qui magis bo-
82 reales q̄ auſtrales probant. ¶Octauū. neq; ad ciuilē ſocietatem, neq; ſanitatē, neq; liberorū 8
procreationē: athletarum habitudo conſentanea eſt. neq; eorū qui curatione egent, & peſſi-
me ad laborum tolerantiā ſunt affecti: ſed harum media probāda eſt. nā laborioſam corpo-
ris habitudinem habere oportet, & exercitatam laboribus nō violentis. neq; ad vnum labo-
rem duntaxat aptā vt athletarū habitudo, ſed ad liberalia. & vt de viris: ita de mulieribus
83 eſt ſentiendum. ¶Nonū. Mulieres prægnantes: corporis curā gerant, non pigreſcentes, neq; 9
ſubtili vtentes alimonia. quod facile legiſlator prouidebit: ſi lege ſanciat, ſingulis diebus eas
quæ concipiendi ſortitæ ſunt honorem, iter aliquod facere debere ad ſactorum venerationē
aliquam faciendā. ſed mens aliter q̄ corpus: in tranquillitate deduci debet. nam quæ in vte-
ro clauſa fouentur: capere ab ea quæ continet, videntur. quemadmodū terræ naſcentia: à ter
84 ra. ¶Decimum. lex ſit: nihil mancum, mutilum, orbatūmq; ad naturæ functiones organis, 10
85 in ciuitate educandum. ¶Vndecimum. multitudo procreandorū eſt determinanda: ſi mores 11
inſtitutáq; ciuitatis liberos exponere prohibeant. quòd ſi contrà quibuſdam ad procreandū 10, 11, & 12
ſociatis, euenerit: antequam ſenſus & vita inſit, abortio procuranda eſt. ſanctum autem ſit: minus ſana
86 quod ſenſu & vita determinatum fuerit, & attingere nefas. ¶Duodecimum. Illud tempus præcepta.
maxime ad procreationem probetur: in quo maxime in nobis intelligentia viget. id autem 12
in plurimis eſt circa annum quinquageſimū: vt quidam poetarum dixerunt. ſeptenario ęta-
tes dimetientes. nam ſeniorum fœtus quemadmodum & iuniorum: imperfecti ſunt, & cor-
poribus & intelligentijs. eorū autem qui exſenuerunt: imbecilles & infirmi. quare & ſecundū
intelligentiæ vigorem. quapropter: qui quatuor aut quinq; annis, annum quinquageſimum

excesserint:relinquere debent aperte procreandi studium.quòd si res poscat:quod reliquum
13 est sanitatis gratia,aut alia huiusmodi causa,congrediantur. ¶Tertiumdecimum. Concubi- 87
tus omnino alterius mulieris quàm coniugis: viro sit interdictus. quandoquidem sit & ap-
pelletur maritus.quòd si quis per tempus procreationis secus facere deprehendatur: dignā
pro delicto reportet ignominiam.

ANNOTATIONES AD CAP. SEXTVMDECIMVM.

LEx sit:nihil orbatū natura,fore educandum.Hæc,decimū præceptum & vndeci- 84
mum (quod proxime sequitur) de expositione puerorum dura,& merito à plæ-
risq; repudiata.& in ijs accusant Aristotelem. & quod adiūgit de dilutionibus ad
ciendam abortionem:coarguunt tanq̄ inhumanum.neq; sum qui excusare velim
ipsum in his paucis:in q̄plurimis,tamen alijs bene positis,æquum est ipsum iusta commen
datione non fraudare.quanq̄ de expositione puerorū & mutilatis natura,ipse non sit actor,
sed & Socrates & Plato idem sensisse videtur in tertio de republica,vbi iubent eos qui cor-
pore deficiunt,nō esse nutriēdos. & in quinto vbi lege sancit deterrimorum proles non esse
nutriendas.& rursus cum posterius iterū præcipit vt ex deterioribus nati,aut ex quibusuis,
sed & aliquo membro capti:in abditis (vt decet) locis abscondātur. Et in hoc forte etiam est
Lacedæmoniorū leges secutus.nam prius Lacedæmoniorum legibus cautum comperitur:
genitoribus non licere partus educare,sed ipsos in locum designatum deportare, vbi maxi-
mi natu ex contribulibus,infantes aspicerent,qui si effecti pulchre,& robusti, forte distribu-
ta educare iubebant.sin ignaui,deformes aut mutili: exponendos dimittebāt, secus Taige-
tum locum præcipitē,ac præruptū. quasi via eorū qui statim ab initio ad bonā corporis cō-
positionem,& robustitatē minus apti,producti apparuissent:neq; sibi,neq; reipublicæ vtilis
foret.de hac re:lege vitam Lycurgi.& aiūt inter turcas esse:qui hanc de orbis,mutilis'q; na
tura,nō educandis legē obseruant:quos neq; imitari iubeā,neq; velim.& potius intēperan-
tiam hortarer (vbi generatio non efflagitatur) si fieri posset: penitus arcendā, q̄ huiusmodi
dilutionibus vti.q̄q̄ & hæc de dilutionibus videtur esse Socratis in quinto de republica. vbi
cōgressum cū alijs, tum viris tum mulieribus qui ætatē generationi aptā excesserint vetat:
inquit enim,sed si quis partus cōtigerit:prohibeatur in lucē educi.si autē producatur:ita po
natur,vt eius nulla nutritio sit.sed hæc & Socratis & Aristotelis missa faciamus:tanq̄ nō sa
tis a multis approbata,neq; à nobis quidē approbāda. ¶Seniorū enim fœtus:quēadmodū 86
iuniorū imperfecti sunt,& corporibus & intellectibus. Rationabilius est hoc duodecimū præ
ceptum duobus præcedētibus.nā ita plærūq; euenit:vt eorū qui vtroq; parentū debili & ef-
feto corpore gignuntur: corporis debilitate & perpetua quadā valitudine,mens functiones
suas,absoluere libere nō possit,nō q̄ mens intellectúsq;,simili ac corpus debilitatis necessita
te laboret.mens enim vigor indeficiens:corpus autē opacitas,quæ illi interposita,facit non
potentibus intueri oculis,solem lumine deficere videri,qui semper lumine plenissimus est.
lumen enim solis:vita est. hac igitur in parte Aristoteles corporis naturam,non mentis ex-
cellentiam,proponit contēplandam. Attamen vt ostenderet summus rerum opifex,non ne-
Thare. cessarium ex lege corporis,circa mentium dispositiones trahi argumentum:Thare septua-
Abraham. genario nascitur filius,qui animo esset,omnium optime valiturus.cui iam centenario, pri-
Isaac. us quidem ex septuagenario nato:proles nascitur, intelligentia non inferior. huic vero cum
Iacob. sexagenaria ætas facta esset:nascitur filius,qui à sublimi vi mentis, videns deum dictus est.
vbi ex infirmitate corporis: non oportere mentium suspicari debilitatem, manifeste diuina
ostendit historia.regula enim corporis,ad mentium dispositiones:fallax est.imò potius cor
poris vigor,& animi:opposita respondent analogia. Verum tametsi ita est:id tamen ætatis
49 49 in qua annum,aut circa,in quo hebdomas annorū ad suum peruenit quadratum,nullus
7 forsitan improbauerit,generationi accommodum. vtpote in quo omnia,& corporis & ani-
7 mæ instrumenta,in summa se esse perfectione declarant.

¶De victu & disciplina puerorum. Cap. XVII.

1 SVsceptis autem filijs:multum referre putantum est ad 88
corporis robur quali victu nutriātur.apparet vero ex
cæteris animalibus,& ex gentibus. quibus cura est as-
sidua bellicæ habitudinis : nutrimentum lactis maxi-
me proprium est corporibus,absque vino quidem ma-
2 gis, propter ægritudines. ¶Et præterea motus quos- 89

90 cunque in ea ætate fieri datur:conferunt. ¶Ne vero membra ob teneritu 3
dinem distorta fiant:vtuntur adhuc gentes aliquæ instrumentis quibus-
91 dam,& machinis: quæ corpus à talibus illæsum conseruant. ¶Confert 4
etiam:statim à pueritia,frigori assuescere.hoc enim & ad sanitatem,& ad
res bellicas vtile est.Qua propter apud multos Barbarorum consuetudo
est: vel gelido amne natos immergere,vel parua veste amicire, vt faciunt
Galli.ad cuncta enim ad quæ possibile est:statim ab initio melius est as- Celtæ.
suescere.est autem apta puerorum natura.ob eorum calorẽ,ad frigus ex-
erceri. circa primam igitur ætatem hæc & huiusmodi diligentia confert
92 adhibita. ¶Sequenti vero ætate vsque ad annos quinque, qua nondũ ad 5
disciplinã aliquam sunt admouendi,nec labores perferre cogendi,ne cre-
scere impediantur:motus solummodo quosdam suscipere debent,quo pi-
gritiã corporis euitẽt.qui motus præparãdi sunt illis:& per alios actus,
& per ludũ.ludi vero ipsi:nec illiberales,neq; laboriosi esse debent,neque
93 remissi. ¶Quas autem narrationes,& fabulas illa ætate pueri audire de- 6
beant:cura sit ijs,qui pueris publice præficiuntur.cuncta enim talia: ad
conuersationes postea futuras,accommodanda sunt.Itaque ludi vt pluri
mum tales esse debent:vt sint imitationes eorum, quæ postea serio essent
94 facieda. ¶Cohibitiones vero puerorum & interruptiones ploratus: qui 7
legibus prohibent,non recte faciunt.sunt enim vtiles ad augmẽtum:cum
sint quodammodo exercitationes corporũ. Spiritus enim compressio fa-
cit robur laborantibus:quod contingit etiam pueris ploratum cohibenti
95 bus. ¶Prouidẽdum est ab ijs,quibus puerorum cura publice commissa 8
est circa huiusmodi educationem,& aliam:vt & q̃minime cum seruis ver
sentur.hæc enim ætas,ac etiam vsque ad annos septem: necessarium est vt
domi alatur.rationabile est ergo præcipere in hac ætate: vt ab auditu, &
96 visu seruilium rerum absint. ¶Omnino igitur obscœnitas verborum,vt 9
& quicquam aliud:per legislatorem exterminanda est de ciuitate.ex tur
piter enim loquendi licentia:sequitur & turpiter facere. Potissimum igi-
97 tur statim à pueris:nec dicant,nec audiant quicquam turpe. ¶Si quis ve 10
ro aut dicere aut facere quicquam prohibitorum deprensus fuerit:is si li-
ber sit,sed nondum in conuentum comessatorum dignatus assumi:hono
re prohibeatur,& verberibus castigetur.sed si sit maioris ętatis:seruili in-
98 famia afficiatur,admissi seruilis gratia. ¶Cum vero dicere quicquã tur- 11 Ironia.
pe interdixerimus:clarum est quia & aspicere aut picturas,aut actus de- Ironice di- cit:plane ri- dens deos
formes prohibemus.sit igitur cura magistratibus nullam neque picturã gentilium.
neque statuam esse talium rerum imitatricem,nisi apud deos quosdam ta
les , quibus etiam lasciuiam lex tribuit, apud hos permittat lex iam fa-
99 ctos homines, pro se & filijs & vxoribus sacra facere. ¶Iuniores autem 12
neque Iamborum,neque comœdiarum sectatores esse sinat legislator:ni- Iambi.
si cum ad eam peruenerint ætatem, vt in comessationibus vnà cum alijs Comœdiæ.
communicare possint,& ab ebrietate & huiusmodi labe insontes,discipli
na omnes effecerit. ¶Nos quidem nunc,cursim ista attigimus:postea ve

Sequentis cap. 5 ro insistentes, oportebit determinare magis, siue oportet siue non oportet primo quærẽtes, & quomodo, sed in præsenti mentionẽ de his facere ne-
Theodorus cessarium fuit. forsitan enim non male circa hoc censebat Theodorus tragœdiarum actor. nulli enim vnquam concedere voluit: vt ante se ageret, neq; ex modestis etiam histrionibus. quasi magis faueant auditores illis: quos primo audierint. Contingit hoc idem conuersationibus hominũ & rerũ. omnia enim prima: nos magis delectant. Quapropter oportet à pueris omnia turpia procul remouere: & maxime quæcunq; habent in se vel
13 obscœnitatem vel improbitatem. ¶ Transactis vero annis quinq;: in duo 100
bus, ad septem vsque, oportet iam disciplinas explorare, quas discere eos oportet. Duæ autem sunt ętates: in quas necessarium est disciplinas diuidere. vna est post septimum annum vsque ad pubertatem. altera à puber-
Hebdomas annorũ, septennium. tate vsq; ad annum vicesimũprimũ. nã qui hebdomadibus diuidunt ętates: vt plurimum dicunt non bene. itaque sequenda est naturæ distinctio.
Ex numeris sequẽtibus. Primũ ex 1. Secundum ex 2. Tertiũ ex 3. & sequentibus. omnis enim ars & disciplina implere vult: id quod deest naturæ. ¶ Pri- 10
mum igitur videndum est: si facienda sit institutio quædam circa pueros: deinde si vtile sit publice curã eorum suscipere, an magis priuatim, quod nunc fit in plurimis ciuitatibus. tertio qualem hanc institutionem esse oportet.

DECIMISEPTIMI CAP. COMMENTARIVS.

1 DE victu & institutione: præcepta tredecim. Primum. apud eas gentes quibus 88
bellandi assidua cura est: ad bellacem habitum vbi filios susceperint, nutrimentum lactis maxime propriũ est, accõmodatumq; corporibus. sed id quidẽ ma-
2 gis absq; vino: ad deuitandas ægritudines. ¶ Secundũ. ij motus qui illis (dũ tã- 89
3 tilli sunt) cõuenire possunt: ad huiusmodi corporis habitudinẽ conferũt. ¶ Ter 90
tium. ne eorũ mẽbra ob teneritudinẽ obtorta fiant: fascijs, & mœchanicis quibusdã instru-
4 mẽtis (vt & nũc apud quasdã gẽtes fit) corpus defendatur illæsum. ¶ Quartũ. statim à pue 91
ritia: frigori assuefiãt. id enim & ad sanitatẽ confert: & ad bellicas actiones vtile est. puerorũ enim apta natura est: ob eorũ calorẽ, ad frigus exerceri. hinc multi barbarorũ: gelido amni mox vt nati sunt immergunt. aut (vt faciunt Celtæ) parua veste amiciunt. & hæ diligentię,
5 primæ, admodum infantili ætatulæ exhibeantur. ¶ Quintum. Sequente ætatula qua & lo- 92
quitari & per seipsos motari incipiunt vsq; ad annos quinque, qua nondum ad disciplinam aliquam sunt admouendi, nec labores perferre cogendi, ne crescere præpediantur. motus solum quosdam suscipiant ad corporis pigritiem deuitandam. qui illis per ludos: neq; illibera-
6 les, neq; laboriosos, neq; remissos, & per alios actus præparentur. ¶ Sextum. qui pueris pu 93
blica ordinatione præsunt: curent quas narrationes & fabellas (dum ea sunt ætatula) audire debeant, cuncta ad conuersationes futuras accommodantes. & ludi vt plurimum ta-
7 les sint: vt sint imitationes, eorum quæ postea serio facienda erunt. ¶ Septimum. cohibe- 94
antur pueri dum plorant, cogantúrq; interrumpere ploratus. nam huiusmodi cohibitiones ad augmentum vtiles sunt, cum sint quoquopacto corporum exercitationes. quandoquidẽ id compertum habemus: spiritus compressionem ijs, qui laborant, robur facere. quod accidit etiam pueris: dum plorantes, plorare cohibentur. neq; recte faciunt: qui has cohibitio-
8 nes legibus vetant. ¶ Octauum. id etiam pædonomi, qui publicam puerorum prouidentiã 95
gerunt: curent vt ciuium liberi q̃minime cum seruis versentur. nam id ætatis, & ad septennium vsque: expedit vt domi alantur. & admodum rationi consonum: vt & à visu & auditu
9 illiberalium, seruilium'que rerum arceantur. ¶ Nonum. omnino obscœnitas verborum, vt 96
& quiduis aliud turpe, à ciuitate per legislatorem exterminetur. & pręcipue statim cura sit: vt nec pueri dicant, nec audiant quicquam turpe. nam ex turpiter loquendi licentia: sequi-
10 tur & turpiter operari. ¶ Decimum. si quis vero iuniorum, aut dicere aut facere quicquam 97
eorum quæ prohibita sunt deprehensus fuerit: si liber, nondum ad comessationum admissus honorem, illo honore priuetur & verberibus castigetur. si maiusculæ ætatis, iam comes

ſationum particeps:damno aliquo ſeruili afficiatur,ob eam quam perpetrauit,mācipij ſer=
98 uitiq; vilitatem ¶Vndecimum.Sit cura magiſtratibus non modo interdicere,& dicere & au 11
dire quicquam turpe:verum etiam prohibeant picturas, actúſque deformes aſpicere. neq;
99 ſinant picturam aut ſtatuam:illarum rerum imitatricem eſſe. ¶Duodecimū.Iuniores: neq; 12
iambicorum neq; comœdiarum ſpectatores eſſe ſinat legiſlator. niſi cum ad eam peruene-
rint ætatem:vt in comeſſationibus cum alijs ſedere queant,cum iam ab ebrietate,& ab hu-
iuſmodi labe,diſciplina cunctos efficere poſſit inſontes. ſed de his exactius in ſequenti libro.
& exemplo Theodori Tragœdiatū actoris:monſtrantur omnia prima magis oblectari. qua-
re prima quæ traduntur pueris:ſummopere cauendum eſt (vt præcedentia continent præce
pta) ne turpia,obſcœna,improba ve ſint.nam id ſatyræ apprime verum: Quo fuerit imbu-
100 ta recens,ſeruabit odorem Teſta diu. ¶Tertiumdecimum. à quinto ad ſeptimum annum: 13
explorandæ ſunt diſciplinæ, quas eos diſcere oportet.& ætates quibus illis diſciplinæ com-
mitterentur:diuidēdæ ſunt.& vna ſit a ſeptimo anno ad pubertatem:& altera diſciplinæ ætas,
à pubertate ad annum primum & viceſimum.ſic enim natura diſtinguit.& melius eſt ſic na
101 turam ſequi:quàm ſeptenariam ætatum partitionem. ¶Tranſit ad ea:quæ in ſequenti libro
ſunt diſcutienda.

ANNOTATIONES AD CAP. SEPTIMVMDECIMVM.

88 NVtrimentum lactis maxime propriū eſt conſulunt lac matris dari triduo aut qua
triduo a leuamine partus.nam primis diebus lac colaſtrum fit:& in duritiem coa
leſcit,fiúntq; inde infantes colaſtrati.caueri etiam volunt:ne ea quæ nutrit,virū
adeat.alioqui lac,& ſanguinis bonitas ad menſes tranſit, infantis'q; corrumpitur
alimentum.mores etiam magna pro parte credunt:infantem in poſterum, à nutricis mori-
bus contrahere.quare iubent:& modeſte,& temperate,& alijs morum dotibus ornate,puel
91 lum educandum cōmittere.& multā huiuſmodi præcipiunt. ¶Confert etiam ſtatim:à pue=
ritia frigori aſſuefacere.Hoc Auſones obſeruabant:de quibus Maro,

Natos ad flumina primum:
Deferimus,ſæuóq; gelu duramus,& vndis.

97 ¶Si quis vero aut dicere Quoniā vero plurima (vt inquit Satyricus) fama digna ſiniſtra.
Et nitidis maculam,& rugam facientia rebus
Quæ monſtrant ipſi pueris,tradúntq; parentes.
Iccirco cenſuram adhibet Ariſtoteles:& arcte iubet,ne domi malæ vitæ exempla ſinantur,
98 neq; audiant,neq; dicant,faciántq; quicquam turpe. ¶Aſpicere aut picturas,aut actus de-
formes prohibemus:niſi apud deos quoſdam tales,quibus etiam laſciuiā lex tribuit.Quod
ſubiungit niſi apud quoſdam deos tales:ironice eſt intelligendum.hac tamen cautela: vita- Ridiculi gẽ
bat Ariopagum. Et deos,ritúſque deorum turpes,etiam habuiſſe Athenienſes:ex Euterpe tium ritus.
Herodoti,cognoſcere promptum eſt Mulieres græce Dionyſia celebrātes (dictu & viſu fœ Herodotus
dum) dicendum tamen pro loco eſt:truncos ficulneos,ingenti & præter proportionem men
tula deformatos, vt nihil ferme membrorum præter mentulam habere viderentur: è collo
dependentes portabant.Athenienſes Mercurium in phanis colebant, erecta & porrecta vi-
rilia tenentem:infame ſane & impudicum ſpectaculum.hæccine ridere non debuit Ariſtote-
les?& nónne nos ipſi deo liberatori ſemper gratias habere debemus:qui in omni puritate,ſan
cte,caſte, mundéque & illibate,illi ſeruire iubemur?& gentium ſtultitiam etiam illic aperte
idem damnat hiſtoricus:quæ deos coleret,quorum neq; qui eſſent,neq; quales,neq; nomi-
na agnoſcerent.q; ante Homerum & Heſiodum,nomina non habebāt:niſi forte nominibus
quibuſdā barbaris appellarent Græci Beelzebub, Aſtaroth, Beelphegor,& huiuſmodi hor- Herodotus
rendis appellationibus. inquit enim. Vnde ſinguli deorum extiterint,an cuncti ſemper fue-
rint,aut qua ſpecie:hactenus eſt ignoratū,niſi nuper atq; heri,vt ſic dicam. Nam Heſiodus
atq; Homerus,quos annis quadringentis non amplius ante me,opinor extitiſſe: fuere, qui
Græcis deorum prolem introduxerunt,eis'q; tam & cognomina:q; honores,& diuerſa artifi
cia,& figuras attribuerunt.hæc Herodotus.ſed de ſtulta gentilum religione nunc ſatis.

SEPTIMI POLITICORVM ARISTOTELIS FINIS.

¶Quòd facienda sit institutio circa pueros,& illam publice esse suscipiendam ad reipublicæ formam. Cap.I.

QVod igitur à legis positore maxime intẽdendum sit circa disciplinam iuuentutis: nemo vtiq; dubitabit. nam id quidem neglectum in ciuitatibus: affert reipublicæ detrimentum. oportet enim ad singula gubernandi genera, disciplinam accommodari. nam mos vniuscuiusq; reipublicæ proprius:& consueuit seruare rempublicã,& ab initio constituere. ceu popularis mos popularem:& paucorum potentiæ accõmodatus mos, eam quę consistit in paucorum gubernatione. semper autem melior mos: causa est melioris reipublicæ. ¶Præterea in cunctis facultatibus & artibus sunt quædam: ad quæ præerudiri oportet, & assuefieri ad earum opera. itaq; manifestũ est: q & ad virtutis actiones. ¶Cum vero vnus sit finis totius ciuitatis: clarum est oportere disciplinam quoq; esse vnam & eandem omnium. & huius curam esse publicam & non priuatam: quemadmodum nunc vnusquisq; curam habet suorum filiorum, priuatim'q;,& priuatam disciplinam docens prout ei videtur. sed oportet publicorum publice exercitationem fieri.& simul, non debet quidem quisquam ciuis, se sui existimare, sed omnes, ciuitatis. Particula enim ciuitatis vnusquisq; est. cura vero singularum particularum: respicere nata est ad curam totius. Laudari possunt in hoc Lacedæmonij. nam plurimam circa pueros diligentiam faciũt,& quidem publice. ¶Quòd igitur lege prouidendum sit circa disciplinam iuuentutis,& hoc publice faciendum: patet.

PRIMI CAP. OCTAVI POLITICORVM COMMENTARIVS.

NVnc de ijs quæ ad morem. legislatorem in quaq; reipublicæ specie maxime ad 1
mores, disciplinámq; iuuẽtutis oportere intendere. ¶Primo. quia id neglectũ in ciuitatibus: reipublicæ affert detrimentum. oportet enim ad singulos gubernandi modos: mores, disciplinámque accommodari. nam vnicuique reipublicę proprius mos: consueuit & rempublicam seruare,& eam à principio constituere. vt mos popularis: statum popularem. paucorum potentiæ: paucorum potentiam.& semper melior mos: melioris reipublicæ causa est. ¶Secundo, quia in cunctis facultatibus & artibus: sunt quædam ad quæ præerudiri oportet, & ad eorum opera assuefieri. quare manifestum est: & id oportere in rebus publicis, & maxime in optima, ad virtutis actiones. ¶In 2
optima republica: omniũ vnam, eandémq; esse disciplinã, & huius curam debere esse publicam, non priuatam. nam totius ciuitatis,& cuiusq; ciuium vnus est atq; idem finis. neq; debet quisquã ciuium se suũ esse existimare, sed omnes existimare debent se esse ciuitatis. nam quisq; ciuitatis particula est. cura vero singularum partium: ad curam totius respicere nata est, ex eáq; pendet. ¶Q uare vt iuuentus ita instituatur,& assuefiat: publica cura esse debet. qua in re laudari possunt Lacedæmonij: qui id publice curarunt efficiendum.

ANNOTATIONES AD CAP. PRIMVM OCTAVI POLITIC.

ARgumentum. hæc sunt: quæ octauus discutit. mos, disciplina, mens, de more á numero primo ad tertium. de disciplina: á 3 ad 7. de ijs quæ ad mentem, grammatica, pi-

ctoria,gymnaſtica,muſica in generali: à 7 ad 12.de gymnaſtica: à 12 ad 15.de muſica diſſe-
1 rẽdo: à 15 ad 21.de muſica ex propria ſentẽtia:à 21 ad huius octaui finem. ¶Oportet enim:
ad ſingula gubernandi genera,diſciplinam accõmodari.Qui reges & optimates futuri ſunt:
propemodum eiſdem diſciplinis ſunt inſtituendi.ſed futuri reges: magis heroice,atq; diui-
ne.& tertio loco cenſupotentes: humane magis,quàm diuine.optimates autẽ inter regem,
dignitatis ſummum faſtigium tenentem,& cenſupotentes, dignitatis tenentes imum:æque
& diuine & humane ſunt inſtituendi.populares inſtitutiones,& paucorum potẽtiæ: parum
dignitatis habent.nam & illi magis oſtentationis gloriam quærunt,quàm exiſtentiam.quan
doquidem neutri ſecundum virtutem,& vt diſciplinę præfiniunt gubernent.hi enim raro vl-
tra hiſtorias aſcendunt:illi vero e fabulis & mollibus poëtarum blanditijs,intemperãtibúſq;
comœdijs,rarenter emergunt.qui hæc nugamenta norunt: popularibus placent,cũ intrant
(vt inquit Satyricus) carmina lumbum.Sed tyranni:nónne ſuos liberos volunt liberaliter,&
optimatum more educari?Id ferme tyranni ſignũ eſt:cum nolint ſuos filios,aliquid capeſce
re literarum.cum id ſuæ gubernationi inimicum putent.nam diſciplinæ prædicãt iuſtitiam,
pietatem,temperantiam,& cæteras virtutes,ac animi dotes:quæ tyranno ſunt inimicæ.quę
vbi ex literis,cũ philoſophicis tum diuinis diſcerent:ſcelerum immanitate deterriti,aut gu-
bernationẽ relinquerent,aut murmurante cõſcientia,& ſomno & vigilia horribili metu qua-
terentur,& cõtinuo tacita ſudarẽt præcordia culpa.felices igitur qui in optimis gubernatio-
nibus:moribus quidem decentibus,& accõmodatis,ex laudabili inſtitutione ſunt adornati.

¶Qualis eſſe debeat inſtitutio puerorum:quòd neceſſariorum non omnium, quòd liberalium diſciplinarum quantum ſat eſt, & ad finem liberalem. Cap.II.

3 QVænam vero iſta ſit diſciplina,& quomodo tradenda:
latẽre non debet.nam nunc quidem in ambiguo ex ope
ribus eſt.non enim eandem omnes cenſent iuuentutem
debere addiſcere: neq; ad virtutem, neq; ad vitam opti-
mam.neq; conſpicuũ eſt: vtrum per intelligentiam ma-
gis deceat,vel per animi morem.Impedimẽtorũ quoq;
reſpectus:conſiderationem diſciplinæ cõturbat:cum manifeſtum non ſit,
vtrum accõmodanda noſtra ſit exercitatio ad ea,quæ ſunt vtilia ad vitam,
an ad ea quæ tendunt ad virtutem, an ad ea quæ ad maiorem quendam,
ſuperfluumq; pertinent apparatum.hæc enim omnia patronos quoſdam
ſuſcepere. De his quoq; quę ad virtutem tendunt:nihil confeſſum exiſtit.
etenim virtutem non eandem omnes ſtatim honorãt.ex quo fit:vt non ab
4 re diſcordent circa illius exercitationem. ¶Q; igitur ex vtilibus neceſſa-
ria ſint addiſcẽda:manifeſtũ eſt.ꝙ autem non omnia:diuiſis quidem quæ
liberalia ſunt opera,ab illiberalibus,patebit illa talia eſſe recipiẽda, quæ
cum vtilia ſint,faciunt exercentem non vilis exercitij operatorem.vile au-
tem exercitium putandum eſt:& ars,& diſciplina, quæcunq; corpus,aut
animã,aut mentẽ liberi hominis,ad vſum & opera virtutis inutilem red-
dunt.itaq; & artes illæ:quæcunq; deterius diſponũt corpus. & cũcta mer
cenaria exercitia:ſordida nuncupamus.mẽtem enim occupatam,& vilem
5 reddunt. ¶Sunt etiam quædam ex liberalibus ſcientijs:quas vſq; ad ali-
quid diſcere,honeſtum ſit. penitus vero ſeſe illis tradere,ac ad extremum
vſq; proſequi velle:nocumentis illis (quæ ſupra diximus)obnoxios facit. Huius
6 ¶Sed refert plurimũ:cuius gratia quis agat,vel diſcat. nam ſi gratia ſui, 3
vel amicorum, vel propter virtutem, non eſt illiberale: qui vero idipſum
agit propter alios,ſæpe vtiq; videbitur illiberaliter ac ſordide agere.diſcẽ

plinæ igitur illæ de quibus diximus:ad vtranq; partem se habent.

SECVNDI CAP. COMMENTARIVS.

EAm disciplinam (quæ iuuentuti tradenda sit) inquirēdam esse, neq; latêre opor- 3
tere. quia nunc ex operibus, & viuendi hominum modis: non est cognita, neque
vtrum magis per intelligētiam, an per animæ mores. impediunt etiam discipli-
næ considerationem, ac conturbant hæc: an nostra exercitatio circa vtilia ad vi-
tam versari debeat, an circa ea quæ ad virtutem tendunt honestáq; sunt, an ad
fortunarum & honorum cumulationem, superfluúmq; apparatum. hæc enim omnia patro-
nos habent, atq; defensores. & de ijs quæ ad virtutem tendunt: non concordant. nam virtu-
tem non omnes statim eandem honorant: sed quod vnus vocat virtutem, alter non appel-
lat. quare non ab re: circa exercitationem eorum quæ ad ipsam tendunt, discordant. ¶ Disci- 4
plina adolescentum in optima ciuitate: circa quędam vtilia, necessaria versari debet, sed non
omnia. nam exercitiorum, & operum vtilium, & necessariorum: quædam sunt liberalia, libe-
róq; homine digna, & quædam illiberalia. liberalia quidem: quæ cum vtilia sint, nequaq̃ red-
dunt eum, qui illis occupatur sordidum ac vilem. illiberalia vero: quæcunq; artes aut discipli
næ, corpus, aut animam, aut mentem liberorum hominum, ad vsum & opera virtutis red-
dunt inutilem. quare artes huiusmodi omnes, quæ corpus, ad animæ, mentis'q; officia dete
rius afficiūt, & cuncta mercenaria exercitia: sordida nuncupamus. nam mentem occupatam
tenent: abiectamq; reddunt. ¶ Quasdam esse liberalium scientiarū: quas vsq; ad aliquid ad- 5
discere non illiberale sit. penitus autem se illis mancipare, & ad summam vsq; perfectionem
assequi velle: illiberale. nam huiusmodi aut inutilibus, aut exquirendis superfluis detinentur
occupati: quæ impedimenta ad veram disciplinam, paulo supra sunt posita. ¶ Liberales di- 6
sciplinas: ad suum, liberalemque finem esse exquirendas. nam plurimum refert cuius gratia
quis aut agat, aut discat. nam si gratia sui, aut amicorum, aut virtutis gratia, secundum libe
ralem disciplinam operetur aut discat: non est illiberale. qui vero id agit propter alios: persæ-
pe illiberaliter ac sordide videbitur agere. nam id frequenter agunt: mercenariorum more,
nummos mercandi, cauponandi'q; gratia. disciplinæ igitur illæ, de quibus nūc locuti sumus
(ceu dictum est) & liberaliter & illiberaliter quæri possunt, & ad vtranq; partem se habere.

ANNOTATIONES AD CAP. SECVNDVM.

SVnt etiam de liberalibus scientijs: quas vsq; ad aliquid discere honestum sit. disci 5
plinæ illæ liberales: sunt grammatica, logica, rhetorica. quæ necessariæ magis &
vtiles, ceu adminicula quædā & instrumenta ad liberalem degendam vitam præ-
uia: quàm honestatis dignitatis've rationem habentes.

¶ De quatuor quæ pueri discere solent, q̧ otium negocio præferendū, & disciplinæ illius disciplinis huius, musica ad otium, literæ indifferentes, gymnastica & figurandi peritia ad negocium. Cap. III.

Literæ.
Gymnastica.
Musica.
Pictoria.

SVnt autem ferè quatuor, quæ discere iuuenes cōsueue- 7
rūt: literas, gymnasticam, musicam. addunt vero quar-
tum quidam: figurandi peritiam. Literas quidem & fi-
gurationem, tanq̃ vtiles ac valde expedientes ad vitam:
gymnasticam tanq̃ pertinentē ac fortitudinem. De mu
sica vero ambigitur iam. nam nūc plurimi quidem, vo-
luptatis gratia illam addiscunt. veteres autem inter disciplinas, eam collo
cauerunt: ex eo q̧ natura quærit (vt sæpe dictum est) non solū in negocio
recte, verum etiam in otio laudabiliter posse versari. ¶ Hoc enim princi- 8
pium est omniū: vt rursus de illo dicamus, si enim vtroq; opus est: magis
autem expetēdum est otium. Nec id quidem in ioco. nam sic necesse foret
iocum esse finē vitæ. siquidem id est impossibile. magisq; in negocijs vten-
dum est ioco. nam qui laborant: indigent relaxatione. & huius gratia est
iocus. negocia vero sunt cum labore & conatu: & propterea oportet iocum
adhibere, qui tanquā medicinam, temporis oportunitate seruata, afferat.

nam relaxatio est huiusmodi motus animi,& requies propter voluptatē.
¶Otium autem ipsum videtur in se voluptatem habere:& felicitatem,&
vitam beatam.& hoc non in negociosis,sed otiosis existit. nam qui nego-
ciatur:alicuius gratia negociatur ceu eius quod sibi deest.felicitas autem
finis est:quam non cū dolore,sed cū voluptate esse omnes putant.hanc ta-
men voluptatem non eandem omnes posuerunt:sed secundū se vnusquisq;
& secundum habitum suum.optimus tamen optimam:& eam quæ sit ab
9 honestissimis.¶Itaq; manifestū est:ꝙ oportet ad otium quoq; degendum
addiscere quædam,& erudiri. & has eruditiones & disciplinas, sui ipsa-
rum esse gratia:illas vero quæ ad negocium, tanq̃ necessarias,& gratia a-
10 liorum.¶Quapropter & musicam antiqui inter disciplinas collocauere:
non tanq̃ rem necessariam.nihil enim habet tale. neq; tanq̃ vtilem,vt lite-
ræ ad lucrum,& ad rem familiarem,& ad disciplinam,& ad ciuiles actio-
nes quàmplurimas.videtur quoq; figurādi peritia:vtilis esse,ad iudican-
dum melius artificum opera. neq; vt gymnastica ad sanitatem & robur.
nullum enim horum videmus ex musica fieri.restat ergo: ꝙ ad degēdum
in otio.ad quod apparent adhiberi,qui eam inducunt.eos enim quos pu
tant vita degendum esse ingenuorum hominū:in ea instituunt. Quapro-
pter Homerus & in poëmate suo ita inquit. sed quale est vocari ad men- Homerus.
sam opipare paratam.' Deinde nominās quosdam alios: subdit,& accer-
sunt cantorem qui omnes demulceat.Et alio in loco ait Vlysses:optimam Cantor.
esse degendi rationem:quando lætis hominibus conuiuæ audiunt canto- Vlysses.
11 rem sedētes per ordinem.¶Quòd igitur sit disciplina quædā,quam non
vt vtilem,neq; vt necessariam docēdi sint filij, sed vt liberalem & honestā:
manifestum est. vtrum autē vna sit numero an plures,& quænam istæ,&
quomodo:posterius dicetur.nunc autē id præmissum sit:quod apud an-
tiquos sit testimonium ex iis disciplinis,quas diximus. musica enim hoc
manifestat.adhuc etiam de vtilibus:ꝙ aliqua discere pueros oportet:non
modo propter vtilitatem, vt literarum rudimenta: verumetiam propter
multas disciplinas alias:quæ per literas discuntur.Similiter vero figuran
di peritiam:non vt in venundanda,emendaq; supellectile non decipiātur:
sed potius ꝙ contemplari facit pulchritudinem corporum. quærere vero
vtilitatem vbiq;: minime congruit magnanimis, & ingenuis hominibus.
Cum manifestum sit: vtrum moribus an ratione sit disciplina tradenda,
& an circa corpus primo vel circa mentem: patet ex his,quòd adolescen- Septimi
tes gymnasticæ & literarum ludo sunt tradendi.nam horum alterū qua- 73
lem aliquam facit habitudinem corporis:alterum opera.

TERTII CAP. COMMENTARIVS.

7 DE iis quæ ad mentem.quatuor quæ iuuenes discere debent:grammatica,gym-
nastica,musica,pictoria. grammaticam quidem & pictoriam:tanq̃ conducētes
ad vitam,& complura cōtinentes commoda. gymnasticam: tanq̃ pertinentem
ad fortitudinem.at de musica ambigitur iam:an expedit iuuenes illam discere.
quia nunc quamplurimi: illam,voluptatis & illecebrarum gratia discunt.sed ve
teres:inter disciplinas quæ à liberis iuuenibus percipiendæ essent collocarūt.quia natura po
scit:vt non solum in negocio recte,verum etiam & in otio,posse bene,laudabiliterq; versa-

ri. vt numero 67 septimi & sequẽtibus sæpe dictum est. ¶Et si vtrunq; (negocium inquam 8
& otium) expetere oportet: otium tamen magis est expetendum. non id dico: quod in ioco,
ludicris'q; rebus versatur. nam sic: necesse esset, iocum esse finem vitæ. siquidem id impossi-
bile est. & magis in negocijs q̃ otio vtendum est ioco. nam qui laborant: indigent requie. io-
cus autem: requiei gratia. negocia vero: cum labore sunt, ac fatigatione. quare opus est: io-
cum adhibere, qui tanq̃ medicinam apto tempore afferat. nam relaxatio est huiusmodi ani-
mæ motio, & propter voluptatem requies. ¶Sed q̃ otium expetibilius: patet. quia otium
ipsum: videtur per seipsum voluptatem habere & felicitatem, vitámq; beatam. hoc autem
in negociosis non existit: sed in otio agentibus vitam. nam qui negocium agit: alicuius finis
gratia, id agit, tanq̃ qui desit. finis autem felicitas: quam non cum dolore, sed cum volupta-
te omnes esse putant. tametsi hanc voluptatem non omnes eandem posuerunt: sed secun-
dum quod quisq; affectus fuerat. Optimus tamen: optimam eam posuit voluptatem, & quæ
proueniat ab honestissimis. manifestum igitur otium, negocio præferendum: & non in ioco,
sed rebus apprime serijs versari. ¶Hinc manifestũ est ad degẽdum otium quædam esse di- 9
scenda: & huiusmodi disciplinas sui ipsarum esse gratia. sed quæ ad negocium spectant: ne-
cessarias esse, & aliorum gratia. ¶Exactius quod numero 7 prætactum est, declaratur: mu- 10
sicam inter disciplinas, & ad otium magis posuisse antiquos. grammaticam vero vtilem ma
gis esse. & necessariam: itidem & pictoriam, figurandi've peritiam, & gymnasticam. gramma
ticen quidem: ad lucrum, rem familiarem, ciuiles actiones multas, & ad disciplinam. figuran
di peritiam: ad melius iudicandum artificum opera. & ex epilogo: ad contemplandam cor-
porum pulchritudinem. gymnasticam: ad sanitatem, & corporis vires, atq; robur: quorum
nullum ex musica prouenire videmus. relinquitur igitur: q̃ sit ad degẽdum in otio, ad quod
quidem & antiqui eam adducere videntur. quàm enim putant liberorũ vitam: in musica in-
stituunt. Vnde Homerus. Quale est accersi mensis, epulæ'q;, Thaliæ. & de alijs quibusdam
dicit, cantorem phesim vocitant: qui mulceat omnes. & Vlysses optimam dicit esse vitam:
quando (lætis hominibus) conuiuæ auscultant cantus, ferie'que recumbũnt. ¶Epilogus, & 11
ad cætera transitus: & adolescentes gymnastice ad bonam corporis qualitatem, & gramma-
tice ad bonam operum executionem esse tradendos.

ANNOTATIONES AD CAP. TERTIVM.

SVnt autem fere quatuor: que discere iuuenes consueuerũt, literas, gymnasticam, 7
musicam, addunt autem & quartum quidam figurandi peritiam. Hæc quatuor:
literæ, gymnastica, musica, pictoria, circa quæ iuuenum institutio. quam vim li-
teræ habeant, ad omnẽ seu priuatam seu ciuilem vitam, siue in pace siue in bel-
lo, negocio aut otio: norunt ferme omnes. quo minus in earũ præconio terenda esse opera,
Xerxes. quasi in re ignota, intelligatur. Xerxes, Alexander, Antigonus, Archelaus, Cato, Cęsar, & qui
Alexander. præstantissimi virorum fuerunt: tanti eas fecisse memorantur, vt libros, & literas, regiam su
Antigonus pellectilem & præcipua ornamenta duxerint. nec immerito. nam cũ cætera tempori cedant:
Archelaus. sola literarum monumenta, temporis diuturnitate perennescunt. Ptolemæi bibliothecam,
Cato. septingentorum millium voluminum: Ægyptus habuit. Serenus Samonicus: sexaginta mil-
Cæsar. lia librorum Gordiano ex testamento reliquit. ex quo conijcere possumus: quanti apud ma-
Ptolemęus iores nostros literæ fuerint. Et cum literis, picturam non neglexisse leguntur. nam fertur Pau
Serenus. lus Æmylius victo Perseo, cum rediens transiret Athenis: ab illis petijsse, pro instituendo fi-
Gordianus lio philosophum insignem, & insignem pictorem. ad quem Athenienses Metrodorum mise-
Literæ. re: qui vtrũq; & philosophiam & pictoriam apprime calleret. Alexander, & pictores, & pla-
Pictoria. stas, & quicunq; in figurãdi peritia excelluissent: miro prosequebatur affectu. quod & hoc in-
Paulus Æ- ditio probatum. nam cũ ob nimiam pulchritudinem amaret Campaspen, inter cæteras mu-
milius. lieres: iussit Appellem vt nudam depingeret. quam vt nudatam vidit Appelles: ad insanos
Perseus. vsq; exarsit amores, corporis vires simul, & ars pingendi (inualescente morbo) illi defuere. id
Alexander. autem intelligens Alexander: illi Campaspen donauit, vt ad se rediret Appelles. at pictorem
Pictores. tradũt ad priorẽ pingendi gratiam, non redijsse. Sed sane non talia esse decet pingendi exẽ-
Plastæ. plaria: quæ & pictores ipsos, & picturarum spectatores, ad amentiam conuertant, neq; tales
Cãpaspes. probauerim figurarum effictores, imitatorésq;, neq; huiusmodi pingendarum rerum studia.
Appelles. stulta enim, lasciua, & intemperata sunt: & quæ virtutem ab animo extrudunt, reddúntq; in-
sanos. cuius rei periculum in optimo artifice factũ est. qua in re licenter & plurimum pecca
re solent: nostri temporis pictores. sed graphice, quam ad institutionem pertinere ponit Ari
stoteles: eam esse crediderim, literarum figurationem, geometricarum figurarũ designatio-
nem, cosmographias, topographias, suis mẽsuris suáq; proportione seruata delineationem

ad cosmographos, chorographos, & topographos plane intelligendos, ad stereometrias,
epipedometrias, pro solidis & planis dimetiendis, altitudinibus, profunditatibúsq; deprehen
dendis. quas nunquã: sine figurarum intelligentia, deprehendere valeas. & omnino vtilis ad
opticen: quam inspectiuam dicimus. vtilis etiam ad orthographicas, & ichnographicas de-
scriptiones: quibus non intellectis, stultum est ad eas disciplinas, quæ de architectura sunt, &
quæ ad ædificia ciuitatum, cum priuata tum publica, vtilitatem continent, aspirare. Ad her
barum, plantarum, florum, foliorum, radicum, nonnullorúmq; animaliũ, veras & propemo-
dum naturales imitationes: ne simplicium medicinarũ vtilitas depereat. qualem me aliquan
do vidisse puto, figuratum librum Dioscoridis apud Hermolaum barbarum. Ad membra,
venas, arterias, ossa, compagines & id genus: ne apud medicos anatome maneat ignota. in
qua re agnoui Ioannem Cappellanum mihi quidem amicitia perquam charum, industrium
admodum. nec id quidem à sua professione alienum: cum arte esset medicus. Quod si fideli
repræsentatione obseruaretur: non nomina rerum manerent ignota, neq; opus esset tam fre-
quenti, minus quidem vtili, humani corporis misera dilaniatione in iatrorum, chirurgico-
rúmq; cœtu, plærunq; quæstu facto à quibusvis spectaculum poscentibus. illic sine reueren-
tia siue viri, siue mulieris sensim nudantur omnia. exteriora lustrantur, lustrantur interiora,
secretiora rimantur. ad lanionis manum: cor sæpe & mulra exhorrescit, & multa refugiunt
oculi. atqui fidelem, consulendo singularum partium cum suis nominibus designationem,
tum particularem tum vniuersalem, nihil accidat non probandum. verum quæcunq; imita-
tiones sunt in tragœdijs, comœdijs, rhapsodijs quibus heroica facta canuntur, & huiusmo-
di, de quibus in annotationibus vltimi cap. huius: consimiles, pictoria (qua etiam nũc vtun-
tur) continet. nam quædam repræsentationes molles sunt, & intemperatę. quædam efferatæ
& crudeles. & hæ quidem duæ: extremæ, & fugiendæ. quædam vero doctrinales, & morales:
& hæ vt mediocres, & æquate suscipiendæ. de figurandi igitur peritia: hæc prodesse fortas-
se, nonnihil poterunt. ¶De gymnastica: Socrates, & Plato, quæ in Hecatonomijs videri po Gymnasti-
terunt, plura dixerunt. & vt literæ, & pictura, & musica, quæ ad mores & doctrinam perti- ca.
nent, neque Critolai (vt aiunt) stateram vlla ex parte mutare facientes, animam formant: ita Critolaus.
gymnastica corpus. quare mollia exercitia vt illiberalia, damnanda erunt: vt in calculis, pyr-
gis, aleis. item violenta: qualia athletarum. moderata igitur: & ad fortitudinem & alia virtu-
tum munia in futurum exequenda, adolescentibus committenda erunt. seu id cursu, seu ia-
ctu, seu lucta fiat: velut olim faciebant, cum (vt canit Ouidius)

Cestibus & iaculis, & misso pondere saxi Ouidius.
Brachia per lusus experienda dabant:

Et Græci circa huiusmodi gymnopædiam institerunt plurimum: nostrorum vero qui de ea
rescripserint, rara extant monumenta. quanquam & gymnasticam in obseruatione habuere.
vt Silius de indole Scipionis scribit.

Ipse inter medios venturæ ingentia laudis Silius.
Signa dabat: vibrare sudem, transmittere saltu Scipio.
Murales fossas, vndosum frangere nando
Indutus lorica vadum. spectacula tanta
Ante aciem virtutis erant. sæpe alite planta:
Ilia perfossum, & campi per aperta volantem
Ipse pedes præuertit equum. sæpe arduus idem
Castrorum spacium, & saxo transmisit, & hasta.

Quæ omnia gymnasticæ disciplinæ insinuãt
exercitamenta. ¶De musica vero: amplam habet Aristoteles determinationẽ. & in sequen- Musica.
7 tibus annotationibus: de ea nonnihil. ¶Veteres autẽ: inter disciplinas, eam collocarunt. Mu
sicam etiam nũc, omnis schola: vnam liberalium disciplinarũ vocat. Verum veteres ad mã-
suescendos feros hominum mores: quasi pharmacum quoddam salubris voluptatis, musi-
cam præmittebant, sic Amphion, sic Orpheus, sic Solon: poëmate, & musica leges ad conti- Amphion.
nendos hominum mores, induxerunt. sic Lycurgus Thaletem poëtam ad præparãdos, tum Orpheus.
suaui modulamine, tum dictamine ad futuram rempublicam ciuium animos, præmisit. sic Solon.
dulciloquo poëmate, & permulcente musica, & pene euocante animos: ritum, cerimoniásq; Lycurgus.
deorum Orpheus, Linus, Eumolpus, Silenus, Thamyras. & qui tales fuere, induxerunt. sic Thales.
& nos musica vtẽtes: male positis rebuspublicis, mederi liceret, & sicubi feri mores sunt, ten Orpheus.
tare composito cantu, ferinos emollire mores. sicubi errant in cultu diuino: blanda musica, & Linus.
amico carmine studere, sinceræ religionis infundere purgationẽ, & extirpatis erroribus, deo Eumolpus
digne cognitionis augustam infundere lucem. sed viderint ij, qui musica non musice vtũtur, Silenus.
Thamyras

ad impudicos choros, ad meretricarios gestus, ad incẽtiua libidinum, ac si Cupidinem dæmonem quendam, aut in cytharis, aut in tympanis vnicum haberẽt plectra mouentem. Hic libet enarrare musicum certamen: quod apud Herodotum recitatur inter contendentes pro Aganstia filia Clisthenis. Cum enim inter pocula, diu de musica esset certatum: Hippoclides longe alios antecedebat. is enim erat Tysandri filius. quem Clisthenes, magis strenuum esse cui filiam collocaret iudicarat. Iussit etiam tunc Hippoclides tibicinem eumeliam, sedatum quoddam saltationis genus canere. obsequitur. saltat: sibi quidem placens. Clisthenes autem rem omnem cernens: dissimulabat. post hæc aliquantum interquiescens Hippoclides: iussit aliquam mensam, inferri. qua illata: primum super eam, laconicos saltauit modos, mox alios atticos, tertio capite super mensam verso, cruribus veluti brachijs, modulabatur. Ad primã quidem atq; secũdam saltationem, stomachabatur Clisthenes: tam impudicum sibi generum fieri, sese tamen continebat. at vbi vidit cruribus veluti manibus gesticulantẽ: iam vltra se continere non valuit. fili Tysandri inquit: desaltasti matrimonium. ille vero excipiẽs, ait, Nõ est istud curæ Hippoclide. vnde prouerbium ortum est, Nõ est istud curæ Hippoclide. Sed nescio an tempora nostra: talem pariant musicam. vt qui ex legum & canonum aut alijs studijs reuolant: nõnulli digni potius sint desaltare matrimonia, quàm reperire. laudabile enim: in omnibus mediocre, & temperatum seruare, & fines disquirere rerum, ad quas suapte natura sunt ordinatæ. ¶ Patet ex his quòd adolescentes gymnasticæ & literarum ludo. γυμναστικὴ & παιδοτριβική. gymnastice: ars exercitatiua, ad corporis vires & ad exercitiorum modos, victus ministrans. gymnastes autem qui magister est exercitiorum. pedotriuice: ars exercendi pueros, & maxime exercitijs corporis. vnde fit: pedotriuice vt species sit gymnastices. & pedotriues: præceptor puerorum in exercitio corporis. transfertur tamen pedotriuice, & pedotriua ad exercitium & ludum literarium.

Certamen musicum. Aganstia. Clisthenes. Hippoclides. Tysander.

¶ De gymnastica, & puerorũ exercendorum disciplina. Cap. IIII.

NVnc autem quæ ciuitates curam habere puerorum maxime videntur, athletarum habitudinem inducere student: in quo deformãt corpora, & augmentationem eorum impediunt. Lacones vero in hoc quidẽ non errant: sed efferatos laboribus reddunt adolescentes, quasi hoc vtile sit maxime ad fortitudinem. atqui vt iam sæpius diximus: neq; ad vnam virtutem, neq; ad hanc maxime respiciendum est ab eo, qui curam facit institutionis. ¶ Et si ad hanc: non tamen id consequuntur. neq; enim in alijs animalibus, neq; in gentibus: videmus fortitudinem adesse maxime efferatis, sed potius mansuetioribus ac leoninis moribus. multaq; sunt gentes, quæ ad cædes hominum, & ad eorum comessationibus insultant: vt circa Pontum Achei & Eniochi, & ex mediterraneis aliæ gentes. hæ quidẽ similiter his: illæ vero magis. quæ quidem gentes clanculum per insidias latrocinantur: ad bellica tamen opera nihil valent. ¶ Præterea scimus Lacones: dum ipsi soli exercebantur, præstitisse cæteris. nunc autem: & in gymnasticis atq; actionibus bellicis, esse alijs inferiores. non enim ob id præstabant ꝙ iuuentutem exercerent: sed ꝙ ipsi exercitati, contra non exercitatos pugnabãt. Itaq; honestas, non feritas est in certaminibus præferenda. neq; enim lupus, neq; alia bestia, honestum periculum pugnando subiret: sed magis vir bonus. ¶ Qui vero adolescentes in hoc nimium tradũt, & in necessarijs absq; disciplina permittunt: vere illos sordidos reddunt. ad vnum enim opus reipublicæ vtiles faciunt: & illos ad ipsum alijs deterius, vt ratio ostẽdit. oportet autem non ex prioribus operibus: sed ex ijs quæ nunc fiunt iudicare. nam nunc quidem illi qui repugnant, disciplinam habent: tunc vero non habebant. ¶ Quòd 13

12 Lacones. Secundi 20 Achei. Eniochi. Mediterranei. Lacones.

igitur vtendum est gymnastica, & quando vtendum: confessum existat. vsque enim ad pubertatem leuiores exercitationes sunt adhibendæ,absq; victu vllo violento & laboribus coactis:ne crescere corpora impediantur. Signum erit non paruum:quòd ita fieri queat.quia inter eos qui Olympia vicerunt: duo vel tres tantum reperiuntur,qui ijdem adolescentes & viri, sint victoriam consecuti. propterea quòd per exercitationes pueris Olympia.
14 adhibitas:sublata sit vis ac robur à violentis laboribus. ¶Post pubertatem vero cum annis tribus ad alia perdiscenda intenderint:tunc cōgruit, & laboribus & victu necessario illos occupare. simul enim mente & corpore laborare non oportet.nam se inuicem impedire nata sunt:labor quidem corporis,mentem:mentis autem corpus.

QVARTI CAP. COMMENTARIVS.

12 REprehendendę sunt circa gymnasticam ciuitates nonnullæ:quę maxime curam puerorum nūc habere videntur.quia athletarum habitudinem inducere nituntur:in qua re molienda,corpora adolescentū deformāt,& augmentū impediūt. & Lacedæmonij,quāuis in hoc reprehendendi non sint:in alio tamen reprehensioni subiacent.ꝙ suos iuuenes,laboribus immanes reddunt,& efferatos.quod minime decet. ¶Primo.quia non ad vnam virtutem,neq; ad fortitudinem præcipue respicere oportet ciuitatem bene institutam:quod Lacedæmonij faciunt. ¶Secundo.quia instituendo iuuenes:hanc bellicam virtutem,fortitudinémq; assequuntur.nam non efferatis sed potius mansuetioribus & leoninis conuenit moribus. vt patet de Acheis, Eniochis,& quibusdam gentibus,quæ continētem incolunt.quarum quædam æque illis efferatæ sunt & immanes:quædam etiam magis,quæ ad bellica opera valent nihil. ¶Tertio.quia ꝙ Lacedæmonij aliquando cæteris præstiterint: id non fuit,quia huiusmodi institutio virtutem bellicam præstet,sed quia soli exercebantur.nunc autem vbi alij meliorem habent in gymnastica exercendi modum:alijs sunt inferiores. ¶Quarto.quia qui iuuenes ad id nimiū tradunt, & in necessarijs absque disciplina detinent:sordidos eos reddunt.id enim faciebant Lacedæmonij:& ad vnum opus reipublicæ illos vtiles faciebant,& etiam ad ipsam alijs deteriores.
13 ¶In gymnastica:ad pubertatem vsque, leuioribus exercitijs,absque vlla victus,laborūmq;
14 violentia,esse agendū. ¶Iuuenibus qui in gymnastica ad alia discenda se exercitaturi sunt: à pubertate tribus annis,& labores vehementiores,& vrgentiores ciborum copias esse ministrandas,neque occupandos esse in ijs quæ ad mentem pertinent.

ANNOTATIONES AD CAP. QVARTVM.

12 MVltæ'q; sunt gentes:quæ ad cædes hominū,& ad eorum comessationes insultant. De huiusmodi, hominū manduconibus, quos ideo appellant Græci androphagos & anthropophagos,id est virorum,hominúmq; comestores:meminit Herodotus,in quarto.quos vltra Boristhenem,& Scithiam collocat.& similia narrant de quibusdam insularum accolis:quæ nostro æuo repertæ sunt,ab ijs qui ab occiduo hibero mari,nouas vias ad Indicum mare,nondū repertas solicita perquisitione,scrutati sunt.& nisi veris mendacia miscent:ad quinquaginta cæli partes nonnulli eorum nauigauerūt ad aram, polúmq; antarticum.alij autē ab occiduo ad Hypogeum, mediæ'q; noctis punctū: per partes 60 & amplius.at cum visa narrant:nobis in altero habitantibus cælo, somnia videntur.

Androphagi. Anthropophagi. Herodotus

¶De musica disceptatorio modo. Cap.V.

15 DE musica vero dubia quædā posuimus antea: & nunc rectū erit illa resumere,vt tanq̄ cōsentanea fiat rationibus, quas quis de ea dicēs ostendat.neq; enim facile est demonstrare,quā potentiā habeat,neq; cuius gratia illā adipisci oportet:vtrum solatij causa & quietis,queādmodū somnus & potus.nam hæc per seipsa non sunt honesta,sed iocūda:& simul cessare curas faciūt,vt inquit Euripides.Quapropter insti-

Dubia tria. Differit ad partem abdicantem. Euripides.

tuunt in illa,& vtuntur cũctis istis similiter vino & potu & musica.in his quoq; saltationẽ posuerunt. ¶An magis putandũ est ad virtutem tẽdere musicam,vt potentẽ? quemadmodũ gymnastica tale aliquod corpus reddit:sic & musicam talem aliquẽ morem efficere,assuefacientem posse recte lætari? ¶An ad degendi rationem aliquid confert & ad prudentiã? hoc

Argumẽtatur ad partẽ negantẽ. enim tertium ponendũ est:ex ijs quæ dicuntur.¶Q; igitur oporteat pueros:non solatij gratia discere:manifestũ est.non enim solantur discentes. nam cũ labore est disciplina. atqui nec ad degendi rationem:pueris,neq; illi ætati congruit attribuere. nulli enim imperfecto: competit perfectio. Sed forsitan videbitur puerorum studiũ solatij esse gratia, viris factis ac perfectis. Quod si hoc tale est: cuius gratia oportet eos addiscere: ac non 16

Persæ. Medi. potius(instar Persarum,Medorumq; regũ)per alios idem facientes voluptatis ac disciplinæ participes fieri? etenim necesse est: melius perfici ab ijs,qui hoc opus suum fecerũt & artem,q̃ ab ijs qui tanto solum tempore in eo laborauerũt,quanto discũt. Q; si oportet in ijs eos laborare:similiter & circa epularum apparatũ,oportebit vtiq; eos addiscere.quod est absurdum. ¶Eadem quoq; dubitatio cadit: si possit mores facere meliores. 17 quid enim opus est eos hæc discere,ac non ex alijs audientes recte lætari,

Lacones. & iudicare posse quemadmodũ Lacones? illi enim quanq̃ non didicerint: possunt tamen recte iudicare (vt aiunt) quæ sit bona,vel non bona melodia. ¶Eademq; ratio foret ad solatia,& ad rationẽ degendi otij libero homine dignam.quid enim oportet eos addiscere ac non alijs vtẽtibus frui? ¶Considerare hoc licet ex ea opinione quam habemus de dijs.non enim

Cantor. Citharœd⁹ Iuppiter cantat,at citharam pulsat secũdum poëtas:imò illos qui talia faciũt,appellamus viles.& opus illud non viri neq; sobrij,sed iocantis.Sed

Ad partem aientẽ disserit. forsitan de his:postea erit considerandũ. ¶Prima vero quæstio est:vtrum 18 musica sit in ioco reponẽda an non:& quid horũ trium quæ in dubitatione proponũtur potest efficere,vtrum disciplinã an solatium,an rationem otij degendi? Rationabiliter quidẽ ad omnia instituit,& videtur omniũ particeps.nam & iocus gratia requietis est:ac requietem necesse est esse iocundam.est enim medicina quædã molestiæ illius:quæ per laborem suscipitur.& ratio degẽdi otij non solum honestatẽ habere debet:verumetiam voluptatẽ.felicitas enim ex ambobus istis est.musicã vero omnes fatemur esse ex iocũdissimis:siue nuda sit,siue cum modulatione.inquit profecto

Museus. & Museus carmen dulcissimã rem esse mortalibus.quapropter & ad cœtus familiariũ,& ad vitam in otio degendã: rationabiliter illam recipiũt, vt potentem lætitiam afferre.vnde ex hoc quis intelligat illam pueris esse perdiscendam.quæcunq; enim iocunda sunt,atq; eadem innocua:non solum congruunt ad finẽ,verumetiam ad quietem.cum vero contingat hominibus perraro esse in fine,persæpe autẽ cessent,& vtantur iocis,non in excessu quidẽ sed ob delectationẽ:vtile vtiq; fuerit requiescere in ijs(quę ab illa proueniunt)voluptatibus. Cõtingit autẽ hominibus facere iocos finem:cũ & habeat fortasse finis voluptatẽ quandam, sed non quancũq;.

quærentes vero illam:accipiunt hanc pro illa.ex eo:ꝙ cum fine agendi ſimilitudinē habet.nam finis,gratia nullius futuri expetitur:& tales voluptates nullius futuri gratia,ſed gratia eorum,quæ anteceſſerūt,laborum ſcilicet ac moleſtiarum.propter quam igitur cauſam quærunt felicitatem fieri per huiuſmodi voluptates:hanc ſane aliquis rationabiliter exiſtimet
19 cauſam. ¶De participatione autem muſicæ:non propter hanc ſolum ſcilicet quia vtilis ſit ad ceſſationes vt videtur, verumetiam id quærendum eſt, ne forte hoc ita contingat. pretioſior quidem natura eius eſt q̄ ſecundum eum vſum:de quo ſupra dicitur.& oportet non ſolum ab ipſa voluptatem capere:quam percipiunt omnes ſecūdum ſenſum.habet enim muſica naturalem voluptatem:per quam illius vſus cunctis ætatibus,& cunctis moribus eſt acceptus. ¶Sed videndum eſt ſi quo modo ad mores extenditur:& ad animum.id autem patebit:ſi tales aliqui ſecundum mores, per illam efficiamur.atqui ꝙ efficiamur:per Olympi modulationem manifeſtum eſt.ea nanq; abſtrahit animam:& quodāmodo rapit. raptus vero & abſtractio animæ:circa morem affectio eſt. ¶Præterea audientes repræſentationes:omnes afficiūtur etiam ſine melodijs & verſibus. ¶Cum vero cōtingat muſicam eſſe delectabilium,virtutem autem eſſe circa lætari recte,& amare & odiſſe:oportet profecto addiſcere & aſſuefieri ad nullam rem adeo, vt ad iudicandum recte,& ad gaudendum manſuetis moribus,& laudabilibus operibus. ¶Sunt autem in rythmis & melodijs ſimilitudines:maxime penes veras naturas iræ,& manſuetudinis, ac fortitudinis,& temperantiæ,& omnium cōtrariorum his,& aliorum quæ ad mores pertinent.Patet id ab effectu.mutamus enim animū:talia audientes.mos autem dolendi ac lætādi in ſimilibus prope eſt:vt erga veritatem eodem modo ſe habeat.ceu ſi quis gaudet imaginem alicuius videns,non propter aliam cauſam,ſed propter formam ipſam:neceſſarium eſt huic & aſpectum ipſum illius,cuius imaginē contemplatur,eſſe iocundū. ¶Cōtingit autem in alijs quidem ſenſibilibus: nullam exiſtere ſimilitudinem morum.vt in ijs quæ tactu vel guſtu percipiuntur.in ijs etiam, quæ viſu: admodum parum.figuræ enim ſunt talia.ſed perparum & omnes huiuſmodi ſenſus participant.inſuper non ſunt hæc ſimilitudines morū: ſed ſigna magis, quæ fiunt figuræ & colores morum,& ſunt hæc à corpore in affectibus.Attamen quantū refert circa horum viſionem: oportet pueros non figuras inſpicere Pauſonis ſed Polignoti:& ſi quis alter pictor vel ſtatuarius ſit moralis. at in melodijs ipſis ſunt imitationes morū.& hoc eſt manifeſtum.ſtatim enim harmoniarum diſtincta eſt natura:ita vt qui audiunt,aliter diſponātur,nec eodem modo ſe habeāt ad vnamquanq; ipſarum.ſed ad quaſdā flebiliter & contracte magis:puta ad eam quæ appellatur Lydia mixta.ad quaſdam vero mollius ſecundum mentem:ceu ad illas quę ſunt remiſſę.ad aliam vero mediocriter & compoſite:plurimum vt videtur Dorica facere,omnium harmoniarum.Phrygia vero diſtrahit ac rapit animum:& quaſi extra ſe ponit.hæc enim recte dicunt: qui circa

Olympus. Pauſon. Polignotus Mixta Lydia. Melodia. Dorica. Phrygia.

huiusmodi disciplinam philosophantur. capiunt enim verborum testimo
nia: ex rebus ipsis. Eodem modo se habet circa rythmos. alij enim morem
continent grauius. alij concitant. alij violentiores afferunt motiones. alij
liberaliores. Ex his igitur patet: quòd musica potest animi morē, aliqua-
lem facere. ¶ Quòd si hoc potest musica: clarum est quòd ad puerorum di 20
sciplinam sit adhibenda, & in ea pueri sint instituendi. ¶ Cōgruit autem
naturæ huiusmodi: disciplina musicæ. nam pueri propter ætatem nihil fe-
runt sponte: quod non habeat in se iocunditatē. musica vero ex ijs est: quæ
sunt iocunda secundum naturam. ¶ Et videtur cognatio quædam esse no
bis cum harmonijs, & rythmis. Quapropter multi sapientum dixere: alij
quidem animam esse harmoniam, alij vero habere harmoniam.

QVINTI CAP. COMMENTARIVS.

DVbia de musica tria. ¶ Primum. an ioci, solatij'q; gratia & quietis iuuenibus ad 15
discendū sit tradenda: vt quietis gratia somnus & potus & tripudia quæruntur.
¶ Secūdum. Vtrum magis cōtendat ad mores: vt quæ possit per assuefactionē
sic animam qualem efficere, & assuefacere recte lætari, vt gymnastica corpus
quale efficit, sanum scilicet ad suas functiones, promptum, expeditum & agile.
¶ Tertiū. an ad mētem cōferat: vt ad vitam in otio, & ad prudētiam. hæc enim de ea (ex ijs
quæ de musica dici solent) tertia quæstio ponenda est. ¶ Verum videtur neq; ioci gratia, vt 16
quærit primū dubium, neq; otij, vt quærit tertium: musica à iuuenibus esse discenda. quia di
scentes: minime iocantur, ioci've reficiuntur solatio. nam cum labore est disciplina. neq; qui-
dem ad vitam in otio degendam. quia illi ætati minime decet tribuere otium. nam nulli im-
perfecto: competit finis, vitæ'q; cōsummatio. sed forsitan dicet quispiam: studiū musices pue
ris cōmittendum, ioci & solatij gratia, cū iam viri euaserint, atq; consummati. At si studium
musices tale est: cur opus est adolescētes ciuium, illam discere, & non potius per alios (Per-
sarum, Medorúmq; regum more) idipsum faciētes exercētésq; musicam, voluptatis & musi-
cæ hoc pacto fieri participes? nam necesse est melius musicę opus perfici, ab ijs qui idipsum
opus suum fecerunt & artem: q̄ ab ijs qui solum tanto tempore in eo versati sunt, quoad di
scerent. Sed quid tunc opus est liberos iuuenes operam in his terere, vt discant solum? simi
li quoq; ratione, & oportebit eos discere apparatum opsoniorum, & curam rei culinariæ di-
scendæ gerere. quod est perq̄ absurdum. videtur igitur musica: neq; ad voluptatem quæ ex
ioco prouenit, neq; ad vitam in otio, pueris esse tradenda. ¶ Sed neq; vt quæ possit melio- 17
res efficere mores: vt secundum quærit dubium discenda à liberis adulescentibus esse vide-
tur. ¶ Primo. nam quid opus est quæ eiusmodi sunt, discere: & non potius ab alijs audiētes,
recte lætari, & recte iudicare? ceu Lacedæmonij solent: qui quanq̄ non didicerint, possunt ta
men (vt aiunt) quæ bona, quæ've mala melodia sit, recte iudicare. ¶ Secundo. eadem ratio-
ne faceret ad prosperam, & in otio degendam liberam vitam melodias addiscere: sed quid
opus est eos illas addiscere, & non potius alijs vtentibus huiusmodi delectationibus frui?
¶ Tertio. musicam non esse ingenuis adolescētum animis committendam: ex ea opinione,
quam de dijs habemus, considerare licet. nam Iuppiter non cātillat, aut citharam pulsat se-
cundum poëtas: imò eos qui talia faciūt, appellamus viles, & opus illud non viri sobrij, sed
ad ebrietatem propensioris, & ioculatoris existimamus. sed de his quid sentiendum erit: di-
cendum postmodum. ¶ Ad partem oppositam: argumentatio, musicam & ad quietem, & 18
solatium quod ex ioco prouenit, & ad vitam in otio degendam esse vtilem, pueris'q; traden
dam q̄ musica ex ijs sit quæ iucundissima sunt, siue nuda sit vt versus & rythmi simpliciter
pronūciati, siue sit cum modulatione, vt & inquit Museus res mortalibus est dulcissima can
tus. quare & ad quietem per iocum & recreationem, erit accōmoda, & ad otium & felicita-
tem, quibus & honestas & voluptas adsint oportet. Quare hac ratione quispiam existimare
queat: pueris esse discendam. nam quæcūq; iocunda sunt, atq; eadem innocua, quæ non mo
do ad finem, sed & ad quietem & relaxationem conducūt. à pueris discenda sunt. musica au
tem eiusmodi est. discenda igitur. & q̄ non solū ea quærenda sint, quæ pertinent ad finē: hoc
ideo est, quia perraro cōtingit hominibus, vt adepti sint finē. at sæpe contingit remittere la-
bores, & vti iocis. quare vtile fuerit: non in excessu quidē, sed oblectandi gratia, in ijs (quæ à

mufica proueniũt) voluptatibus,quærere quietem. Et ꝙ homines iocum finẽ faciũt,errant:
fed rationẽ forfan aliquã habent.nam finis,ipfáq; felicitas:voluptatẽ aliquam habet.& volu
ptatem ioci:pro illa amplectũtur,ꝙ cũ illa fimilitudinẽ gerat.nam voluptas,quæ finis affe-
cla eft & comes:nullius alterius futuri expetitur gratia. fimiliter quoq; & voluptates quæ ex
ioco proueniũt:nullius futuri expetuntur gratia,fed ob labores & moleftias,quæ præceffe-
19 runt.& hæc non irrationalis caufa videatur:cur iocos finem faciũt. ¶Videtur etiam mufica
non folum hãc ob caufam petẽda effe,quia videlicet ipfa vtilis eft ad quietem:verumetiam
confiderandũ,ne hoc ita fit,fed ipfa potius vtilis fit ad mores. ¶Primo.quia muficæ præ-
ftantior eft natura:q̃ vtilis fit ad eum vfum qui ex ea fumitur in fufceptione voluptatũ,quę
ex ioco proueniũt.atq; oportet non folũ ex ipfa cõmunem voluptatẽ capere,quam omnes
fecundũ fenfum percipiũt:fed potius eam quæ ad mores attinet.nam mufica,naturalem ha
bet voluptatẽ:per quam illius vfus,cũctis ætatibus & moribus, acceptus,gratus,atq; ami-
cus eft. ¶Secũdo.quia per eam fecundũ mores,aliqui quales efficiũtur:vt per modulatio-
nes olympiacas agnofcitur.cõfitentur enim illic,modulis illis animas abftrahi,& quodãmo
do rapi.atqui abftractio & raptus:animæ circa morem affectio quædã eft. ¶Tertio.quia qui
aufcultant imitationes,quæ in fpectaculis repræfentari folitæ funt:compati folent omnes,fi-
ne etiam rythmis,melodijs'q; ipfis.quãto magis igitur compatientur:fi rythmi,melodiæ'q;
affint. ¶Quarto.quia cum mufica difciplina fit delectabilium,& virtus circa delectari,& a-
mare,& odiffe verfetur. oportet igitur difcere & affuefieri: ad nullam rem magis q̃ ad iudi-
candũ recte,& ad gaudendũ manfuetis moribus,& honeftis actionibus. quod videtur præ-
ftare hominibus mufica:cum fit quædam gaudendi,delectandi'q; fcientia. vtilis igitur eft ad
mores. ¶Quinto.quia in rythmis & melodijs:maxime fimilitudines,expreffionéfq; vera-
rum naturarũ funt iræ,manfuetudinis,temperantiæ,& omnium his contrariorum,atq; alio-
rum quæ ad mores pertinent,vt rerũ experientia monftrat.nam huiufmodi rythmos & me-
lodias audientes:animæ mutationẽ fentimus.at confuetudo dolendi & lætandi in fimilibus:
propinqua eft vt veritati eodẽ fe habeat modo. ceu fi quis gaudet,imaginẽ alicuius intuẽs,
ob ipfam folum formam:neceffarium eft & illi afpectũ eius effe iocundum,cuius imaginem
contẽplatur. ¶Sexto.quia in alijs fenfibilibus,nulla eft fimilitudo morũ:vt in ijs quæ odo-
ratu,guftu,& tactu percipiũtur,& in ijs quæ vifu,nifi admodũ parum.nam quæ vifu,mores
repræfentãt:figuræ funt.fed id admodũ parum. & omnes tam qui non afficiuntur q̃ qui affi-
ciuntur,vifu figurarũ cõmunicãt.& etiam non funt fimilitudines morũ.fed figna magis,quę
figuræ efficiũtur,& colores morum.& hæc figna in corpore à paffionibus funt. Verũtamen
quantũ attinet ad horũ vifionẽ,oportet iuuenes infpicere figuras,non Pafonis,fed Polygno
ti,& fi quis alter pictor,vel ftatuarius eft moralis.at in melodijs ipfis:fimilitudines imitatio-
néfq; morũ exiftunt.nam ftatim harmoniarũ diftincta cõfpicitur natura. vt qui audiũt vnã,
vno modo,& qui aliam alio modo afficiãtur.vt Myxolydia:flebiles luctuofos,animóq; con
ftrictos reddit.remiffe:animo molles,atq; effœminatos.Dorica maxime omniũ mediocrita-
tem efficit,compofitófq; reddit.Phrygia diftrahit, rapit'q; animũ,& quafi extra ponit,effi-
cit'q; furentem.& hæc certe recte dicunt:qui circa huiufmodi difciplinam philofophantur.
nam ex rebus ipfis,experientiáq; rerum:fidem verborum fumunt. Et circa rythmos:res eo-
dem modo fe habet.nam aliqui ftabiliorẽ efficiunt morem. alij cõcitatiorem.alij grauiores
afferũt motus:alij liberaliores.ex his igitur patet:muficam ad mores vim habere,& magis
20 quidem quàm picturę & alia,quę alijs fenfibus afferunt voluptates. ¶Muficam à pueris ef-
fe difcendam. ¶Primo.quia ad mores inducendos (vt vifum eft) vim,efficaciámq; habet.
¶Secũdo.quia doctrina mufices:naturæ puerorum (dum tantilla eft) eft accommoda.nam
pueri:propter ætatem,nihil ferunt vltro,quod in fe iucunditatem non habeat.atqui mufi-
ca ex ijs eft:quæ fecundum naturam funt iucunda. ¶Tertio. quia videtur nobis quædam
cognatio effe cum harmonijs & rythmis.quam ob caufam,multi dixere fapientum:hi qui-
dem animam effe harmoniam,alij vero habere harmoniam. Et hæc differendo fint dicta.

ANNOTATIONES AD CAP. QVINTVM.

19 At qui ꝙ efficiamur per Olympi modulationẽ. Certamẽ muficũ fiebat in Olym-
po, & Pericles in panatheneis quinquenne celebrare inftituit.neq; quidẽ miran- Pericles.
dum:fi mufica vim talẽ habeat ad mouẽdos hominũ animos,quãdoquidẽ & fe-
rarũ,& beluarũ fenfus mouet. vt de Arione Methymneo, qui feros nautarũ ani- Arion.
mos tãtifper placãs, dũ finito carmine defiliret in mare,vitã finiturus:delphinas mouit,qui
20 ipfum defultantẽ exciperent. vt Herodoti cõtinet hiftoria. ¶Quapropter multi fapiẽtum
dixere animã effe harmoniam. vt Hippocrates, Dinarchus:& qui huius fententiæ fuerunt.

¶De musica ex sententia, quid discendum, & quid non, & quo pa-
cto ea vtendum. Cap. VI.

VTrum autem discere eos oportet canere, & manibus pul 21
sare, aut non (quemadmodum prius dubitatum est) nũc
erit dicendũ. Non est obscurum interesse multũ ad hoc,
vt efficiamur aliquales: si quis operum ipse sit particeps.
nempe impossibile est, vel certe admodũ difficile: vt qui
opera ipsa non tractet, perite valeat iudicare. Et simul
Architas. opus est: vt pueri habeãt exercitationem aliquam. & Architæ organũ re-
cte repertũ est: quod pueris dant, vt in eo occupati, illa quæ sunt domi nõ
frangant. nescit enim pueritia quiescere. hic est enim infantibus cõueniens
ludus. disciplina vero maioribus, tanq̃ id genus instrumẽti. quod igitur
docendi sint musicam: ita vt in opere ipso versentur ex ipsis patet. ¶Quid 22
autem deceat, vel non deceat secundũ ætates: non difficile est determinare,
ac respondere vituperatoribus vile huiusmodi exercitium esse dicẽtibus.
Primum igitur cum iudicandi causa sint hæc opera ipsa perdiscenda: pro-
pterea oportet in pueritia, illis operam dare. in maiori vero ætate exerci-
tationem eorũ dimittere: tantummodo autem iudicare posse per discipli-
nam in pueritia adeptam, & lætari recte. Vituperãtibus autem qui aiunt
sordidos ac viles musicam facere: non difficile est respondere. si considere-
mus, quousq; illi opera danda sit ab ijs, qui ad virtutẽ ciuilem erudiũtur:
& quæ melodiæ, qui've rythmi sint addiscendi, & præterea quibus instru
mentis percipiatur. nam id quidẽ plurimũ referre verisimile est: consistitq;
in his, obiectionis solutio. nihil enim vetat modos quosdã musicæ, illud
quod aiunt, efficere. ¶Clarum est igitur oportere disciplinã eius: neq; im 23
pedimentum afferre posterioribus operationibus, neq; corpus efficere sor
didum & inutile ad bellicas, ciuilésq; operationes. ad vsus quidẽ iam: ad
disciplinas vero postea. erit autem hoc: si neq; in illis laborabunt, quæ ad
certamen artificij pertinent: neq; circa admirabilia quædam & superflua,
quæ in certamina prius, & de certaminibus in disciplinã venere. sed eous-
que vt gaudere valeant probabilibus melodijs & rythmis: & non cõmuni
sensu musicæ solũ, vt animalia quædam, & turba seruorũ: ac puerorum.
¶Patet etiam ex his: quibus instrumẽtis sit vtendum. neq; enim etiam ti- 24
Tibia. biæ sint in disciplina recipiendæ: nec aliud artificiosum instrumentũ, vt ci
Cithara. thara, & si quid aliud tale, sed quæcũq; faciant auditores bonos, vel musi-
cæ disciplinæ, vel alterius. Insuper tibia non est morale: sed potius ad ani
mositatem cõcitatiuum. Itaq; ad huiusmodi tempora est vtendum illa: in
quibus spectacula magis purificationem requirunt q̃ disciplinam. ¶Ad-
iungamus autẽ & illud: quod contrarium disciplinæ efficit, impediens ra
tione vti tibiarum sonus. Quapropter bene reprobauerunt illarum vsum
antiqui, & ad iuuenes, & ad ingenuos: licet prius vsi fuissent. studiosiores
enim facti propter diuitias: & animosiores ad virtutem & prius & post vi
Medi. ctoriam cõtra Medos habitam, ac ex rebus gestis magnũ de se sapientes,

disciplinam omnẽ arripuerunt.non iudicantes,sed experientes.Quapro-
pter tibiarũ quoq; vsus tunc receptus est.nam apud Lacedæmonios qui- Lacedęmonij.
dam qui ludos exhibebat:ipsemet tibijs modos fecit.& Athenis quousq; Athenięses
in consuetudinẽ venit:vt fere ingenui omnes discerẽt.quod patet ex tabu
la à Thrasippo posita:cũ ludos pro tribu sua dedit.Postea vero in desue- Thrasipp9
tudinem abijt,& improbari cœpta est:cũ iam melius per experientiam iu
dicari possit,quid ad virtutem pertinet,& quid non.Eodem quoq; modo
permulta instrumentorum antiquorũ, improbata sunt: veluti Pectades, Pectades.
& Barbiti,& quę ad voluptatem audientium intendebant,heptagona,& Barbiti. Heptagona
trigona,& sambucæ, & cuncta quæ indigent perita manuũ gesticulatio- Trigona.
ne.Rationabiliter quoq; se habet illud:quod antiqui de tibijs fabulãtur. Tibiæ.
aiunt enim Mineruam repertricem: tibias abiecisse, ob deformitatẽ oris. Minerua.
atqui non male habet dicere: fecisse id deam, deformitate oris infensam:
sed & etiam multo magis ob id,quia nihil confert tibiarum vsus ad intel
25 ligentiam & mentem,cum scientia & ars Mineruæ sit attributa. ¶Cum
vero instrumentorũ & operis improbauerimus artificiosam disciplinam:
artificiosam vero illam posuimus, quæ versatur in certaminibus. in illis
enim qui agit,non propriæ virtutis gratia agit:sed vt audientes delectet,
& onerosa quidem delectatione.Quapropter non ingenui hominis cense-
mus esse huiusmodi opus:sed peruiles ac sordidos cõtingit illos fieri.nam
finis cuius gratia faciunt,improbus est:cum spectator onerosus existens,
modo hoc, modo illud exigere consueuerit. ita vt artifices quoq; placere
studentes:illiusmodi efficiantur,& corpora similiter propter motus.

SEXTI CAP. COMMENTARIVS.

21 DE musica: ex sentẽtia.eam ciuium liberis:vt aliquatenus,& canẽdo,& manibus
pulsando discant,permittendã esse.Primo.quia non parũ refert ad hoc ipsum:
vt quales fiant aliqui,cum quis operum sit particeps.nam aut impossibile est,
aut admodum difficile:vt qui opera ipsa non tractent,probe iudicare valeant.
atqui ciues circa musicam recte iudicare decet:& quæ probe,& perperam oble
ctet ad degendam vitam.permittenda igitur dum adolescentes sunt,illis musica:ad hoc co
gnoscendum,iudicandúmq;,dum iam constituti fuerint in ætate adulta.¶Secundo. Quia
opus est vt pueri habeant exercitationem aliquam.& Architæ instrumẽtum ad sonore per-
strependum bene repertum existimant:quod pueris dant,vt in eo occupati,non destruant
aliquid vtensilium, quæ in domo sunt. nam nescit pueritia quiescere. hic enim infantibus
conueniens ludus. at vero maiusculis factis musicæ disciplina, aut canendo aut pulsando:
22 pro huiusmodi instrumento erit. ¶Musicam in pueritia,eiúsque opera esse discenda,& iu-
dicandi & recte lætandi causa.& ex hoc diluitur tertia ratio numeri 16: quæ musicam accu-
sabat, & vile huiusmodi artificium esse, & viles efficere. nam qui duntaxat eam in pueritia
discunt: quo possint iudicare recte,& recte lætari,discentes quidem & melodias,& rythmos,
& instrumenta tractantes, vt decet eos qui ad virtutem erudiuntur ciuilem, in maiori æta-
te exercitationem huiusmodi missam facientes:neq; id sordidum est, neq; sordidos efficit.&
in his:illius obiectionis pendet dilutio. nam nihil prohibet quosdam esse musicæ modos,&
23 qui sordidi sunt,& sordidos efficiunt. ¶Musicam liberis adolescentulis tribuendam: talem
esse oportere,vt quæ nullum futuris actionibus,afferat impedimentum,neque corpus vile
efficiat ac inutile ad bellicas & ciuiles operationes. sed illis tunc ad vsum prosit: & ad disci-
plinas postea. id autem euenit: si discendo,in ijs non laborabunt adolescentes quæ ad arti-
ficiosa certamina contendunt.neq; circa admirabilia quædam & superflua:quæ in certamina
prius,& ex certaminibus venerunt in disciplinam,sed eousq; discant:vt gaudere valeant ho
nestis melodijs,& rythmis.& non solum cõmuni musicæ oblectatione: vt animalia quædam,
24 & mancipiorum turba,ac puerorum. ¶Neq; tibiæ,neq; cithara,neq; aliud artificiosum,ple-

númq; laboris instrumentum:ciuium adolescentibus in musica institutione est exhibendum.
sed ea,quæ auditores bene afficiunt:tam ad musicam quàm ad aliam disciplinam. Et quòd
tibiarum exercitium,illis non conueniat:patet. Primo.quia tibia non est aptum ad mores in-
strumētum:quin potius concitatiuum iræ.Quare ijs temporibus tibia potius vtendum est:
in quibus spectacula magis purificationem quàm disciplinam requirunt. ¶Secundo. quia
contrarium disciplinæ efficit:impeditq; ratione vti,tibiarum sonus.Quare bene reprobaue-
rūt earum vsum antiqui,& ad iuuenes,& ad liberos homines:tametsi prius vsi fuissent.nam
magis studijs vacare valentes ob partas diuitias,& magnanimiores ad virtutem,cum ante,
tum post victoriam de Medis habitam:se ex operibus sapere putantes,otium tentabant,di
sciplinam non iudicantes, sed indagantes. qua de causa: tibiarum vsus, tunc ad disciplinas
receptus est.nam quidam qui Lacedæmone choris præerat:ille idem,& Athenis tibijs cho
rum fecit,& in regione,sic vt iam multi fere liberorum, hanc sibi tibiarum vendicarent di-
sciplinam. vt patet ex tabula,quam Thrasippus apposuit:cum chorum exhibuisset epphan
tide.at vero postmodum obsoleuit huiusmodi mos:& reprobari cœpta est tibia,cū iam per
experiētiam,ad melius iudicandum peruentum est,quid ad virtutem pertinet,& quid non.
& simili modo permulta vetustorum instrumentorum:ceu pectades,& barbiti,& quæ ad vo
luptatem audientium contendunt,vt heptagona,& trigona, & sambucæ reprobata sunt,&
cuncta quæ indigent perita manuum gesticulatione. ¶Tertio. quia rationabiliter ob oris
deformitatem tibiæ reijciendæ essent:tametsi etiam longe rationabilius tesutentur,quòd ni-
hil ad intelligentiam & mentem conferunt. vt fabula de Minerua tibiarum repertrice con-
tinet. fabulæ narratio clara est. ¶Instrumentorum & operum musices: artificiosam discipli- 25
nam non decere liberos adolescentes. nam artificiosa,ea posita est:quæ versatur in certami-
num æmulationibus.atqui qui in illis agit,non proprie,suíque ipsius,virtutis gratia agit:
sed ad audientium plausum,& vt eos delectet, & onerosa quidem & illiberali delectatione.
Quare non liberi hominis censemus esse,huiusmodi opus: sed qui id exercent viles admo
dum & sordidos fieri cōtingit.nec ab re quidem.nam finis ad quem,vt ad signum id faciūt:
improbus est.spectator enim onerosus existēs:musicæ varietatem inducere cōsueuit.Qua-
re & artifices:ad ipsum curam suam,studiúmque adhibentes:ipse,quales quosdam,instabi-
les,& sordidos facit,perinde ac corpora propter motus fieri solent.

ANNOTATIONES AD CAP. SEXTVM.

ET Architæ organum recte repertū est. Id Architæ organum platagen nuncupāt. 21
éstq; vt aiunt πλατάγη εἶδος ὀργάνου ἦχον ἢ ψόφον ἀποτελοῦντος quædam spe-
cies organi,& sonum,& strepitum ædentis. ¶Erit autem hoc:si neque in illis la- 23
borabunt,quæ ad certamen artificij pertinent,neq; circa admirabilia quædam &
superflua,quæ in certamina prius,& de certaminibus in disciplinam venere. Liberale nō est
ex hoc documento:non modo in musica sed ne in aliqua quidem disciplina:in admirandis
quibusdam,subtilibus & superfluis,generosos adolescentes exercere.& ex Aristotele,Plato-
ne,cæterisq; qui bonorum authorum famam sunt consecuti cognoscere promptum est,hu
iusmodi admirāda præsertim in doctis,sed reuera futilia (ne subtilia dicam) quæ interdū & in
certamen cōtentiosorum veniunt,& in studiorum perniciem (qualia sunt indigna sophisma-
ta,obligationū tendicula,inextricabilia,vane pronūciata,calculatorum sycophantiæ,super-
flua circa quasq; disciplinas) non esse in disciplinam transferēda,neq; in illis cogere iuuenum
animos deprauescere. sed faciendū (ceu in præclarioribus quibusdam locis,etiam nūc facere
audio:vnde & merētur laudem) vt bonorū authorū libri (resectis absq; certa authoris alicu-
ius litera,glossematis,& frigidiusculis phantasiolis) legantur,ipsæq; cum in philosophicis,
tum in sacris eloquijs primariæ literæ. perinde atq; grāmatici,qui Virgilium discunt:nunquā
se Virgilium audisse dicant,qui literam ipsam,& heroicos ipsos vt author composuit, non
didicerint.& tūc licet inter legendū authores ipsos,illas interpretationes,& commētarios à
profitentibus cōmendari,qui scite ad authorū intelligētiam faciunt,& literam ipsam paten-
tem atq; peruiam. poterūt igitur qui docendi prouincias suscipiunt,suos auditores ammo-
nere in grammaticis quo ad præcepta prodesse & Sypontinum & Diomedem legi,& tales,
neq; nimis immorandū. ad carmen:Virgiliū & Mantuanum alterū,castúmq; & cælibem Pru-
dentium,& si qui similes,multitudo tamen cōfundit. in oratione liberiori,& quæ lege carmi
nis soluta est:epistolas Ciceronis,Plinij secundi,Francisci Philelphi. In rhetoricis:præcepta
Ciceronis. Si delectabūt historiæ:post sacram,castiores sunt Iosephi,& Egesippi,religiosio-
res Hæraclidis,& Agiographæ. In dialecticis:Logicam Aristotelis ad literā,non precariam,
quæsita à Boëtio & alijs fidis interpretibus intelligētia. In Arithmetica:Nicomachū Boëtij.

Sypōtinus
Diomedes
Virgilius.
Mātuanus.
Prudētius.
Epistolę Ciceronis.
Epistolę Plinij secundi.
Epist. Francisci Philelphi.
Rhetorica Ciceronis.
Historię sacræ.
Iosephus.
Egesippus.
Heraclides
Agiographi.
Aristoteles
Boëtius.
Nicomachus.

In musica:eiusdem musicã. In geometria:Euclidem. In astrologia: Ptolemæi theoricen quæ & magna compositio. In naturalibus, moralibus, rebuspublicis, & re familiari: Acroamaticorum Physicorum, Ethicorum, Politicorum, œconomicorum Aristotelis è fonte puri bibantur liquores. ex his enim legitime transitur ad leges, non vt ditetur quis, non vt rutilet cocco, aut effulgeat ostro: sed vt sit fidus, incorruptúsque iustitiæ minister. Sed qui volet hæc ad finem deducere superiorem, feliciúsque otium: præparetur in libris Aristotelis, qui transmundanorum & metaphysicorum sunt, quíq; de prima, supramundanáq; philosophia nuncupantur. hinc libri sacri cum veneratione tractentur. quibus assint comites Cyprianus, Hilarius, Origenes, Hieronymus, Augustinus, Chrysostomus, Athanasius, Nazanzenus, Damascenus, & similes. In his autem mente purgata & sensibus exercitatis, actione vitæ cõsentanea, & morum honestate, calcatis vitijs: si mens generosior, eleuatiores contemplationes affectet, paulatim ex libris Cusę surgat, & diuini Dionysij, & si qui sunt similes. hanc procul dubio liberalem, & ingenuam: putauerim esse institutionem. Et sacer Hieronymus (ne omnino sine teste loquar) pro Romanæ cuiusdã virginis institutione scribens, Discat inquit primo psalterium. his se canticis: sanctam vocet. & in prouerbijs Salomonis: erudiatur ad vitã. in Ecclesiaste consuescat quæ mundi sunt calcare. in Iob virtutis & patiẽtiæ exempla sectetur. ad euangelia transeat. iámq; ea positura de manibus: apostolorum acta, & epistolas toto cordis imbibat volũtate. Cúmq; pectoris sui cellarium his opibus locupletauerit: mandet memorię prophetas, pẽtateuchum, regum, & paralipomenon libros. Esdræ quoq; & Hester volumina. ad vltimum: sine periculo discat canticum canticorum. quem librum, si ex corde legerit, sub carnalibus verbis spiritualium nuptiarum epithàlamium non intelligens: periculum est ne vulneretur. Caueat omnia apocripha. & si quando ea non ad dogmatum veritatem sed ad signorum reuerentiam legere voluerit: sciat non eorum esse, quorum titulus pręnotatur, multáq; his admixta vitiosa, & grandis esse prudentiæ, aurum in luto quærere. Cypriani opuscula semper in manu teneat. Athanasij epistolas & Hilarij libros inoffenso percurrat pede. illorum tractatibus, illorum delectetur ingenijs: in quorũ libris pietas fidei non vacillat. cæteros sic legat: vt magis iudicet quàm sequatur. Sed de his satis.

Euclides. Ptolemęus Physica. Ethica. Politica. œconomica Metaphysica. Totũ vetus organum. Euangelia Actus. Epistolæ. Apocalypsis. Cyprianus Hilarius. Origenes. Hieronymus. Augustin9. Chrysostomus. Athanasi9. Nazanzenus. Damascen9 N. Cusa. Dionysius. Hieronymus.

De harmonijs, rythmis, melodijs, moralibus, actiuis, abstractiuis, & quæ quibus, ætatibus. Cap. VII.

26 Considerandum præterea est de harmonijs & rythmis:
vtrum ad disciplinam omnibus vtendum sit harmonijs
& omnibus rythmis, an distinguẽdum. Deinde vtrum
illis qui eruditionis causa laborant: eandem definitionẽ
tribuamus, an tertium quid aliud. Quoniam videmus musicam esse per melodiam & rythmos: horum vtrũq; latêre non debet, quam vim habeat ad doctrinam. & vtrum præferenda magis sit ea pars, quæ in melodijs consistit: an ea quæ in rythmis.
27 Putantes igitur multa de his esse dicta recte à musicis quibusdam, qui
nunc sunt, & à philosophis, qui peritiam habent huiusmodi disciplinæ: discussionẽ & examen singularum partium, illis dimittemus, qui perquirere volent. nos autem legitime solum modo in genere de ipsis dicamus.
28 Cum illa probetur à nobis melodiarum diuisio, quam faciũt quidam
philosophi: quod aliæ sunt morales, aliæ effectiuæ, aliæ abstractiuæ, ponentes naturam earum ad singula istorũ propriam. Dicimus autẽ: non vnius vtilitatis gratia oportere musica vti, sed multarum: nam & doctrinæ gratia, & purificationis (quid autem purificationem intelligamus: nune simpliciter, aliâs vero diligentius in ijs qui de poëtica, dicetur) tertio gratia
29 degendi otij, quietisq; causa, & remissionis curarũ. Patet omnibus harmonijs esse vtendum: sed non eodem modo, verum ad doctrinam quidem moralibus est vtendum maxime. ad auditionem vero alio pulsante, effe-

ctiuis & abstractiuis.nam affectio illa quę contingit circa animos quorũ
dam vehementer:in cunctis existit. Differt autem secundum magis & mi
nus:ceu cõmiseratio & metus,& præterea abstractio animi. nam per hũc
motum deuoti & supplices quidam fiunt.videmus autem ex sacris melo
dijs ita affici,quando vtuntur expiantibus animã carminibus:quasi me
dicina fretos & purificatione. Hoc idem euenire necessarium est ijs:qui cõ
miseratione,& qui metu,& qui alijs affectibus detinentur,& alijs quan
tiscunque talia contingat,fieriq́; in omnibus purificationem quandam &
alleuiationem cum voluptate. Similiter autem carmina purificatiua:læti
tiam afferunt innocuam hominibus.quapropter talibus harmonijs,& ta
libus carminibus:spectandi sunt ij,qui theatralem musicam tractant cer
tatores.sed cum spectator sit duplex,alter ingenuus & doctus,alter vilis
& indoctus ex opificibus,turbâq; vrbana: his quoq; accommodãda sunt
certamina,& spectacula ad cessationem & quietem. vt enim illorum ani
mæ distortæ sunt à naturali habitudine : sic harmoniarum & melodiarũ
distortiones sunt quædam,& illæ sunt vehementes ac rigidę. Delectat ve
ro singulos id quod naturæ suæ sit aptum.quam ob rem licentia permit
tenda est ijs,qui de arte musica certant:vt ad huiusmodi spectatorem, tali
genere vtantur musicæ. ¶Ad doctrinam vero (quemadmodum dictum 30
Dorica Melodia. est)moralibus melodijs est vtendum.& talibus harmonijs:qualis est Do
rica,vt supra diximus. Recipiẽda est & alia quãcunq; nobis suadent:qui
Socrates. Phrygia. Dorica. in philosophia,musicáq; versantur. Socrates vero in libris de republica:
non recte Phrygiam adiungit tantummodo ad Doricam,licet improbãs
tibiam ex instrumentis. habet enim eandem vim Phrygia in harmonijs:
quam habet tibia in instrumentis. ambæ enim concitant animos : & in
affectus impellunt. Ostendit hoc poësis. tota enim bacchatio & tota hu
iusmodi concitatio:maxime omnium instrumentorum per tibias fit. har
Dithyrambus. monia vero Phrygia maxime hunc modum habet : ceu Dithyrãbus ma
nifeste videtur esse Phrygius. cuius quidem rei plura afferunt argumen
ta:qui circa huiusmodi rerum intelligentiam vacãt. Et inter cętera illud,
Philoxenus. quod Philoxenus aggressus Dorice facere dithyrambos in fabulis,nõ po
tuit:sed ab huius natura tractus fuit ad Phrygiam harmoniam:quæ ma
xime illis congruebat. Doricam autem fatentur omnes cõstantem esse ac
firmam:morémq; summopere continere virilem. ¶Præterea cum mediũ
extremorũ laudemus,sumendumq́; esse dixerimus,Dorica autẽ hanc ha
beat naturam ad alias harmonias.manifestum est,ꝙ Doricam præ cæte
ris decens est iuniores addiscere. ¶Sed duo consideranda sunt:vnum quid 31
possibile,alterũ quid deceat.nam possibilia quisq; aggredi potius,& con
uenientia sibi:debet. Sunt autem hæc determinata ætatibus. ceu defessis
iam tempore non facile est alti spiritus cantilenas canere:sed talibus natu
Socrates. ra subijcit remissas. Ex quo Socratem in hoc quoq; merito reprehendunt
quidam ex ijs, qui circa musicã versantur: ꝙ remissiores harmonias im
probauit ad doctrinam,quasi vinolentas accipiens illas, non secundũ vi

nolentię naturã(nam vinolentia magis debacchari facit)sed defessas. quare & ad futuram ætatem seniorum: opus est huiusmodi harmonias attingere, & huiusmodi melodias. Præterea si qua est talium harmoniarũ, quę conueniat puerorum ętati ex eo, quia possit ornatum simul doctrinámq; ferre: quod Lydia maxime omnium harmoniarũ habere videtur. manifestum, quòd hæ tres determinationes sunt in doctrina faciendæ: sed medium possibile, atque decens. Lydia.

SEPTIMI CAP. COMMENTARIVS.

26 Quæstiones tres. Prima. vtrum ad musicam disciplinã: omnibus vtendũ sit har-
moniјs, & omnibus rythmis, an distinguendum. ¶Secunda. vtrũ ijs qui ope-
ram disciplinæ discendæ nauant: eandem determinationem ponimus, an quan
dã aliam tertiã. ¶Tertia. Cũ musicæ vna pars in melopœia, melodijs'q; versa
tur, & altera in rythmis: vtrum ea quæ probe vtitur melo, præferenda sit illi,
27 quæ bene vtitur rythmis. ¶Exactam de hisce determinationem: nunc inquirendã non esse.
nam hæc cognitio, à musicis, & nonnullis philosophis, qui sufficientem habent musicæ co-
gnitionẽ: si qui desiderarent inquirẽda esset. nunc autẽ (& iure quidem) rudi Minerua, de hu-
28 iusmodi esse dicẽdum. ¶Non vnius vtilitatis gratia, sed multarum: musica vtendum. nam
quidã de hac re philosophantiũ: diuidunt melodias in morales, actiuas, & abstractiuas, po-
nentes quidẽ harmoniarum naturã vnicuiq; istarum accõmodatam. nõ igitur ad vnum mu
sica, sed ad multa: vtilitatem habet. Habet enim vtilitatem: & ad eruditionẽ, & ad purifica-
tionem, innoxiámq; affectuũ sedationem. tertio ad vitã degẽdam. & quarto ad curarum re-
29 missionem, & per iocũ quietem, relaxationémq; laborum. ¶Omnibus harmonijs, & mora-
libus, & actiuis, & abstractiuis esse vtendum: sed non ad eundẽ vsum. Nam ad disciplinæ in-
stitutionem: moralibus vtendũ est. ad oblectationem vero quæ auditu hauritur (alijs manu operantibus) actiuis. & abstractiuis vtendum interdum ad purificationem, & interdum ad quietem, remissionémq; laborum. ad purificationem quidem. quia affectio animi quæ circa quasdam animas vehementer contingit: illa cunctis inexistit, differenter tamen secundũ magis & minus. vt cõmiseratio, metus, raptus animi. hoc enim motu quidã occupati sunt. videmus enim eos (cum sacris melodijs vtuntur ij, qui à furoribus expiant animã) restitutos, quasi medicinam adeptos & purificationem. Et hoc idem necessarium est euenire ex melis: ijs qui prorsus cõmiseratione, & metu, & alijs affectibus detinentur, & alijs qui aliquantulũ talibus afficiuntur, & fieri in omnibus per melodias purificationẽ, & alleuiationem cũ voluptate. Simili quoq; modo: melodiæ quæ ad purificationem spectant, lætitiam afferunt, hominibus innocuam. Quare talibus harmonijs, talibúsq; melodijs: spectari digni sunt ij, qui concertantes theatralem musicã tractant. Ad quietẽ vero & relaxationẽ laborum, cum duplex sit spectator, vnus liber & eruditus, & alter onerosus & illiberalis, vt qui confluit ex opificibus & mercenarijs: ad spectatorem, genere harmoniæ est vtendũ. liberali quidem & moderato ad liberalem: & illiberali ac vehementiore ad illiberalem, sordidúmq; auditorem. nam vt opificum sordidorúmq; animæ distortæ sunt à naturali habitudine: sic & harmoniarũ distortiones sunt, & melodiarum quædam rigidæ, & inflexiles. atqui singulos: id quod est naturæ suæ consentaneum, delectat. Quare potestas faciẽda est ijs, qui in musica certamen susci-
30 piunt: vt ad spectatorem, qualis ipse fuerit, & musicam quoq; exhibeant talem. ¶Ad ado-
lescentum liberalem institutionem: Dorica harmonia esse vtẽdum, & alia quãcunq; in philosophia & musica legitime versati, suadent esse recipiendam. Phrygiam autem nõ cõuenire. ¶Primo. quia Dorica maxime harmoniarum moralis: & quam omnes fatentur constantẽ, firmúmq; ac virilẽ continere morem. ad doctrinã autem, prius dictum est vtendũ esse moralibus harmonijs. Phrygia vero: vt tibiæ, concitatiua est, magis consentanea dithyrambis, & bacchationibus. Vnde Socrates minime approbandus est: qui in republica, eam Dorice ad iuuentutis disciplinam copulauit. huius enim rei argumento: Philoxenus musicus, qui cum tentasset harmonia Dorica dithyrambo facere fabulas: haudquaq̃ potuit. sed ad Phrygiam tractus est harmoniam: quæ illius erat naturæ, & quæ maxime congruit dithyrambis. ¶Secundo. quia medium extremorum laudamus, sumendúmq; esse diximus. atqui Dorica naturam medij, ad alias habet harmonias. maxime igitur Doricam præ cęteris, decens est iunio-
31 res addiscere. ¶Harmoniæ sunt ætatibus accõmodandæ. nam quisq; possibilia sibi, & con-
uenientia potius aggredi debet. at hæc determinata sunt ætatibus. vt fessis iam ætate: nõ fa-

cile est alti spiritus cantilenas canere, sed talibus natura subijcit remissas. & earũ, si quæ conuenit puerorum ætati: maxime Lydia. quia ornatum, doctrinámq; simul ferre possit. viros autem: mediocres. & hæ tres determinationes in disciplina faciendæ: sed medium, & possibile & decens. Et Socratem reprehendunt quidam eorum, qui in musica versantur: q̄ remissiores harmonias improbauit ad disciplinam, quasi vinolentas. verum id non est secundum vinolentiæ potentiam. vinolentia enim: impetuosa res est. huiusmodi autem harmoniæ, languidæ, ac defessæ.

ANNOTATIONES AD CAP. SEPTIMVM.

Melodia. Melopœia. Rythmus. Rythmopœia. Epopœia. Dramatica Exegematica. Cœna. id est actiua. Narratiua Communis Tragœdia. Prætextata Tragici. Tragœdi. Comœdia græca. Comœdia latina. Comici. Comœdi. Satyra græca. Satyra latina. Satyrici. Mimi. Palliata. Togata. Tabernaria Atellana. Planipes. Moralis. Historica. Doctrinalis Epopœia. Epopœi. Epici. Melopœia. Melica. Lyrici. Elegia.

CVm videmus musicam esse per melodiã & rythmos. Melodia: ei parti musicæ, 26
quæ melopœia dicitur subseruit. fit'q; voce: vt cantu. flatu: vt tibiæ, fistulæ, sambucæ. tactu: vt lyræ, barbiti, citharæ. Rythmus subseruit rythmopœiæ fit'que rythmus: numeris, aut in quantitate syllabarũ & in numero pedum seruatis, vt iambici, trochaici, & id genus lyrici rythmi. aut in numero syllabarum solũ: simili quadam seruata emmeli, euphonáq; sonoritatis cadentia. quales rythmi cõplures vernaculi sunt. Itali: vt Dantici, Petrarchiaci. Gallici: vt Meduniani, Molinetiani ac similes. cæterum carmina, vt heroica: magis famulantur musicæ epopœiæ. Et hæc musica poëticæ pars est, de qua in
sequẽti annotatione plenius. ¶ Alias vero diligentius in ijs, qui de poëtica: dicetur. Poëticen 27
scripsit Aristoteles: vbi ostendit cum de melicis & epicis agit, musicen purificandi, serenandi, sedandi'q; ex perturbationibus animos, vim habere. Verũ quia hic de poetica sermo incidit: pauca forsitan de ea perstringere, nõ fuerit illaudabile. Tres eius partes faciunt δραματικὴν, ἐξηγηματικὴν, κοινὴν: actiuã, narratiuã, cõmunem. Actiuæ partes: sunt tragœdia, comœdia, satyrica, mimica. Narratiuę partes: moralis, historica, doctrinalis. Cõmunis partes: epopœia, melopœia quæ & lyrica, elegiaca, dithyrãbica, iãbographa, epigrãmatographa, hymnographa, asmatographa, epithalamiographa, moneda, buccolica, georgica. ¶ Tragœdia: heroum, regum, tyrannorum, in aduersis acta comprehendit. hæc apud latinos prætextata dicitur: à prætexta genere amictus, quo reges, & latinorum magistratus vtebantur. tragœdiæ scriptores: tragici & tragœdi dicuntur. ceu fuerunt Eschylus, Sophocles, Euripides, Arion, Phrynicus, Ion, Acheus, Pacuuius, Ennius, Seneca. ¶ Comœdia gręca: priuatam ciuilémve vitam comprehendit. cui proprium est conuitia spargere, dicaces sermones, & scurrilitates cõtinere. sed comœdia latina: fere poësis mimica est. quæ & palliata fabula, & togata, & tabernaria, & atellana, & planipes. qui scribunt: comici & comœdi dicuntur. vt Susarion, Eupolis, Aristophanes, Cratinus, Pherecrates, Menãder, Philemon, Philistion, Terentius, Plautus. ¶ Satyra græca: res tragicas, & graues cõprehendebat, satyros rusticos inducẽs. vt interim iocis, lusib⁹, saltibúsq;: spectatot mulceretur. huius propriũ: risus, scurrilitates, cũ luctib⁹ miscere. has fabulas latini Atellanas vocãt. Satyra latina: aliud poëmatos genus aliq̃d actiuũ, & mimicũ continẽs. Scriptores: satyrici. vt Pratinas, Lucillius, Horatius, Iuuenalis, Persius. ¶ Mimica: est sermonis & actus cuiusq; imitatio citra reuerentiã vllã, & factorũ cũ lasciuia repręsentatio. qui scribũt: poëtę & mimi. vt Sophrõ. mimicæ apud latinos: ferme fabulæ palliatæ, togatæ, tabernariæ, atellanæ, planipedes. ¶ Palliata fabula: quæ a Græcis cõuersa, comœdię nomẽ tenet, & habitu græco repręsentabatur. est enim palliũ: Græcorũ amictus. vt ea quæ Terentij & Plauti. ¶ Togata fabula: in qua habitu Romano fiebat repræsentatio. nam toga romanus amictus, & hæc comœdię gręcę respondet. ¶ Tabernaria: per humiles personas repręsentabat. ¶ Atellana dictis iocularibus: & satyricis gręcis similibus, fabulam peragebat. ab Atella Volscorum vrbe dicta. ¶ Planipes: mimica erat, in qua nudis pedibus in scænam repręsentatores veniebant. sed tragici: cum cothurnis. & comici cũ soccis. ¶ Nunc ad secundam partem. Moralis: morum & vitæ, præcepta continet. vt pars magna georgicorũ Hesiodi, Theognides, Phocylides, Menander, epistolæ Horatij. ¶ Historica: genealogias, & priscarum rerum monumenta, vt plurimũ ficticia. vt Theogonia Hesiodi, Methamorphosis Ouidij, Lucanus, Statius. ¶ Doctrinalis: quę aliquid docet, vt georgicon Virgilij, de agricultura, halieutica Oppiani de piscibus, Manilius, & Aratus, & Vrania Põtani de astris, Macer de herbis, Quintus Serenus de medicina, Priscianus de situ orbis, Lucretius de physiologis, Bonincontrius de natura rerum. Faustus de virtutibus, Bigi opuscula christiana & similia. & hos etiã scriptores: epopœos vocãt nõnulli. ¶ Epopœia heroicam continet: quę pręclara gesta heroum, & fortium virorum describit. vt Ilias, & Odyssea Homeri, Æneis Virgilij, Pharsalica Lucani. scriptores epopœi, & epici dicuntur. ¶ Melopœia quæ & melica: adiecto musico instrumento, vt lyra, cithara, barbito & huiusmodi peragi solebat. Scriptores: lyrici poetæ dicti sunt. ¶ Elegia: hexametro, pentametróq; lamenta-

tiones & luctus decãtat. Scriptores: Elegiographi. vt Callimachus, Philetes, Ouidius, Propertius, Tibullus. ¶Dithyrambica: quæ canit bacchum, & quæ multifariam carmina inuoluit & implicat, bacchicos modos, ebriosósq; & insanos imitata, quæ & dithyrãbopœia dicitur. Scriptores: dithyrambici, & cyclici. vt Arion, Philoxenus, Pindarus. ¶Iambographa: iambicis carminibus maledicta cõtorquet. Scriptores: Iambici. vt Archilochus, Hipponax. ¶Epigrãmatographa: statuas, domos, loca, donaria, vario carmine laudat, aut vituperat. Scriptores: Epigrãmatographi. vt Simonides, Palladius, Agathias, Martialis, Claudianus, Horatius. ¶Hymnographa: deorũ hymnos canit, & hęc impura. quę vero pura: vnius dei, sanctorúmq; concinit laudes. Scriptores: hymnidici, & hymnographi. impuri: vt Orpheus, Homerus, Callimachus. puri vero Dauid, Hierotheus, Prudentius, Chrysostomus, Hilarius, Hieronymus, Ambrosius & plæriq; alij. ¶Asmatographa: ad lyram, barbiton, citharam & alia musica instrumenta, carmen condit. Scriptores: Asmatographi, & cantores. vt Demodocus, Phemius, Automedes, & ferme insignes, primo nostro æuo fuerunt Bunous, Ogganius. at vero nunc etiam vitæ superstites asmatographi posteritati cõmendabiles (ne tẽpora nostra tanquam sine musis taceamus) Alexander, Iaspar, Iossequinus, & qui cum Homerico Phemio certare possit, Attrabas Feuinus. ¶Epithalamiographa: nuptiarũ solẽnia carmine celebrat. Scriptores: epithalamiographi. vt Agamestor, Hesiodus, Theocritus, Catullus, Claudianus, Ausonius. ¶Moneda: vnicam personam insignẽ reddit. Scriptores: monede. vt in multis epitaphiographi. ¶Georgica: agricolationis præcepta cõtinet. Scriptores: georgici. vt Hesiodus, Virgilius. ¶Bucolica: pastorum, & agrestiũ mores imitatur, & sermones. Scriptores: bucolici. vt Bion, Theocritus, Virgilius. ¶Verũ de his omnibus, qui ad optimæ ciuitatis formandos adolescẽtes, & ciuium liberos, præcipue sunt admittendi: morales, doctrinales, epopœi, & puriores hymnographi. cæteros iubet Plato ab optima ciuitate esse pellendos. quales sunt tragœdi, comœdi, satyrici, mimici, elegiographi, Dithyrambographi, Iambographi, & similes. sed sicut hi poësim mollem, aut efferam & distrahentem, aut maledicam continent: ita in ciuitatibus lapsis (sicubi locus talibus sit) tantum permitti debet, quanquam etiam nu'quam deberet. sed hæc: pro annotatione poëtices Aristotelis, satis. ¶Ceu dithyrambus: manifeste videtur esse Phrygius. Dithyrambi: hymni erãt ad Bacchum. & dithyrambus Bacchi nomen à duabus portis: quibus egressus à poëtis fabulatur, à cæsa Semeles aluo, & à Iouis fœmore. ¶Dorica autem hanc habeat naturam. Harmoniarum quædam sunt molles & effœminatæ: vt myxolydiæ. quædam concitatiuæ, vehementes, & furibundæ: vt phrygiæ. quædam vero moderatæ, & viriles: vt Doricæ, & Lydiæ. ceu fere apud nos harmoniæ gallæ: molles. Italę: luctuosæ. Germanæ & Britannæ: magis viriles. Eluetianæ: concitatiuæ. veluti & in generibus melorum: apud musicos: chromaticum molle est. enarmomicũ: concitatiuum. & diatonicum: moderatum. & quanq̃ ita est cum suam naturam seruant, & inuicem cõparantur: in diatonico tamen melo, camœnæ quædã sunt molles, sunt efferatæ, sunt moderatę, sunt luctuosæ, sunt vinolẽtæ bacchantes & dithyrambicę, sunt viriles: & ita in vnaquaq; gente & narione, secundũ habitãtium mores. & vbique quod concitatiuum, vehemens, efferatum, dissolutum: in excessu est, & id quod superabundantia in vitijs. quod molle fractum, effœminatum, luctuosum, molles cantans amores: in defectu, & quod defectus in vitijs. quod vero moderatũ, virile, æquatum: in mediocritate, & quod virtus in moribus. quare huiusmodi moderata, & æquabilis harmonia: liberis institutionib9 est accommodanda. cæterę vero ex plodendæ: nisi forte ad aliquam animi languentis expiationem, ceu pharmaca, & venena quandoque permittuntur, aduersæ valitudinis amouendæ gratia. & vt hæc tria, excessus defectus & æquabilitas in harmonijs & melis: ita suo modo in Rythmicis, & epicis reperiantur. quorum quæ moderata, moralia, & doctrinalia: acceptanda, maxime in adolescentum exercitamentis, reliqua vero fugienda. & hæc pro Politicorum libris dicta sint satis.

Elegiographi.
Dithyrambica.
Dithyrambopœa.
Dithyrambici.
Cyclici
Iambographa.
Iambici.
Epigrãmatographa.
Epigrãmatographi.
Hymnographa.
Hymni dici
Hymnographi.
Qui in bene instituta ciuitate poëtæ recipiẽdi
Dithyrãbi.
Myxolydia
Phrygia.
Dorica.
Lydia.
Chroma.
Enarmomicum.
Diatonicũ.

OCTO LIBRORVM POLITICORVM HOC
EST DE REBVSPVBLICIS ARI-
STOTELIS DEO (QVI SO-
LVS OMNIVM OPTI-
MVS GVBERNA-
TOR EST)
ADIVTO-
RE,
FINIS.

LEONARDI ARETINI IN LIBROS OECONOMICORVM ARISTOTELIS PROLOGVS, AD COSMVM MEDICVM.

Tydeus. Homerus Thebani. Statius.

PRETIOSA sunt interdum parui corporis munuscula: quod lapilli, gemmæq; testantur. Et homines nonnunquam pusilli, grandioribus præualent: vt de Tydeo scribit Homerus. à quo breui & exiguo: Thebanos omnes certaminibus longe superatos fuisse tradit. Statius quoq; Homerum (credo) secutus: de eodem inquit, Maior in exiguo regnabat corpore virtus. Tu igitur Cosma dulcissime: hoc quicquid est libelli, ob paginę breuitatem, nequaquam spernas. pusillum quidem est: at viribus amplum, & pretio dignū. quod ego per has ferias è græco interpretatus, nō immerito (vt mihi videor) tibi potissimū destinaui. cui enī rectius de gubernatione exercitus præcipi potest: quàm illi qui exercitū habeat? cui rursus de reifamilaris administratione: quàm ei qui rem amplam possidet, & tueri illam cum laude gliscit, & augere cū dignitate? Licet ergo tuipse per te multū sapias, & à patre tuo viro sapiētissimo quotidie audire possis: operæpretium tamen erit, qui de re familiari tradiderunt, excellentissima philosophorum ingenia cognouisse. Vt enim medicinæ finis est sanitas: ita reifamiliaris diuitias, finem esse constat. sunt vero vtiles diuitiæ: cum & ornamento sint possidentibus, & ad virtutem exercendam suppeditēt facultatem. prosunt etiam natis: qui facilius per illas, ad honores, dignitatésque subleuantur. nam quorum virtutibus obstat res angusta domi: haud facile emergunt. vt poëtę nostri dictat sententia. Quare tum nostri, tum natorum multo magis charitate: illarum amplificationi (quoad honeste possumus) studēdum est. quoniam à philosophis in bonis numerantur: & ad felicitatem pertinere credūtur. Tu igitur harū præcepta rerum: in hoc libello Aristotelis leges. Ego vero non solum transtuli è græco, vt maxime consonum esse putaui: verum etiam explanationem quandam obscurorum verborum adiunxi. quo tibi legenti dilucidior esset. Primum igitur illud præmittendum, duas philosophiæ esse partes: quarum altera in cognitione rerum, altera in agendo versatur. Prima pars ferè pertinet ad illa: quorum finis est ipsa cognitio. Actiua vero, præcepta vitæ continet: quæ scire parum est, nisi deducas in actum. Ea vero præcepta diuiduntur trifariam. aut enim circa mores nos instruunt, aut circa remfamiliarem, aut circa rempublicam. harum primā Ethicam, secundam Oeconomicam, tertiam Politicam Græci appellant. nos (vt opinor) nostris vocabulis vti magis decet, quàm alienis. Nunc ad textum Aristotelis veniamus.

Explanatio hęc: circa finem voluminis habetur.

OECONOMICORVM ARISTOTELIS RECOGNITORE ET EXPLANATORE IACOBO FABRO STAPVLENSI LIBER PRIMVS.

¶ De differentia & conuenientia Politicæ & OEconomicæ, & ordine earum. Cap. I.

1 REsfamiliaris, & respublica inter se differunt, non solum quãtum domus & ciuitas (hæc enim sunt earum subiecta) verum etiam illo, quòd in republica quidem, plures imperant, in re familiari vnus duntaxat est imperator & rector. Quædam enim artes distinguntur, nec est eiusdem fecisse, & facto vti: quemadmodum lyra & fistulis. sed reipublicę disciplinæ est ciuitatem ab initio constituisse, & constituta bene vti. Itaq; patet etiam
2 esse reifamiliaris: parare domum, & illa vti. ¶ Ciuitas quidem est multitudo domorum, agro & pecunijs sufficiẽter abundans ad bene viuendũ. Id autẽ ex eo patet, ꝙ si compotes huius esse nequeunt: societas soluitur. Insuper huius gratia in vnũ cõueniunt. cuius autẽ gratia vnũquodq; est, & fuit: & substantia sua hæc existit. Itaq; patet: priorem esse generatione rem familiarẽ, q̃ rempublicã. nam & opus illius est. particula enim ciuitatis: domus est. considerandũ igitur de re familiari: & quid illius sit opus.

PRIMI CAP. PRIMI OECONOMICORVM ARISTOTELIS COMMENTARIVS.

1 OEconomice, id est resfamiliaris ac domestica, & Politice, id est respublica: inter se differũt, atq; conueniunt. Differunt quidem. quia rei domesticæ subiectum, domus est: rei autem publicæ, ciuitas. & non modo tantum differunt, quantũ earum subiecta domus & ciuitas: verum & in hoc quoq;: ꝙ in republica multi imperant, vt cap. 8 sexti Politicorum dictum est. at in re familiari: vnius solius, vt patrisfamiliâs est imperium. differunt igitur. atqui etiam conueniunt. nam vt reipublicæ est ciuitatem ab initio constituere, & ea cõstituta bene vti: ita quoq; & reifamiliaris domum parare, & illa parata eodem modo vti. neq; enim simile est, vt in quibusdam artibus: vbi hæc officia, parare inquam & vti diuiduntur, atq; separantur. vt non est eiusdem parare, efficeréque lyram & fistulam: & lyra fistuláq; vti. sed hoc ad musicum, lyricinem aut tibici-
2 nem: illud vero ad fabrum, lyræ, fistulæ've artificem. ¶ Resfamiliaris: republica, generatione prior. nam ciuitas multitudo domorum est, & regione & possessionibus, ad bene viuendum sufficienter abundans. quod quidem & ex hoc perspicuum est. Primo. quia si ad bene viuendum sufficientiam assequi nequeant: soluitur societas. Secundo. quia gratia huiusmodi sufficientiæ ad bene viuendum: in vnum cœtum conueniunt. recte igitur diffinita est ciuitas: multitudo esse domorum, & regione, & possessionibus ad bene viuendũ, per seipsam sufficiens, abundánsq; sufficienter. nam cuius gratia vnumquodq; est & fuit: id ad suam substantiam, diffinitionémq; nimirum attinet. quare & domus ciuitate, & resfamiliaris republica prior. est enim illa huius opus. particula siquidem ciuitatis domus est. considerandũ igitur erit de re familiari, & quodnam eius officium est atque opus.

ANNOTATIONES AD CAP. PRIMVM PRIMI OECONOMICOMRVM ARISTOTELIS.

1 ARgumentum primi œconomicorum Aristotelis. Quæ in hoc primo discutiuntur: sunt hæc. primo differentia, cõuenientia, & ordo Politicæ disciplinæ & œconomicæ. Secundo partes domus, & acquisitio. Tertio coniugalis societas.

Q uarto leges viri ad vxorem. Q uinto leges domini ad seruos. Sexto œconomi leges. quę
sex capitibus continentur: quorum maxime quartum, quintum, sextum officia reifamiliaris
continent: primum autem, secundum, & tertium, magis rem familiarem declarant. ¶ O Eco
nomicen græce: nostri reifamiliaris disciplinam dicunt. illi œconomum: nostri patremfami-
liàs. est enim œconomus qui legem (vt par est) gubernandæ domus habet. dictus ἀπὸ τοῦ
ὄικου καὶ νόμου, id est à domo familiáq;, & lege. quare non ab re hic liber: leges, regulas, prę-
ceptáq; gubernandæ domus continere intelligitur, & fere illa sola. vt ex capite quarto, ad
finem vsque secundi, facile intelligetur. quid autem sit domus: ex numero 6 primi Politico
rum, cognitum est. quare & quid familia, rę́sque familiaris. nam sola vocis differentia est (vt
indumenti & vestis) quod vna voce ὄικος apud Græcos dicitur. & ferme primus Politico-
rum liber: ad hanc rei domesticæ disciplinam, præuius est. & contrà hi libri absoluunt plæ-
raque: quæ in Politicis, ad calcem vsque deducta non fuere. Et pluratiue œconomicorum
vt Politicorum nuncupat Aristoteles: quòd œconomiarum multæ sint species, de quibus
omnibus nõnulla disceptat. nam quædam regia est, quædam pręfectoria, quædam ciuilis, &
quædam priuata. ad has enim quatuor species, omnes œconomiæ & dispensationis species
reuocatum iri vult. de priuata: in his duobus libris à Leonardo translatis, agetur. de regia
vero, præfectioria, & ciuili in eo quem fini operis vnà cum explanatione œconomicorum
Leonardi Aretini adijciendum reseruamus. ¶ Hæc enim sunt earum subiecta. Subiecta di-
sciplinarum haud latet ea appellari, circa quę præcipue ipsæ desudant. Politica autem maxi
me versatur negociatúrq; ac desudat circa respublicas cognoscẽdas: & œconomica circa rẽ-
familiarem & cognoscendam & ordinandam. nimirum igitur respublica Politicæ, & resfami
liaris œconomicæ res subiectæ nũcupantur. perinde atq; sermo latinus grammatico, sanitas
medico, numerus arithmetico, & geometræ magnitudo. Verum quid respublica: ex nume-
ro 25 tertij Politicorum. ¶ In republica multi imperant. vt reges, cõsules, proconsules, cen-
sores, tribuni, præfecti, & huiusmodi: qui varij sunt, & varij magistratus, vt in annotatione
numeri 56 sexti Politicorum dictum est. ¶ Ciuitas quidem est multitudo domorum. ciui- 2
tas numero primi Politicorum 8. & tertij 2. ¶ Qz si cõpotes huius esse nequeunt. Omnes
vitæ societates, ad bene viuẽdum sufficiẽtiam quærunt: sed recte & legitime ad bene viuen-
dũ simpliciter, oblique autẽ & lapse, ad id quod apparet. nam respublica regia & optimates
& respublica, secundum virtutem viuere affectant, & ea quærunt, quæ ad eam degendã vi-
tam sufficiunt: pauci vero potentes existimant esse ad bene viuendum sufficientiam, dũmo
do id ad pecunias sufficiat, & populares dum sufficiat ad viuendi licentiam. hæ enim vitæ
sunt: regis, heroica. optimatum & reipublicę: studiosa secundum quidem humanam virtutẽ
hæc inferior, illa superior. paucorum potentum auara & ambitiosa. popularis petulans, dis-
soluta, & intemperata. & hæc omnia: ex superioribus libris q̃ manifestissima. ¶ Est enim illa
huius opus. partes totum constituunt: attamen partes omnes ante totius absolutionẽ, im-
perfectæ sunt. vt omnia officia ante virtutis consecutionem imperfecta: adepta autem vir-
tute, officia quæ obiter sequuntur, perfecta, atq; virtutis opus. toto etiam absoluto, cõple-
tóque. partes perfectæ, & vsum habentes perfectum, idq; à toto. nimirum igitur partes, to-
tius opus quoddam sunt. quare & merito reipublicæ opus quoddam, domus ipsa dicitur,
sed cum ipsa iam perfectissimum vsum sit consecuta.

¶ De partibus domus, & vnde sumenda possessio. Cap. II.

Omus quidem partes sunt: homo & possessio. Quoniam 3
vero primum in minimis natura cuiusque inspicitur: in
Hesiodus. domo quoque ita se habet. quare secundum Hesiodum
hæc adesse conuenit: domicilium in primis, mulierémq;
& bouem aratorem. Alterum enim primum ad victum
est: alterum ad liberos. Itaque oportet ea quæ ad vxorem
spectant recte disposuisse: hoc est prouidisse, vt talis sit qualis esse debeat.
¶ Possessionis autem prima cura est: ea quæ secundum naturam. secundũ 4
naturã vero prior est agricultura. Secundo loco: omnia quæ sunt à terra.
ceu metallorũ, & si qua alia huiusmodi. Sed agricultura præcipue: quo-
niã iusta. non enim ab hominibus, neq; à volẽtibus vt cauponaria & mer-

cenariæ, neq; ab inuitis quærit. queadmodũ bellicæ artes. Adhuc autem & earum rerum est: quæ sunt secundũ naturã. natura enim omnibus edu catio est à matre. quare & hominibus à terra. prodest etiã hæc plurimum ad fortitudinẽ. non enim (queadmodũ viles artium) corpora eneruat: sed talia facit, vt sub diuo cõsistere & tolerare laborem valeãt, & aduersus ho stes pericula capescere. soli eni hi possessiones suas extra munitiões habẽt.

SECVNDI CAP. COMMENTARIVS.

3 COnsiderationem de re familiari & eius officio aggreditur: quod in calce præcedentis cap. præmiserat esse faciendum. primum ponens partes domus: hominem, & possessionẽ. & homo diducitur: in virum & vxorem. possessio autẽ: in seruum, agrum, animalia ad eum colendũ necessaria, & reliquã ad victum necessariam supellectilem. quod Hesiodus quoquo pacto hoc carmine expressit, οἶκον μὲν πρώτιστα γυναῖκά τε βοῦν τ' ἀροτῆρα. domũ quidẽ in primis mulierẽ & bouẽ aratorẽ. hic præcipue ad victum: illa vero ad liberos. dans per mulierem etiã virũ intelligere, & per bouẽ seruum, & cæterã ad comparandũ victũ necessariã possessionẽ. Quo fit vt cũ mulier vna pars domus sit, & prestãtior quidẽ, quippe quę sit ad liberos & liberorũ gratia: oportet œconomicæ disciplinæ studiosum, recte disponere ea, quæ ad ipsam spectant. hoc autẽ est præparare & dilucidum facere: qualem ipsam esse oporteat. at nunc de quærenda possessio-
4 ne: quod ad officium rei familiaris spectat, ¶ Possessionum hæc secundum naturam est: illa vero præter naturam. & de ea quæ secundum naturã præcipua cura œconomo esse debet. & possessionum quæ sunt secundũ naturam: quædam ex frugibus & agricultura prouenit. quædã vero ab alijs, quæ aut in terra aut ex terra sine cultu proueniunt: vt metallica, silua cædua, & huiusmodi. sed potissima possessionum, primũmq; locum tenens: agricultura est. Primo. quoniã iusta: non enim quærit ab hominibus neq; volẽtibus quidem, vt nummularia & mercenariæ, neq; ab inuitis & nolentibus vt possessiones bellicæ. Secũdo. quia ea possessio, quæ ex agricultura prouenit: secundum naturam est. nam omnibus ita natura comparatum est: vt à matre victus suggeratur. quare & hominibus à terra. Tertio. quia sibi ex agricultura possessionẽ comparare: plurimum confert ad fortitudinẽ, & corporis vires. non enim quemadmodũ viles artes corpora inutilia reddunt: hunc in modum & agricultura facit, sed valentia sub diuo consistere & tolerare labores, insuper & potentia aduersus hostes pericula subire. nam hi soli: suas possessiones extra munitiones habent.

ANNOTATIONES AD CAP. SECVNDVM.

3 DOmus partes. minimæ domus partes: primo Politicorum numero 4, enucleatæ sunt. & eam hic habet sententiã: quã & illic numero 3 eiusdẽ habuit. ¶ Pos-
4 sessionis autem prima cura est ea, quæ secundũ naturam. De possessione secundum naturã: sufficienter intelligitur, ex primi Politicorum numeris à 31 ad 34. de ea vero quæ præter naturam: à numero 34 ad 40 eiusdem. quare sat esse visum hic est: loca vbi hæc ostensa sunt, annotasse. ¶ Secundũ naturã vero prior est agricultura. de agricultura, & eius populo, quomodo primas partes obtineat, & optimus sit inter populares: dictum est numero 17 sexti Politicorum, & in eius annotatione.

¶ Qualis viri & mulieris œconomica societas. Cap. III.

5 EArum quę ad homines spectant diligentiarum: prima cura circa vxorem existit. Societas est enim maxime secundum naturã: mari & fœminæ. suppositum est à nobis & alijs locis: desiderare naturam in multis efficere talia. veluti vnumquodq; animalium. est autem impossibile fœminam sine mare, aut marem sine fœmina hoc adimplere. quare eorum societas ex necessitate constituta est. ¶ Enimuero in cæteris animalibus absque ratione id fit: & inquantum naturæ capacia sunt, & procreandi gratia solum. in cicuribus autem & prudẽtioribus distinguitur magis. apparet eni in his magis auxilia mutua,

& dilectiones & cooperationes. Maximéq; in homine cōſpicitur, quòd non vt ſint cauſa ſolum: verū etiam bene ſint: mas & fœmina ope mutua coniungantur. filios quoq; procreant: non ſolum vt naturæ id tributum ferant, verum etiam vt commoda inde percipant. valentes enim ipſi: imbecillos ſuo labore tuentur, & alunt. mox imbecilli ob ſenium facti: à valentibus eadem reportant. ¶Simul autem & natura per hunc circuitum adimplet ſempiternitatē. ex quo ſecundum numerū non poteſt: at ſecundum ſpeciem. ſic enim diuina prouidentia vtriuſque natura ordinata eſt, viri ſcilicet & mulieris ad ſocietatem. aſſumpta enim ea cauſa non vt ad eadem omnia vtilem habeat virtutem: ſed quædam ad contraria, in idem tamen cōtendentia. alterum enim robuſtiorem fecit: alteram imbecilliorem. vt hæc quidem ob timorem cautior: ille vero propter fortitudinē pugnacior eſſet. & alter parat foris: altera parta domi conſeruat. ad operis vero effectionem, altera ſedulitatem intra limen agit, ad externam vero peruagationem imbecilla. alter ad quietem deterior eſt, ad motū autem valentior. Circa prolem autem: generatio quidem communis eſt, vtilitas vero propria. alterius enim nutrire eſt: alterius erudire.

TERTII CAP. COMMENTARIVS.

QVod in fine tertij numeri relictum eſt monſtrandū, quæ ſcilicet ad mulierē ſpectant: hic exequitur. oſtēdens viri & mulieris ſocietatē, ſecundū naturā eſſe, & neceſſariā, & multa continere cōmoda. ¶Primo. quia alijs in locis, alias ſuppoſitū eſt: naturā multa talia affectare, generatiōe relinquere, qualia ipſa ſunt. queādmodū animaliū quodq;, quod aut mutilū, aut orbatū non ſit. atqui impoſſibile eſt fœminā ſine mare, aut marē ſine fœmina id generationis implere opus. quare nō modo ſecundū naturā, ſed & neceſſaria eſt huiuſmodi viri & mulieris in domo ſocietas. ¶Secūdo. quia huiuſmodi maris fœmineq; neceſſitudo, in ceteris animalib⁹ abſq; ratiōis vſu fit, & in tantū quantū nature capacia ſunt, & prolis gratia ſolū. ſed in māſuetis animalibus, & pre ſe magis prudētie veſtigiū ferētibus: articulatius id declaratur. nā in talibus magis apparēt auxilia mutua, & dilectiones, & cooperationes inuicē. & maxime ōmū: id in homine cōſpicitur. q nō vt ſint ſolū, cauſa, ſed vt bene ſint vir fœmināq; mutuo operātes exiſtunt. & filios procreant: non ſolū vt nature inſeruiāt, verūetiā, vt cōmoda inde percipiāt. nā que ipſi potētes, ipſis impotētibus exhibuerunt: rurſus ipſi ob ſenectā impotētes facti, eadē ab illis quidē potentibus reportāt. eſt igitur hæc ſocietas, nou modo ſecundū naturā & neceſſaria: ſed & multa cōmoda cōtinet. ¶Tertio. quia natura: per hunc generationis circuitum, ſempiternitatē implet. quandoquidē id ſecundū numerū non poteſt: at ſaltē ſecundum ſpeciem id queat. ſic enim à deo vtriuſq; nature prouiſum eſt, viri ſcilicet & mulieris ad vite cōmunionē. diſpoſita enim eſt vtriuſq; natura: nō vt in omnia eadē, vtilē habeat potentiā, ſed quædā in contraria, in eundē tamen finē contendētia. nā illum robuſtiorem fecit, hanc autem imbecilliorē: vt hec quidem ob timorem, ad ſui cuſtodiā cautior ac vigilātior, ille vero ob fortitudinē vindicātior eſſet. & ille foris parat: hæc autē que foris parta ſunt intus aſſeruat. & ad operum curas, ille quidē & potens & firmus eſt: hæc autem ad eas (quæ ſunt extra) domus cuſtodias, debilis & inualida. & ille quidē ad otia deterior, ad motus autē incolumior: hæc autē contrà. non igitur in omnia eadē vtriuſq; natura accōmodā habet potentiam, ſed quædā in contraria. in vnū tamen cōtendunt. nā circa filios generationē cōmunem habent: ſed propriam præbent vtilitatē. nam huius eſt nutrire: illius vero erudire. manifeſtum eſt igitur: viri & mulieris ſocietatem, ſecundū naturā eſſe, & neceſſariā, & vitæ continere commoda, & quonam modo circa eos diuina prouidentia, illa diſpenſauerit.

ANNOTATIONES AD CAP. TERTIVM.

SVppoſitū enim eſt à nobis in alijs locis deſiderare naturā. In ſecundo de anima. φυσικώτατον γὰρ τῶν ἐν τοῖς ζῶσιν ἔργων ὅσα τέλεια καὶ μὴ πηρώματα ἢ τὴν γένεσιν αὐτόματον ἔχει, τὸ ποιῆσαι ἕτερον οἷον αὐτό. ζῷον μὲν ζῷον. φυτὸν δὲ φυτόν.

in viuentibus enim naturalissimũ operum est: vt quæcunq; perfecta, & non mutila, aut quę per seipsa, spontináq; generationẽ habent, alterum tale efficiant, quale ipsum est. vt animans animantem, & planta plantã. ¶ Est autem impossibile: fœminã sine mare, aut marem sine fœmina. Ex mare sine fœmina prima parens prodijt. & vna sola fuit (de qua propheticus sermo: Ecce virgo cõcipiet & pariet filium) quæ sine mare profudit hominũ saluatorem. verum id naturæ potestate non fuit: sed diuina virtute operante. cui, naturæ impossibilitas, possibilitas est. & cuius possibilitas, est naturæ impossibilitas. quicquid enim potest natura: punctus est caloris ignis infiniti, deus autẽ infinitus ignis. ¶ Apparent enim in his magis auxilia mutua. Ex naturis animalium: horum apertior fides. exempli causa. columbæ iam inde à primo ortu: coniugium non deserunt, nisi cælebs, aut vidua. societate alienũ concubitũ non admittunt. fœminæ parturiẽti: mas adest, & cultu omniq; officio fungitur. sæpe etiam fœminã pigrius ad nidũ euntem mas castigat, cogit intrare. exclusis iam pullis: terram salsuginosam, potissimum præmanducatam, in eorum os inserit suum ingerens, atque ita præparat ad cibum recipiendum. incubant ambo & mas & fœmina. mare vno cõtenta turtur, & palumbes viuit. author Aristoteles nono de natura animalium. vides igitur exempla coniugalis honestatis, & mutuorum subsidiorum in animalibus domesticis esse præfigurata. vt homo, qui vel solus ad honestatẽ genitus est: vestigia honestatis in reliquis inchoata, in dies ante oculos cernens, in seipso perficiat, cætera autẽ tanq̃ suæ naturæ aliena, diffugiat. ¶ Sic enim diuina prouidentia. Sunt qui impietatis Aristotelem accusant: q diuinam prouidentiã, in hæc inferiora citra globum lunarem se diffundere negauerit. quorum placita ad Ambrosium vsq; & ecclesiasticos viros peruagata sunt. quod si sentiret non nũc profecto diceret οὕτω, προωκονόμηται ὑπὸ τοῦ θείου ἑκατέρου ἡ φύσις τοῦ τε ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς πρὸς τὴν κοινωνίαν. Ambrosius

¶ Leges viri ad vxorem. Cap. IIII.

6 PRimũ igitur leges sint viro ad vxorẽ: vt iiuria cesset. sic 1
enim nec ipse iniuriã patietur. Hoc enĩ & cõmunis lex
inducit, vt Pythagorici dicũt: queadmodũ seruã ab la
re ductã: q̃minime decet videri afficere iniuria. ¶ Est 2
autem viri iniuria: externarũ mulierũ cõgressio. ¶ De 3
congressionis vero vsu lex sit: in vsu vero vt neque desit
cum præsentes sunt, neq; absentes impotentes sint abstinere. sed ita assue
faciendum: vt sufficienter se habeat in præsentia & absentia. ¶ Recte ve 4
ro se habet & illud Hesiodi puellam accipere oportere: vt gratis moribus
imbuere possis. diuersitates enim morũ nequaq̃ ad dilectionẽ sunt aptę.
¶ De ornatu vero. queadmodũ neq; mores superbos esse decet, si simul 5
appropinquare debent: sic etiam nec corpora. nam illa quæ per ornatum
fiunt: nihil differunt ab histrionum vsu, tragœdias in scena agentium.

QVARTI CAP. COMMENTARIVS.

6 VIri ad vxorem leges quinq;. ¶ Prima lex esto: ne eam iniuria afficiat. sic enim 1
neque ipse ab ea reportabit iniuriã. id enim cõmunis lex insinuat, ceu Pytha
gorei dicunt, quemadmodũ famulam à foco ductam, minime decet iniuria
afficere. ¶ Secunda. Vir ab externo concubitu abstineat. nã viri erga mulierẽ 2
iniuria: externi cõcubitus. ¶ Tertia. De rei venereę cõmunicatione. sic id fiat: 3
neq; vt præsentes egeant, neque vt cum aberunt, abstinerę nequeãt. sed ita assuefaciendũ:
& vt præsens & vt absens satis habeat. ¶ Quarta. Vir vxorem ducat virginem. nã id He 4
siodi bene se habet, quo doceas mores (virgo ducatur) honestos. morum enim dissimilitu
dines: nequaq̃ res amica est. ¶ Quinta. De ornatu viri ad mulierem. nequaq̃ ornatus arro 5
gans sit, fictus & superbus. nam quemadmodũ arrogantes, fictos ac superbos moribus minime decet eos esse, qui inuicem proximare debent: sic nec corpora ornatu esse ficta, arrogantia & superba. nam quæ per huiusmodi ornatum consuetudo fit: nihil ab ea conuersatione differre videtur, quam tragœdiarum mimi in scena repræsentant.

ANNOTATIONES AD CAP. QVARTVM.

VT Pythagorici dicunt. Fuit religio antiqua: vt quicunq; ad larem alicuius cõfugisset, etiam si is esset inimicissimus, eum violare non liceret. focus enim qui & lar, prisca illa superstitione sacer Vestæ habebatur. & id factitasse Themistoclem memoriæ proditũ est, qui cum Athenis pulsus esset, & cum domũ inimici ab se quidem mirifice offensi introisset, quem vitare non poterat, protinus cõfugit ad larem supplex, vbi etiã apud infensissimũ inuiolatus remansit. lex enim cõmunis erat: quenq̃ qui ad larem alicuius supplex confugisset, cõtingere nefas esto. quare Pythagorici dicebant: si seruam quæ ad larem confugit, fas non est iniuria afficere, neq; vxorẽ quæ ad larem viri cõfugisse videtur. ❡Recte se habet & illud Hesiodi. ex hac lege qua vult virũ sponsam virginem ducere: alia intelligatur, vt virgo nubat viro. quo si orbetur: decus esse ducat, alterũ non superducere. veteres enim Romani: eam fœminã corona pudicitiæ honestabant, quæ vno contenta matrimonio fuisset. & mulier cum à viro mores sit acceptura: qui fit, vt viri vnius moribus formata, se alterius viri moribus victurã credat? verũ & id rationabilius foret: vt vir vnus multas haberet vxores, quas suis moribus formaret. cum mulieres à viro, non contrà, mores accipere debeãt. sic enim appetitus à ratione: nõ ratio ab appetitu mores accipit. at neq; id laude prosequũtur: sed bigamię notã incurrũt. Inter eni turtures & palumbes: æque mas monogamię seruat honorẽ vt fœmina, & torque pudicitię circa collum æque videtur illos natura insignisse, non secus ac Romana prudentia corona pudicitiæ. Sic enim Valeria Messalarũ soror: viro defuncto, induci non potuit alterũ superducere, cui semper diceret virum suum viuere. & bene nostro æuo quispiam in eos qui vno non essent contenti thoro, hoc disticho ludere visus est.

Lar. Vesta. Themistocles. Valeria.

Beroaldus iunior

Q ui semel vxorem duxit, quærit'q; secundam:
Naufragus ille, iterum naufragium sequitur.

❡Circa ornatũ vero. Si vir nõ debet esse fictus, & superfluus in habitu: tãto minus mulier. nã & natura videtur mares magis ornasse q̃ fœminas. sic enim in turturibus, pauonibus & alijs auiũ speciebus, & quadrupedib⁹: intueri facillimũ est. & id admodũ impudẽs: vt superfluo, & fucatorio ornatu studeat mulier viro suo placere, nõ potius simplicitate, modestia, fide, castitate, probis'q; morib⁹, nõ male imitata probitate insignẽ Pauli Æmilij Corneliã. quæ cuidã Cãpanæ mulieri lapillos illi autũ, preciosamq; vestẽ ostentãti, & quęrẽti vt eius ipsi ornamẽta mõstraret: respõdisse fertur, dũ è literario ludo filij redirẽt. quib⁹ euocatis: respice inquit lautã supellectilẽ meã, cũctáq; ornamẽta, deliciásq; õnes. Et cũ leges viri ad mulierẽ ponũtur, aut domini ad seruũ, & hic & vbiq; in sequẽtib⁹, totidẽ ex opposito, respondẽti proportione intelligẽtur. quas quisq; (quẽ non fallit analogiæ ratio) facile deprehendat.

P. Æmilius Cornelia.

❡Leges domini ad seruos. Cap. V.

1 POssessionum vero prima quidẽ, ac maxime necessaria 7
est illa: quæ optima & principalissima. id est autem ho
mo. quapropter oportet seruos primo parare studio
sos. Seruorum autem species duæ. præpositus & opi
2 fex. ❡Cum vero cernamus: q̃ disciplinæ tales aliquos
faciunt iuuenes: necessariũ est, postq̃ paraueris, imbue
3 re illos, quibus liberalia opera fuerint cõmittẽda. ❡Cum seruis autem
ita versetur: vt neq; superbos esse sinat, neque abiectos. & liberalioribus
4 quidem honorem: opificibus vero cibum abunde tribuat. ❡Et quoniã
vini potus etiam liberos ad insolentiam impellit, & apud multas natio
nes ingenui quoq; ab illo se abstinent, vt Carthaginenses dum militant:
5 patet q̃ vini aut nihil aut valde paucum seruis tradendũ sit. ❡Tria ve
ro cũ sint, opus, cibus, & castigatio: cibus quidẽ sine castigatione & opere
petulantẽ reddit: opus vero & castigatio sine cibo, violenta res est, & infir
mum facit seruũ. restat igitur: vt opus faciendũ illi tribuat, & cibum suffi
cientẽ. sine mercede enim dominandũ nõ putãt. merces autẽ seruo, cibus.

Carthaginenses.

¶Verum vt alij deteriores fiunt, quando nec melioribus tribuitur me- 6
lius,neq; præmia ſunt virtutis & vitij propoſita: ſic etiam & ſerui. qua-
propter oportet conſiderationem habere ac indulgere illis & permittere
ſingula,ſecundum merita, & cibum,& veſtem,& quietem,& caſtigatio-
nem verbo & opere, medicorum artes imitantes, in medicinæ rationem
proſpicientes,ꝙ cibus medicina non eſt propter continuationem. ¶Ge- 7
nera vero ſeruorum ad opus faciendum:optima erunt,neq; timida neq;
fortia nimis.in vtriſq; enim peccatum eſt. nam & nimis timidi non ferũt
laborem:& ferocibus non commode imperatur. ¶Oportet quoq; finem 8
omnibus eſſe determinatũ . eſt enim iuſtum ſimul & vtile libertatẽ pro-
poſitam eſſe præmium. libenter enim labores ſubibunt: cum & propoſi-
tum præmium conſpexerint,& tempus definitũ. ¶Sunt etiam procrea- 9
tis filijs tanquam obſidibus obligandi. ¶Nec plures habendi eiuſdem 10
generis,quemadmodũ in ciuitatibus. ¶Sacra quoq; & largiores epulas 11
ſeruorum gratia magis facienda quàm liberorũ. Plura enim ipſi habẽt:
quorum vtique gratia inſtituta ſunt.

QVINTI CAP. COMMENTARIVS.

7 Patriſfamiliâs ad ſeruos leges vndecim. ¶Prima. Cura ſit:vt ſerui diligentes, 1
ac ſtudioſi parentur.nam poſſeſſionũ prima, maxime neceſſaria,optimáque,
& principaliſſima:homo. ¶Secunda. Cum diſciplinæ,iuuenes bonos,ſtudio- 2
ſos'q; efficiant:ſic paterfamiliâs,paratos ſeruos educet, vt ſint quibus libera-
lia opera committere poſſit. nam ſeruorum, duæ ſpecies:domus procurator,
qui & alijs præficitur, & quem liberaliora decent opera. & artifex qui quippiam operatur,
& quẽ decẽt minus liberalia. ¶Tertia. Ita verſetur & colloquatur ſeruis: vt neq; inſoleſce- 3
re neque remiſſos eſſe ſinat. & liberalioribus honorem : operum vero effectoribus, cibum
abunde ſubminiſtret. ¶Quarta. Seruis:aut nihil,aut perparum vini indulgeatur.nam vi- 4
ni potus: etiam liberos homines inſolentes, iniurioſos'q; reddit. & apud multas gentes: li-
beri homines à vino (vt Carthaginenſes dum in militia ſunt) abſtinent. ¶Quinta. Opera 5
ſeruis committat, negligentes puniat, & ſufficientem cibum tribuat. nam cum circa ſer-
uos hæc tria neceſſaria ſint: opus,caſtigatio,& cibus.cibus quidem ſine opere & caſtiga-
tione vbi defecerint, eos inſolentes reddit , & ad iniuriandum procliues . & opus & caſti-
gatio ſine cibo:res violenta eſt,& impotẽtes ſeruos reddit. hæc igitur,& opus ,& caſtigatio,
& cibus ſufficiẽs:ſeruis tribuenda. nam & ſine mercede: haudquaq̃ poſſibile eſt, bene ſeruis
præeſſe,ac principari. ſeruo autẽ merces,cibus. ¶Sexta. Conſiderare oportet:hęc illis aut 6
augere aut remittere pro dignitate ſingula, & cibum & veſtem, & quietẽ,& caſtigationes,
cum verbo tum facto,medicorũ facultatem imitãtes,proſpicientéſq; in ratione medicinæ.
quia ſeruis cibus medicina non eſt: propterea ꝙ continuo eis exhibetur. nã quemadmodũ
alij deteriores fiunt, quando neq; melioribus tribuitur melius,neq; præmia ſunt virtutis &
vitij propoſita: ſic etiã & ſerui. ¶Septima. Genera ſeruorum ad opus faciendum optima: 7
neq; timida neq; fortia nimis ſint. nam vtraq; iniuria afficiunt. etenim ſerui nimiũ timidi:nõ
permanent. nimis autem fortes & animoſi:non bene ferunt imperium. ¶Octaua. Omnibus 8
ſeruis libertas vt finis ſit propoſita,& determinatũ tempus. nam iuſtum eſt & vtile, liberta-
tem illis pro præmio eſſe propoſitam. & tunc enim labores ſubire volunt: cum eis præmiũ
propoſitũ eſt,& tempus definitum. ¶Nona. Obligentur liberorum procuratione. ¶Deci- 9
ma. Non plures ſerui eiuſdem gentis,in domo habeantur:quemadmodũ neq; id in ciuita- 10
tibus decet. ¶Vndecima. Sacrificia & fruitiones magis ſeruorũ gratia q̃ liberorum fiant. 11
nam & ipſi plus iure habere ſolent eius rei,quæ ipſorum gratia conſtituta eſt.

ANNOTATIONES AD CAP. QVINTVM.

7 Poſſeſſionum vero prima. De acquiſitione & poſſeſſione cap.quinto & ſeptimo
primi Politicorum,quæ maxime ad œconomicũ pertinet. de ſeruis autem ter-
tio & quarto capite eiuſdem. ¶Cum ſeruis autẽ ita verſetur. Plerunq; qua

Hecatono. hic de seruis: Hecatonomiarum tertio numeris 76.77 & nonnullis alijs inuenies Platonis
3 & Aristotelis conciliationem. ❡Et quoniam vini potus. Xenophon scribit hanc apud Per-
76 sas seruorum legem fuisse: vt à vino abstinerent. Carthaginenses etiam adducit Aristote-
77 les. Romæ non modo serui, sed & libera mulier quæ vinum oluisset, pro impudica habe-
Xenophon batur. Verum nunc & serui & liberi, & in Asia & Africa à vino lege abstinent: quam tamen
Persæ. minime probare velim. sed quo ad hoc, laudabilior: q̃ licentia illa & seruis & liberis absque
Carthagi- lege vlla & temperantiæ modo, indulgenter sinens se vino ingurgitare. imò apūd nationes
nenses. q̃plurimas, is pro maxime egregio habetur viro, qui plures amphoras vini in vno conui-
Asia. uio hauserit, vt neque tres boues, aut equi tres, qui triduo abstinuerint: tantum aquę absu-
Africa. mere queant, quantū vir bonus ille vinipota, non iugulati meri, dignus ipse (si vspiam gen-
tium temperantia est) vere iugulari. Verum hęc ad honestam domum, quam hic Aristote-
les instituit: nihil attinent. Et quòd hic vino interdicitur seruis: id etiam intellige, & omni
eo quod inebriare potest. nam omnia talia: insolētiam debacchationémq; pariunt. propter
quam & immodicus vini vsus: & viris & mulieribus, & liberis & seruis, merito est inhiben-
dus. ❡Est enim iustum simul & vtile. In fine decimi cap. septimi Politicorū: ita habet Ari-
stoteles. quare melius est omnibus seruis præmium libertatis esse propositum: postea dice-
mus. quod in loco exequitur. vt intelligātur hi œconomicorum libri in supplementum eo-
rum quæ dicta sunt de politijs, esse adiecti. ❡Sunt etiam procreati filijs. vbi enim vernas
ex se domi natos habent: ne fugiant serui, filij eorum erunt tanquā obsides. ❡Sacra quoq;
& largiores epulas. Litera habet τὰς θυσίας καὶ τὰς ἀπολαύσεις. quod sacrificia, quietes, fe-
rias, fruitionésque sonare videtur. quę magis ad relaxationem seruorum & voluptatem in-
ducta videntur: quo vegetiores sint ad labores, pariter ipsi & pecora, quàm gratia libero-
rum. nam vt scite dicitur. Quod caret alterna requie durabile non est. liberi autem magis
Genesis. in liberali otio degere debent. ❡Et negocia sic sequestranda. Sic Iacob sapiens ille perue-
32 tustæ religionis œconomus: fecisse legitur in occursu fratris sui Esau.

❡Leges œconomi. Cap. VI.

1 QVatuor habere patrēfamiliâs oportet circa pecunias. 8
nam & quærere posse conuenit: & quæsita tueri. alio-
qui nulla quærendi foret vtilitas. nam cribro haurire
nihil aliud est, & (quod dici solet) terebratum vas. Esse
præterea talem: vt & ornari præsentibus & frui sciat.
2 horum enim gratia habere illas expedit. ❡Distinguē-
3 da quidem sunt singula, & plura habere fructuosa. ❡Et negocia sic se-
4 questranda: vt non omnium simul periculum subeatur. ❡Circa tuen-
dum autem quæsita: vtiles sunt Persicæ & Laconicæ, vtilis etiam Attica
5 dispensatio. vendentes emunt. ❡Et penoris institutio non est in exiliori-
6 bus administrationibus. ❡Est autem Persica: ipsum omnia iubere, om-
Dionysius. niaq; inspicere. ❡Et quod de Dionysio (inquit) Dion. nullus enim parē
Dion. curam habet alienorū & suorum. itaq; quotcūq; per ipsum geri possunt:
Persa. circa illa cum diligentia intendat. In quo Persæ simul ac Libyci dictum
Libycus. recte se habet. Persa enim rogatus, Quid equū maxime pinguefaceret?
Oculus domini, respondit. Libycus vero rogatus, Quod sterquilinium
7 agro foret optimū? Domini (inquit) vestigia. ❡Sunt igitur negocia dili-
genter hęc à viro inspicienda: illa vero ab vxore, prout inter eos distincte
administrationis sunt curę. & hoc faciēdū est: in exilioribꝰ quidē admini-
strationibus raro, in grādioribus autē (quarū cura alijs cōmittitur) sępe.
nisi enim quis bonū exemplū de se præbuerit: imitatorē diligētię habitu-
rū nō existimāt, neq; in re familiari, neq; in ijs quę aliorū curę cōmittunt.

quasi impossile sit non diligentis domini: diligentes esse vicarios. ¶Cũ 8
vero hæc & ad virtutem honesta sint, & ad rem familiarem vtilia: expergisci decet prius dominum quàm seruos, & cubitum ire posterius. nec vnquã incustoditam esse domum. quemadmodum nec vrbem. & ea quorumcunq;, quando opus est: neque die, neque noctu omittere. ¶Et ante 9
lucem surgere. quod & ad sanitatẽ, & ad curam rei familiaris, & ad studium philosophiæ: prodest q̃ plurimum. ¶In paruis igitur administra- 10
tionibus Attica regula circa fructus vtendum: in magnis vero distinctio facienda erit eorum, quos in annum, & eorum quos in menses singulos cõsumere oportert. ¶Eodemq; modo & in instrumentis separanda sunt 11
ea: quorum vsus quotidianus est ab ijs, quæ raro sunt vsui. hæc tradenda sunt ijs: quibus negocia cõmiseris. ¶Ac certo tempore inspectio eo- 12
rum facienda erit: vt non lateat quid saluum sit, quid've perierit. ¶Do- 13
mus quoq; quæ ad possessiones attinet: paranda & ad incolumitatem & prosperitatem ipsarum. rerum possessarũ dico: ceu fructuum & vestium, qualis his cõducat. & fructuum: qualis aridis: & qualis liquidis. & aliarum rerum: qualis animatis, & qualis inanimatis, seruisq; & liberis, maribus & fœminis, ciuibus, & peregrinis. prosperitatis autem & incolumitatis: vt æstate quidem vẽtorum bonum afflatum: hyeme vero aptum solem recipiat. fuerit vero talis si aduerso borea fuerit: nec æqualiter lata. ¶Videtur quoq; in magnis domibus vtilis esse ianitor, qui sit ad cæ- 14
tera inhabilis, pro obseruatione exportatorum importatorumq;. ¶Ad 15
rectum vero vsum instrumentorum illud Laconicum valet: singula suo loco iacere. sic enim parata: non requiruntur.

SEXTI CAP. COMMENTARIVS.

OEconomi leges ac regulæ quindecim. ¶Prima. Oeconomus quatuor ha- 1
beat circa rem pecuniariam: sit potens acquirere. parta conseruare. talis vt ea quę aderunt ad ornatum possideat. sciatque illis ad frugalitatem vti. Potens quidem conseruare. nã si minus: nulla acquirẽdi esset vtilitas. acquirere enim, & nõ cõseruare: nihil aliud est q̃ cribro haurire, & quod dicitur pertusum vas. sciens autem & ad vitę ornatum & ad frugalem vitam possidere: nam istorum gratia. nobis pecunijs est opus. ¶Secunda. sic ea quę possidet distinguat: vt plura possideat fructuosa 2
q̃ infructuosa. ¶Tertia. Operationum curas sic distribuat: vt non in omnibus simul iactu- 3
ram, periclitationémq; sustinere queat. ¶Q uarta. Oeconomus ad rerum cõseruationem, 4
vendens emat. ¶Q uinta. Penoris instructio nõ sit in minoribus rerum domesticarum ad- 5
ministrationibus. & hæ duæ œconomiæ, domesticę'q; regulę: Atticæ sunt. ¶Sexta. Oecono 6
mus, paterq; familiãs: omnia iubeat, omniáq; inspiciat. quod de Dionysio Dion dixit. nullus enim parem curã habet alieni & suorũ. quare quotcũq; per ipsum geri possunt: curet diligenter oportet. quod & Persę dictũ innuit. interrogatus enim Persa, Q uid equũ maxime pinguefaceret? Oculus domini, inquit. hoc innuit & Lybici dictũ, qui identidẽ interrogat⁹, Q uod sterquiliniũ agro esset optimum: Domini (inquit) vestigia. ¶Septima. Paterfami- 7
liãs quibusdã intendat: mulier autẽ alijs, prout inter eos officia œconomiæ sunt distincta. & hoc in minoribus administrationibus raro faciundũ: in maiorib⁹ vero, quæ procuratoribus administrantur, frequenter. nam non arbitrantur quempiam, qui bonũ de se non prębuerit exemplum: bene imitari posse, neq; in ijs quorũ alijs procuratio cõmissa est, neque in alijs in quibus non est cõmissa. quasi impossibile sit: si dominorũ diligentia desit, diligentes esse vicarios. ¶Octaua. Domini prius surgant q̃ serui: & posterius dormitioni se committant, 8

& nunquam domum ſinant incuſtoditam haud ſecus atq; ciuitatem, & nihil eorum quæ
& noctu & quæ interdiu facienda ſunt omittant. nam hæc, & ad virtutem ſunt honeſta: &
9 ad rei domeſticæ diſciplinam vtilia. ¶Nona. Iidem ante lucem ſurgant. nam & id ad ſani-
tatem, & ad domeſticam diſciplinam, & ad philoſophiam confert non parum. & hæ Per-
10 ſicæ ſunt œconomiæ. ¶Decima. In modicis facultatũ adminiſtrationibus, vtatur œcono-
mus circa fructus, modo adminiſtrandi Attico. in magnis autem ſeparentur qui in annum
11 & in menſes ſingulos ſunt expendendi. & hæc: paululum addit ad quintam. ¶Vndecima.
Eodem modo ſeparet vtẽſilia quorum quotidiano vſu eget ab iis, quorum rarus eſt vſus.
12 hácq; harum rerum curam illis ſeruis quos operi præfecerit: mandet. ¶Duodecima.
Certo tempore vtenſilia & operi neceſſaria inſtrumenta, reſpiciat: vt non lateat quod in-
13 colume, & ſaluum eſt, aut quod deeſt. ¶Tertiadecima. Domum extruat ad poſſeſſiones
reſpiciens, ad ſanitatem & bonam temperiem eorum qui inhabitant. ad poſſeſſiones dico:
ceu qualis fructibus & veſtibus conſeruandis conueniat. & fructibus quidem qualis ſiccis,
& qualis liquidis, aliiſ'q; poſſeſſionibus, qualis animatis, qualis inanimatis, & ſeruis & libe
ris, mulieribus & viris, peregrinis & ciuibus. Ad temperiem autem & ſanitatẽ: domus æſta-
te ſalubrem flatum, hyeme vero decentem ſolem admittat. id autem erit: ſi commode ad
14 boream verſa, non æque lata fuerit. ¶Quartadecima. In iis domibus in quibus magnæ
diſpenſationes ſunt: ianitor pro foribus aſſideat, ad cætera nullo vſui exiſtens. ne ea quę aut
15 inferuntur aut efferuntur: diſpereant. ¶Quintadecima. Omnia vtenſilia inſtrumentáque
omnia: ſingula ſuo loco iaceant. ſic enim parata: cum illis opus eſt, non requirũtur. Et hęc:
pro re familiari, regula Laconica eſt.

ANNOTATIONES AD CAP. SEXTVM.

VTiles ſunt Perſicæ & Laconicæ, vtilis etiam & Attica diſpẽſatio. Regulæ Atti- 8
cæ 4 & 5. Perſicæ: 6, 7, 8, 9. Laconicę: 10, & ſequẽtes. Vendentes enim emant.
vendebant enim Athenienſes fructus prædiorum ſuorum integre: & ſeorſum
emebant, quæcunq; neceſſaria erant ad victum familiæ. ſic neque reddituum
Pericles. ratio, neque pecunia ex illis collecta, neque domeſticorum ſumptuum magnitudo latebat.
quod Periclem Athenienſem, & in re familiari, & in rebuſpublicis inter ſuæ tempeſtatis vi-
ros, celeberrimum, factitaſſe tradunt. Verum hac vti regula: magis probat Ariſtoteles in
paruis adminiſtrationibus, quàm in magnis.

PRIMI OECONOMICORVM ARI-
STOTELIS FINIS.

OECONOMICORVM ARISTOTELIS LIBER SECVNDVS.

¶Leges probæ mulieris. Cap.I.

1 PROBAM MVLIEREM OMNIBVS QVAE 1
sunt intus dominari oportet,curamq́; habere om-
nium secundũ præscriptas leges.¶Non permit- 2
tentem quenq̃ ingredi sine prҿcepto viri:veritam
maxime verba,quæ de mulierum corruptela cir-
cũferuntur.& si quid intus accidat:vt sibi notum
sit soli.& si quid mali ab ingredientibus cõmitta-
tur: vt penes virum culpa sit. ¶Dominam vero 3
impensarum ad festos dies: quos permiserit vir.
¶Sumptu autẽ & vestitu & apparatu minori etiã vtatur,q̃ leges permi- 4
serint ciuitatis:cõsiderans q̇ nec vestimentorũ nitor,nec excellẽtia formҿ,
nec auri magnitudo,tantum valet ad mulieris laudem,quantum mode-
stia in rebus ac studium honeste, decoreq́; viuendi.etenim omnis huius-
modi ornatus animi,optabilis est:multoq́; firmior ad senectutẽ vsque,ve
ras laudes sibi natisq́; afferre.sic igitur ipsa se in his animet mulier virtu-
tibus: pergatq́; laudabiliter rebus præesse. ¶Quoniã viro quidem inde- 5
cens videtur, ea scire quæ intra ædes fiũt:in cæteris vero omnibus,parẽ-
re mulier viro contendat.¶Nec audiens quicquam de republica,nec tra 6
ctans quicquã eorum,quæ ad connubia spectare videntur.sed cum tem-
pus poscet, aut filias tradere nuptui, aut nurus accipere: obediat peni-
tus in his viro, atq; sic vnà deliberet,vt sententiam viri sequatur.intelli-
gens non ita turpe viro esse quicquã eorum quæ domi sunt facere: sicut
mulieri,quæ foris perquirere. ¶Existimare autem debet mulier vere cõ 7
posita:mores viri esse legem suæ vitҿ impositã sibi à deo,per coniunctio-
nem matrimonij atq; cõsortij.quos si quidem æquo feret animo:perfaci-
le reget domum.sin contrà:difficilius.¶Quapropter decet non solum in 8
prosperis rebus,secundaq́; fortuna,vnanimem sese viro præstare,& inser-
uire velle:verũ etiã in aduersis.si sit in rebus defectus,vel corporis ægro-
tatio,vel alienatio mentis:æquo ferat animo,& obsequatur.nisi forte tur
pe aliquid sit:vel indignum.¶Nec si quid perturbatione animi vir deli 9
querit:memoriter seruet,sed ægritudini,ignorantiæq́; ascribat.nã quãto
in his diligentius obsequatur:tanto sibi maiorem gratiam habebit,cum
ab ægritudine fuerit liberatus.& si iubenti aliquid turpe non paruerit:
melius recognoscet ad sanitatem reuersus.quapropter ab his cauere mu-
lier debet.in alijs autem multo magis obtemperare:q̃ si empta venisset in
domum.magno enim pretio empta fuit,societate vitæ, & procreatione li-
berorum: quibus nec maius, nec sanctius esse quicquã potest. Præterea
si cum fortunato vixisset viro: non vsque adeo virtus eius illustrata esset.

non eſt ſane parum ſecundis rebus bene vti. attamen aduerſas moderate
perferre: multo maius eſt exiſtimãdum. nam in magnis calamitatibus &
10 iniurijs nihil abiecti facere: celſi eſt animi. ¶Precandum eſt igitur: ne
quid tale accidat viro. quod ſi quid tale accidat aduerſi: putare debet
mulier, hinc optimam ſibi laudem (ſi recte ſe geſſerit) prouenturã, ſecum
Alceſte. ipſa repetens, quia nec Alceſte tãtam gloriam ſibi comparaſſet nec Pene-
Penelope. lope, tantasq; meruiſſent laudes: ſi cum fortunatis viris vixiſſent. verum
Admetus. Vlixes. Admeti & Vlixis aduerſitates: parauerunt illis memoriam ſempiternã.
in aduerſitatibus enim virorum ſuorum, fidem ac iuſtitiã erga illos ſer-
uantes: gloriam ſunt non immerito conſecutæ. nam proſperitatis quidem
facile eſt reperire participes. aduerſitatis vero ni optimæ ſint mulieres:
participes eſſe renuunt. ob quæ omnia, multo magis decet virum in ho-
nore habere, nec illum contemnere: ſi ſacra pudicitia, & opes animoſita-
Orpheus. tis filiæ ſecundum Orpheum non ſequantur. mulier igitur huiuſmodi
ſeſe moribus ac legibus cuſtodire debet.

PRIMI CAP. SECVNDI OECONOMICORVM ARISTOTELIS COMMENTARIVS.

1 DE proba materfamiliâs leges 10. ¶Prima. Proba mulier: omnium quæ intra 1
priuatos parietes ſunt, domina ſit. ceu terrio capite præcedentis libri, pro le-
ge domeſticæ rei dictum eſt: curam eorum quæ intus ſunt mulieri attinere,
2 quæ vero foris pertinet e ad virum. ¶Secunda. Non permittat quenquam do-
mum ingredi, ſine viri præcepto: ſummopere verba formidans, quæ de mulie
rum corruptione circunferri ſolent. vt ſi quid intus accidat: ipſa ſola cognoſcat, neque foris
3 peruẽtiletur. & ſi quid mali ab intromiſſis cõmittatur: culpa penes virum habeatur. ¶Ter-
4 tia. Domina ſit impenſarum ad feſtos dies: quos vir permiſerit. ¶Quarta. Sumptu, veſti-
tu, & apparatu minori etiam vtatur, quàm leges ciuitatis permiſerint. id quidem conſide-
rans, q; nec veſtimentorum nitor, nec elegantia formæ, nec auri multitudo tantũ valet ad
mulieris cõmendationem: quantum modeſtia in rebus, & ſtudium honeſte decoreq; viuen
di. nam huiuſmodi omnis animi ornatus, æmulandus eſt: & multo firmior ad ſenectã vſq;,
ſibi natis'q; veras laudes afferre. quapropter ſe his virtutibus mulier ornare inflãmet: per-
5 gãtq; laudabiliter domi, rebus præeſſe. ¶Quinta. In omnibus quæ ad exteriorem curam
pertinent: obedire viro contendat. nam viro quidem indecens videtur, explorare quæ in-
6 tus fiunt: ita quoq; & mulieri ea quæ foris. ¶Sexta. Ne quęrat mulier quicquã audire eorũ
quę ad rempublicam ſpectant: neque quicquã eorum tractet quę ad connubia ſpectare vi-
dentur. verum cum tempus aduenerit, aut filias nuptui tradere, aut filios nurus accipere:
tunc penitus in his obediat viro. aut ſic quidem vnà deliberet: vt & in hoc viri ſententiam
præferat, obſequatúrq;. arbitratã non tam turpe viro quicquam eorum quæ domi ſunt face
7 re: q̃ mulieri quæ foris ſint perueſtigare. ¶Septima. Mulier probe compoſita, ſecum cogi-
tare debet: mores viri, legem eſſe ſuæ vitæ ſibi à deo per coniunctionem matrimonij, & for
tunatum conſortium impoſitam. quos ſi æquo animo feret: facile reget domum. ſin contrá:
8 difficilius. ¶Octaua. Non ſolum in proſperis rebus, ſecundáq; fortuna, vnanimem ſe viro
præſtare, decere intelligat, & inſeruire velle: verum etiam in aduerſis. & ſi defectum patia-
tur rerum, pauperieq; prematur, corporis morbo laboret, aut aliqua mentis impotentia:
ſemper q̃ optima de viro loquatur, obſequatúrq; ad decentia, id ſolum cauens ne quid tur-
9 pe, aut indignum faciat. ¶Nona. Nec ſi animi perturbatione vir eius quicquam deliquerit:
memorię mandet, ſed ægritudini, ignorantiǽ ve aſcribat. nam quanto in his diligentius ob-
ſequetur: tanto maiorem apud virum gratiam habitura eſt, cum ab ægritudine fuerit libe-
ratus. & ſi iubenti aliquid illicitum non paruerit: melius agnoſcet, cũ ſanitati fuerit reſtitu-
tus. quare in iis quę illicita eſſent: cauere debet mulier. in alijs autem magis obtemperare:
q̃ ſi empta veniſſet in domum. magno enim pretio empta fuit: ſocietate inquã vitę & pro-
creatione liberorum, quibus nec maius nec ſanctius quicq̃ eſſe poteſt. præterea id medita-

ri debet: q si cum fortunato vixisset viro, non vsqueadeò virtus eius illustrata esset. nam certe secundis rebus bene vti, non parum est: verùmtamen aduersas moderate perferre, multo honoratius est existimandum. quandoquidem in magnis calamitatibus & iniurijs & aduersitatibus nihil abiecti perpetrare, magni animi est. ¶ Decima. Precari debet mulier: ne quid simile viro accidat. q si quid illi accidat aduersi: existimare debet, hinc optimã sibi laudem, si recte se gesserit prouenturam, & secum repetere, quia nec Alceste tantã sibi gloriã comparasset, nec Penelope tot tãtasq; promeruisset laudes, si cũ fortunatis viris vixissent. Verum Admeti & Vlyxis aduersitates: pepererunt eis gloriam immortalem. nã in aduersitatibus, viris fideles & iustæ cõpertæ: non immerito à deo cõsecutæ sunt honorem. prosperitatis enim facile est reperire participes: aduersitatis vero, nisi optimæ sint mulieres, participes esse renuunt. propter quæ omnia: multo magis decet mulierem, virum in honore habere, nec illum erubescere, tametsi secundum Orpheum sacra incolumitas animi, & diuitię animositatis filia, illum non comitetur. his igitur & huiusmodi moribus & legibus: mulier se custodire studeat. 10

ANNOTATIONES AD CAP. PRIMVM SECVNDI OECONOMICORVM.

Argumentum secundi œconomicorum. Primum differit leges probę matrisfamiliâs. Secundo: leges probi viri ad coniugem. Tertio: testimonia ex Homero. Quarto: probi viri & probæ mulieris leges, quæ se statim quatuor produnt capitibus. ¶ Probam mulierem: omnibus quæ sunt intus, dominari oportet. Dominari quidem. nam nimis seruilia, ipsa tractare non debet, iuxta Romanã legem: liberam mulierem, nec molere nec coquere. & probæ mulieris officium est: ea quæ domi sunt curare, domi manere, foris non euagari. quid enim ei foras egredi conuenit: cũ nihil eorum quæ foris sunt, suæ curæ attineat, vt neq; rustico intrare literatorium ludum? Mos etiã olim fuit apud Boëtios: noua nupta (cum in matrimonio dabatur) ignem & aquã iubebatur attingere. q ignis purgat, & aqua lustrat. sic etiam vxorem puram, & castam manere oportet. Et Persæ, Arabes, Græci & Itali: hunc morem adhuc seruant vt vxores domi conclusas obseruent. apud vero Germanos, Celtas, Belgas, & id genus nationes: non minus quàm Amazones solutę viuũt, plurimæ tamen fidei & pudicitiæ, rigidæ obseruatrices. ¶ Obediat vero penitus in his viro. Lex apud Ægyptios ab Iside posita fuisse fertur: vt mutua stipulatione pollicerẽtur viri se omnia intra penetralia ad vxorum arbitria facturos. contrà, mulieres se extra penetralia viris similiter facturas. author Diodorus. verum id ita vult fieri Aristoteles vt virum semper superiorem agnoscat, ceu caput cæteris membris, ceu ratio appetitionibus superior est. quod hoc epigrammate non inscite tangitur,

Romana lex. Boëtij, id est Bœotij. Persæ. Arabes. Græci. Itali. Germani. Celtæ. Belgæ. Ægyptij. Isis. Diodorus.

Inferior matrona suo sit Prisce marito,
 Non aliter fiunt fœmina, vir'q; pares. Et hæc præcepta satis dilucida sunt.

¶ Præterea si cum fortunato vixisset viro. id Ouidius his carminibus eleganter expressit ad vxorem.

Scilicet aduersis probitas exercita rebus: — Ouidius.
 Tristi materiam tempore laudis habet:
Si nihil infesti durus vidisset Vlysses: — Vlixes.
 Penelope felix, sed sine laude foret. — Penelope.

¶ Quia nec Alceste. Qũ Alceste fida fuerit Admeto viro suo, pro quo ne mortẽ obiret, fata subijt, virum sua morte redimens, cum id ex oraculo proditum esset aut ipsum, aut aliquem amicorum pro eo mori necesse esse, decantatũ sępius ab Homero & alijs poetis est auditum. Et de Penelope illa, quę in intimis penetralibus fallacem telam texens, textàmq; retexens, multis pręmunita labyrinthis, castum viro per tot annos absenti, & mille periculis obiecto seruauit amorem: inquit Ouidius, — Alceste. Admetus.

Me pater Icarius viduo discedere lecto
 Cogit: & immensas increpat vsque moras.
Increpet vsque licet: tua sim, tua dicar oportet
 Penelope, coniunx semper Vlyxis ero. Et cui hæc etiam sępius iam sunt audita? — Penelope.
Rara quidem est virtus: quam non fortuna gubernet:
 Quæ maneat stabili cum fugit illa pede.
Ipsa tamen si vsquam est, per secula nulla tacetur.
 Et loca mirantur: qua patet orbis iter.

Admetus. Andromacha. Hector. Hiphias.

Aspicis vt longo teneat laudabilis æuo
Nomen inextinctum Penelopea fides.
Cernis vt Admeti cantetur & Hectoris vxor
Ausaq; in accensos Hiphias ire rogos.

¶Leges viri ad vxorem. Cap.II.

1 VIr autem viceuersa: leges sibi reperiat ad vxoris vsum. 2
2 ¶Quando tanquã filiorum, vitæq; socia in viri domũ
peruenit natos relictura,genitorum,viri, suiq; nomina
habituros: quibus quid sanctius esse potest, aut circa
quæ magis studeret vir sanæ mentis, q̃ ex optima lau-
dabilissimaq; muliere filios procreare senectutis pasto-
res,quasi optimos ac reuerentes patris, matrisq; custodes,ac totius do-
3 mi seruatores? ¶Educati siquidem recte à parentibus per sanctos & iu-
stos mores: boni merito euadent. Contrà vero si fiet:sentient detrimen-
tum.nisi enim parentes exemplum vitæ filijs præstent: euidentem excu-
sationis causam erga se, illis relinquunt. ac timendum est: ne contempti
4 à filijs,quasi non bene vixerint, in senectute deserantur. ¶Quapropter
nihil prætermittendũ est,quod ad vxoris pertineat disciplinã: vt ex qua
q̃maxime fieri potest optima,filios generet. nam agricola quidem nihil
omittit, quo semen in optima terra ac maxime exculta serat: sperans ita
demum fructus optimos inde se recepturum.ac si qua via immineat:mo
ri præliando mauult aduersus hostes,quàm illius vastationẽ pati.& hu
iusmodi mors laudatur maxime. cum ergo tanta adhibeatur cura pro
corporis esca: quid pro liberis & matre & educatrice? nonne protinus
omne studium fuit adhibendum? hoc enim solo: hominũ conditio mor-
talis existens,per successionem consequitur immortalitatẽ. omniaq; pa-
rentum vota huc tendunt. Quam ob rem qui ista negligit:& deos ipsos
videtur negligere. propter deos igitur quibus præsentibus sacra fecit,&
vxorem duxit: ac multo magis se post parentes,vxori tradidit ad hono-
5 rem. ¶Maximus autem honor est sobriæ mulieri: si cernat virum suum
obseruantem sibi castitatem, nec de vlla muliere magis cogitantem, sed
præ cæteris omnibus hanc & suam & fidelem sibi existimantem. tanto
enim magis studebit mulier,se talem prę̃stare:quanto se cognouerit fide-
6 liter atq; iuste à viro diligi. ¶Ergo prudentem ignorare non decet: qui
parẽtibus,qui've vxori,& filijs honores conueniãt. vt tribuens vnicuiq;
quæ sua sunt; iustus, & sanctus habeatur.pergrauiter enim vnusquisq;
fert honore suo priuari.nec si aliena quis permulta tribuat:contẽtus erit,
si sibi sua auferantur. nihil vero magis suũ est vxori,nec magis illi à vi-
ro præstandum,quàm sancta & intemerata societas. Quapropter nõ de-
cet hominem sanæ mentis,vbicunq; contigerit semen exponere: ne de vi-
libus & iniquis,similes liberis legitimis generẽtur.ex quo & vxor hono-
re suo priuatur,& filijs iniuria fit: ac sibi pro his omnibus,dedecus in-
7 cumbit. ¶Appropinquandũ vero est vxori cum magna temperãtia atq;
modestia: sitq; pudor in verbis,in operibus vero fas & honestas,in cõuer-

ſatione fides & moderatio. ¶Parua quidem peccata etiam ſi voluntaria 8
fuerint: ignoſcendo. ſi quid vero per ignorantiam deliquerit: cõmonefa-
ciendo. ¶Nec metũ incutiat ſine verecundia & pudore. hæc enim mere- 9
trices ad mœchos pati decet. at vero cum verecundia & pudore iuſte dili-
gere & timere: id ingenuæ eſt mulieris erga proprium virum. duplex eſt
enim timoris ſpecies. vna cũ reuerentia & pudore: qua vtuntur ad patres
filij modeſti, & ciues bene morati ad beniuolos gubernatores. altera cum
inimicitia & odio: ſicut ſerui ad dominos, & ciues ad tyrannos, iniuſtos,
& iniquos. ¶Ex his quoq; omnibus meliora eligens, vxorem ſibi conci- 10
liet, ac fidelem ſibi propriamq; efficiat: vt ſiue præſens ſit vir, ſiue abſens,
non minus vtilis ſit, q̃ ſi ſemper adeſſet tanquã rerum cõmunium cura-
tor. & quando vir abeſt: vt ſentiat vxor nullum ſibi, neq; meliorem neq;
commodiorem, neq; magis ſuum eſſe quàm virum. ¶Oſtendatq; hoc ab 11
ipſo initio ad cõmune bonum ſemper intendens: quãuis puella ſit, ac no-
ua in talibus. ſiquidẽ talia incipiat & ſibi ipſe maxime dominetur: opti-
mus totius vitæ rector exiſtet, & vxorem talibus vti docebit.

SECVNDI CAP. COMMENTARIVS.

2 Viri ad vxorẽ leges vndecim. ¶Prima. Vir alternas leges reperire ſtudeat: quę 1
vxoris vſui, vtilitati'que cedant. ¶Secunda. Studeat ex optima & laudabi- 2
liſſima muliere: filios procreare, qui eos in ſenecta paſcãt, vt optimi ac reue-
rentiſſimi patris matris'q; cuſtodes, ac totius domus ſeruatores. nam cũ mu
lier tanq̃ vitæ ſocia, & liberorum gratia ad domum viri veniat, natos relictu-
ra, genitorum, viri inquã, ſui'q; nomina habituros: quid illis ſanctius eſſe po
teſt, quàm ex ſanę mẽtis viro, & optima laudabiliſſimáq; muliere, tales filios procreatũ iri?
¶Tertia. Liberos ſanctis, iuſtis'q; educet moribus. nam educati recte à parẽtibus: boni ni- 3
mirum euadent. contrà vero ſi fiet: bonitatis fient expertes. niſi enim parentes, vitæ exem-
plis filios formauerint: pure, ſuæ nequitiæ excuſationis cauſam, aduerſus parentes habere
valebunt. at tunc timendũ illis eſt: ne cõtempti à filijs (vt quos filij viderint non bene viuẽ-
tes) in ſenectute deſerant, cedátq; illis liberorum neglecta diſciplina, in pernitiem. ¶Q uar 4
ta. Nihil vir ipſe prætermittat quod ad vxoris pertineat diſciplinã: vt ex ea q̃maxime fie-
ri poreſt optima, filios procreet. nam agricola quidem nihil omittit, quo ſemen in optima
terra oprimeq; culta ferat: ſperans ita demũ fructus optimos inde ſe ſuſcepturũ. & ne deſo
letur: eligit potius cum hoſtibus bellum ſuſtinere. & ſi ita contigerit mortem potius oppe-
tere: q̃ vt deſoletur. mórſq; huiuſmodi, honoratur maxime. ſi igitur tanta adhibeatur cura
pro eſca corporis: multo magis pro liberis, & matre, & educatrice (cui ſemen ad animã ſu
ſcipiendã cõmittendum) omnis cura, omn'eq; ſtudium adhibendum. hoc enim ſolo ſtudio:
quicquid mortale eſt, ſemper renouatum, immortalitatis fit particeps, & omnia parentum
vota & ad deum fuſæ preces huc contendunt. quare qui hæc negligit: videtur deum negli
gere. nã propter deum, coram quo ſacra fecit vxorem ducens: multo magis videtur (poſt
parentes) vxori ſe tradidiſſe, obſtrinxiſſéq; ad honorem. ¶Q uinta. Vir ſuæ vxori fidem ca 5
ſtitatémq; ſeruet. nam maximus honor eſt probæ mulieri: ſi videat virum ſuum, ſibi ſerua-
re caſtitatem, & de nulla alia muliere curam habere, ne quidem vllam, ſed eam ſolam præ
cæteris alijs propriam, amicam & fidelem putare. & tanto etiam magis ſtudebit ſe talem
præſtare viro: quanto ſe cognouerit fideliter atque iuſte, ſe ab eo diligi, & erga virum eſſe
talem, qualis ille erga ipſam. ¶Sexta. Cuique vt oportet honores diſtribuat. nam pruden 6
tem virũ ignorare non decet: qui parentibus, qui've vxori, & qui filijs honores conueniãt.
vt cuique tribuẽs quæ ſua ſunt: iuſtus, ſanctúſq; habeatur. nam pergrauiter quiſq; fert, ſuo
honore priuari: nec ſi aliena quis permulta tribuat, contentus erit, ſi ſibi ſua auferentur. at-
qui nihil magis vxori ſuum eſt, nec magis illi quicq̃ à viro præſtandum: q̃ fidelis & interme-
rata ſocietas. quare non decet hominem ſanę mentis, vbicunq; contigerit ſemen exponere:
ne de vilibus & iniquis, ſimiles liberis legitimis generẽtur. quo ex facto & vxor honore ſuo

priuatur,& filijs iniuria fit:sibi autē pro his omnibus, dedecus accrescit. ad hæc igitur vni-
7 uersa custodienda:ipsi inuigilandum est. ¶ Septima. Appropinquet vir vxori,magna cum
temperantia atq; modestia:pudórq; in verbis assit,in operibus fas & honestas,in conuersa-
8 tione vero multa mansuetudo atque fidelitas. ¶ Octaua. Ea quæ non sponte peccauerit,&
parua etiam errata tametsi voluntaria:ignoscat. si quid vero per ignorantiā peccauerit:cō-
9 monefaciat. ¶ Nona. Neq; metum illi incutiat sine verecundia & pudore:neq; in eam libe-
re sęuiat pro voluntate. nam hęc: meretrices ad mœchos pati solent. at vero cum verecun-
dia & pudore,ex æquo diligere & timere:liberę mulieris est ad propriū virum. duplex nāq;
timoris species est. vna cum reuerentia & pudore:qua modesti filij vtuntur ad parętes,&
ciues bene morati ad beniuolos gubernatores. alia vero species, cū inimicitia & odio: qua
10 vtuntur serui ad dominos,& ciues ad tyrannos contumeliosos, & iniquos. ¶ Decima. Ex
huiusmodi omnibus potiora deligat:& vxorem sibi conciliet,ac fidelem sibíque propriam
efficiat. vt siue præsens sit,siue sit absens: nihilominus vtilis sit, ac si semper præsens adesset,
vt & rerum cōmunium curā susciperet. & vt (cum abest) nullus sibi videatur, neq; me-
11 lior,neq; pudicitior,nec sibi alius quisq̄ quàm vir suus cōmodior,magísq; proprius. ¶ Vn-
decima. Hæc instituta vitæ,statim ab ipso societatis exordio vir ostendat, ad cōmune bo-
num semper intendens: tametsi puella sit adhuc & in talibus rudis,ac nouitia. nam si sic in-
cipiat, & sibi ipsi maxime impetet:optimus profecto totius vitæ rector euadet,& vxorem
talibus vti edocebit.

ANNOTATIONES AD CAP. SECVNDVM.

Myrsilus. Candaules Sardes. Gyges. Herodot⁹. Romana lex.

EDucati siquidem recte. de his dictum est in septimo Politicorum à numero 96 2
ad finem vsq; libri,& in adiacentibus annotationibus. ¶ Appropinquandum vero est vxori cum magna temperātia,atque modestia. Quod quia non fecit Myrsilus qui & Candaules Sardium Tyrannus:a Gyge (regina conscia) interemptus est. author Herodotus. Et Romanis lex fuisse traditur:sponsæ non in luce,sed tenebris iungi fas esse. q; ad propriā verecunde accedere oportet,quódq; legitimis ac iustis connubijs pudor quidam,& verecundia adhiberi debet.

¶ Quarundam harum legum testimonia ex Homero. Cap. III.

Homerus. Helena. Priamus.

NAm neq; amorem, neq; timorem absq; verecundia lau- 3
dauit Homerus: sed vbiq; amare præcipit cum modestia & pudore. Eo quidē modo timere Helenam Priamum inquit ita dicentem. O metuende mihi semper, semperq; tremende Chare socer:nihil aliud dicens,q̄ eā cum pudore diligere. Rursus vero Vlyxes ad Nausicam inquit. Te mulier valde equidem ammiror & metuo. Censet autem Homerus: virum & vxorem sic inuicem se habere debere. nam nemo deteriorem se admiratur ac reueretur. sed huiuscemodi affectus accidunt inuicem melioribus & natura benignis,minoribus etiam sapientia,ad se meliores.

Vlyxes. Nausica.

Vlyxes. Penelope. Agamenon Chryseis. Clytemnestra.

Hunc animū Vlyxes erga Penelopen gerens absens licet,nihil deliquit. Agamemnon autem propter Chryseidem erga propriā peccauit vxorem:ausus dicere in contione Græcorum, captiuam mulierē nec natura præstantē imò(vt plane dixerim)barbarā, in nullo Clytemnestra deteriorem esse. ex qua cum liberos haberet:non recte se gerere visus est. quomodo enim recte:qui antequā sciret,qualis erga se foret,vi ductā sibi illam coniunxerat.

Vlyxes. Atlas. Calypso.

At Vlyxes rogante Atlantis filia,vt secum maneret, ac sempiternitatē pollicente:ne ob id quidem prodere voluit vxoris affectum,& amorem & fidem. maximū sibi supplicium arbitratus:si malus dum esset,immortalitatē haberet.

Circe.

cum Circe etiā manere noluit,q̄q̄ insuper sociorum salutem pollicente:imò respondit nihil sibi dulcius videri q̄

patriam, licet incultam & asperam. magisq; optauit mortalem vxorem filiumq; videre: q̃ fieri ipsum immortalem. sic ille firmam stabilemq; vxori fidē seruabat: pro quibus merito ab vxore eadē reportabat. in oratione illa quam habuit ad Nausicam: apparet poëtam maxime probare viri & vxoris pudicam societatem. precatus est enim deos: vt darent illi virū & familiam & vnanimitatē cum viro, non quālibet sed honestam. inquit enim: nihil melius esse posse hominibus, quàm si concordi voluntate vir & vxor domum gubernent. & hic igitur (vt patet) laudat poëta vnanimitatem mutuam viri & vxoris. non eam quidem quæ circa improba obsequia: sed eam quæ animo & prudentia iuste coniuncta est. nam voluntate domum gubernare: hoc designat. Idem etiā inquit: ꝙ cum huiuscemodi inter virum & vxorem viget concordia, inimici quidem eorum anguntur plurimum, amici vero permagna suscipiunt gaudia. quem tanquam vera dicentem probant. nam viro quidem atq; vxore circa res optimas cōcordi studio vacantibus: necesse est vtriusq; amicos, idem sentire. deinde propter concordiam potentes facti: & inimicis spem auferunt, & amicis prosunt. ꝙ si ipsi dissideant: amici quoq; dissidebunt, & infirmitatē ipsi sentient maxime. Itaque præcipit manifeste poëta: virum & vxorē in ijs, quæ improba & impudica sunt, sibi inuicem consentire nequaq̄ debere. Nausica.

TERTII CAP. COMMENTARIVS.

3 OStendit Homerum preceptis superioribus de timore & pudore, de seruanda fide & vitæ integritate, & optima societate: consensisse. de timore quidem & pudore. nam neque amorem neq; timorem absque verecundia laudauit Homerus. sed vbique amare præcipit cum modestia & pudore. sic enim Helenā inducit timere Priamum ita dicentem,

Ipse verende mihi, metuendéq;, & vsq; tremende
O dilecte socer.

Nihil aliud insinuans q̃ eam cum timore & pudore diligere. nam & tremendum, timēdum dicit. Et rursus Vlyxes ad Nausicam dicit. O mulier te valde equidem miror, metuóq;. arbitratur enim Homerus se reciproce adinuicem habere oportere, virum & mulierem: & si ita se habuerint, bene erga se esse affectos. nā nemo vnq̃ diligit se deteriorem, miratur, timétq; cum pudore. sed huiusmodi affectus cōtingunt inuicem melioribus & natura benignis, & inferioribus scientia, ad se scientiarum excellentia maiores. hunc animū Vlyxes erga Penelopen gerens, licet diu pererrans & absens: nihil in eā deliquit. at contrà Agamemnon: propter Chryseidem, in propriam vxorem peccauit, audens in contione dicere, mulierem captiuam nec natura præstantem, imò (vt plane dixerim) barbaram, nihilo Clytemnestra deteriorē. ex qua cum haberet liberos: non recte se gessit ad eam, neq; iuste puella Chryseide abusus est. nam quomodo iuste: qui anteq̃ sciret, qualis erga se foret, nuper vi abductā, sibi coniunxit. At Vlyxes, Calypso Atlantis filia rogante vt secum maneret, & immortalitatem pollicente, beatúmq; semper futurum: ne ob id quidem voluit vxoris affectum prodere, & amorem & fidem: arbitratus sibi maximū supplicium, si malus dum esset, immortalitatem mereretur. Et cum Circe etiam manere noluit: quanq̃ insuper sociorum salutem pollicente. imò respondit nihil sibi dulcius videri posse q̃ patriam, licet incultā, & asperam. magis'q; optauit mortalem vxorem, filiúmq; videre: q̃ fieri immortalē: sic ille firmā, stabilémq; fidem vxori seruabat: ob quod & vxor contra, eadem, paria'q; rependebat. Et in oratione illa quam habuit Vlyxes ad Nausicam: videtur poeta, maxime probare optimā viri & vxoris societatem. nam precatus est deos: vt darent Nausicæ virum, & domum, & humanam cum viro & ad votum conuersationē, non quālibet sed optimam. nam inquit nihil melius esse posse: q̃ cum voluntatibus concordes degunt. ex quo iterum patet, ꝙ non in

malis obsequijs, concordiam laudat: sed eam quæ animo & prudentia iuste conspirat. nam id concordia voluntatum designat. atque idem etiam inquit: quòd cum talis inter virum & mulierem concors amicitia fit, inimici quidem anguntur plurimum, amici vero permagna suscipiunt gaudia. Et poëtam tanquam vera dicentem probant. nam viro & vxore circa res optimas vacantibus: necesse est amicos vtriusque, vitę probitate oblectari. deinde propter concordiam potentes facti: inimicis sunt timendi, & amicis vsui. quòd si dissidebunt: & eorum quoque amicos dissidentes esse oportet, deinde autem & debiles se maxime tum esse sentient. quare manifestum est: Homerum præcipere virum & vxotē, in ijs quæ improba sunt & impudica, nequaquam inuicem consentire debere.

ANNOTATIONES AD CAP. TERTIVM.

Sabinus. HVnc animum Vlyxes erga Penelopen gerens. Id Sabinus poëta de Vlyxe ad Penelopen, ita scribens sub Vlyxis persona generose expressit,

Quæque mihi Circe, quæ sit mihi causa Calypso:
  Iam dudum ignoto sollicitare metu.
Vtraque se nobis mortalia demere fila
  Spondebat: stygias vtraque posse vias.
Te tamen hac etiam spreta mercede petiui:
  Passurus terra tot mala, tótque mari.

¶Quædam communes viri & vxoris leges. Cap. IIII.

1 IN his vero quę q̄ maxime fieri potest, pudica sunt & iu 4
2 sta: concorditer sibi inuicem inseruire studentes. ¶Pri
moquidē curam omnem parentibus exhibere. vir qui-
dem vxoris parētibus, non minus q̄ proprijs: vxor au-
3 tem viri. ¶Deinde filiorum & amicorū & rerum, do-
musq; totius tanquam cōmunis, curam habeant, se ip-
sos studio & diligentia superare certantes: vt quisq; plurimorum bonorū
sit actor & causa, meliorq; existat & iustior, deposita quidem superbia,
industria vero suscepta, cum benignitate & mansuetudine gubernantes. vt
cum ad senectam peruenerint: deposito administrationis onere, & concu-
piscentijs liberati, possint & sibiipsi inter se, ac filijs suis rationem redde-
re, vter eorū magis profecerit in familiæ gubernatione, ac statim scire aut
per fortunam malum, aut per virtutem bonum. in quibus qui superaue
Pindarus. rit: maximū præmium à dijs consequitur, vt Pindarus inquit. dulce enim
4 sibi cor, & spes mortalium multiplicem alit voluntatem. ¶Secundū ve-
ro à filijs in senectute feliciter educari. quapropter & priuatim & publi-
ce decet eum, qui vitam agit: ad omnes deos, hominesq; respicere, multū
etiam ad vxorem, & filios, & parentes.

QVARTI CAP. COMMENTARIVS.

1 VIri & vxoris cōmunes leges quatuor. ¶Prima, In ijs quæ (q̄ maxime fieri po- 4
2 test) pudica sunt & iusta: concorditer sibi inuicem inseruire studeant. ¶Secun
da. Summopere curam omnem parentibus exhibeant: vir quidem vxoris pa
3 rentibus non minus quàm proprijs, vxor autem viri. ¶Tertia. Filiorum, ami
corum, rerum, domúsque totius tanquam communis: curam habeant, seip-
sos studio & diligentia superare certantes, vt quisque plurimorum bonorum ad cōmunem
vtilitatem causa sit, & vterque meritorū ratione melior ac iustior, deposita superbia cum
benignitate & mãsuetudine domum gubernantes. vt cum ad senectutem peruenerint, one-
re administrationis functi, & multa cura absoluti, multis'que molestijs, quæ plærunq; in iu-
uentute obueniunt: possint & sibiipsis inter se, ac filijs rationem reddere, vter eorum pluri-
mum profecerit in familię gubernatione, & statim agnoscere aut per fortunam malum aut

per virtutem bonum. in quibus qui ſperauerit: maximum præmium à diJs conſequitur, vt inquit Pindarus.

Dulcius eum comitatur ſpes, cor atque ſenectam
Enutriens: hominum mentem inſtabilémq; gubernans.

¶ Q uarta. Decet eos, & ſpecialiter, & communiter iuſte cogitantes: ad omnes & deos & homines reſpiciendo viuere, & virum multum ad vxorem, & ad filios, & parentes. nam qui ita vixerint: feliciter à filiJs in ſenecta educabuntur, quod ſecundum præmiorum à diJs conceſſorum, obtinet locum. 4

ANNOTATIONES AD CAP. Q VARTVM.

4 DVlce enim ſibi cor. Carminis Pindari: ex primo de republica, is ſenſus habetur. Pindarus.
Q uicunq; iuſte, ſanctéq; vitam exigit: dulcis eum comitatur ſpes, cor nutriens, ſenectutémque fouens: quæ maxime hominum volubilem gubernat animum. Studeamus igitur vitam noſtram ita iuſte, ſanctéq; tranſigere: vt melioris vitæ ſpes, nunquam nos deſtituat cor noſtrũ immortalitatis amore paſcens. donec ad id ex terrena & citiſſime labenti œconomia perueniamus: vbi iuuentus vt aquilæ renouata, nunq̃ emarceſcit, vbi à magno patrefamiliâs audiamus hoc diuinum eulogium, Euge ſerue bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam: intra in gaudium domini tui. vbi (ſi liceat: nobis parumper carmen immutare)

Pœna metúſque aberunt, nec verba minantia fixo
Ære ligabuntur, nec ſupplex turba pauebit
Iudicis ora ſui, ſed erunt ſine iudice tuti.
Ver erit æternum, placidi'que tepentibus auris
Mulcebunt Zephyri natos ſine ſemine flores.
Flumina iam lactis, iam flumina nectaris ibunt,
Flauáque de viridi, ſtillabunt ilice mella.

Et hæc de Oeconomicis, quæ paſſim haberi ſolent. Nunc autem ad Hecatonomias.

SECVNDI OECONOMICORVM ARISTOTELIS FINIS.

AEQVISSIMO VIRO IOANNI GANAIO PARLAMENTI curiæ Franciæ senatus primario præsidi Iacobus Faber.

Archimedes. Marcellus. Theon. Papus. Theodosius senior.

QVi geometricis studijs operam nauant æquissime Præses: ea omnia magna cum voluptate legere solent, quæ geometrica sunt. sic quæ ab Archimede Syracusio qui sub Marcello, Theone Aegyptio, Papo Alexandrino, qui sub Theodosio seniore floruere, scite lucubrata sũt: hac nostra tẽpestate latinitate donata, fauorabiliter excipiuntur, illarum rerũ studia, nouiq; authores in dies solertius indagantur. & simili quoq; modo quod ad Arithmeticen, Musicen, cæterásq; disciplinas attinet: res plane sese habere videtur. Quapropter cum cunctas philosophię partes attigeris, & eã maximequę sanctas sibi vẽdicat leges, & cum in cæteris tum in hac eminẽter excellas, in eaq; summos pro virtute & merito adeptus sis honores, summósq; magistratus: hau dquaq̃ mihi tandem persuadere nõ potui, quin Socraticarũ & Platonicarũ legum lectione delecteris vel plurimũ. Igitur cũ à Christianissimo, amplissimóq; regum LVDOVICO huius augusti nominis XII Francorũ plurima cũ pace felicia sceptra tenẽte, Primarius Præses designatus esses, in qua quidem re sacræ maiestatis suæ celsitudo de regno & vniuersa regni sui republica q̃optime merita nunq̃ tacebitur: cogitaui q̃primum ex decem de republica, & duodecim de legibus, Platonicis libris leges colligere, septem autẽ libellis digestas munusculũ suscepti nuper abs te regij muneris gratulatoriũ, & quasi pro primis consalutationibus tibi offerre, quẽ semper antea magna obseruatione sum veneratus. Hosce autem libellos iccirco Hecatonomias inscripsi: q quisq; centum leges cõplectitur. Fuerunt etiã fateor & aliæ causæ: quæ me ad hũc suscipiendũ laborem impulẽre. nam cum suscepissem Politicorum Aristotelis recognitionem, & commentarios meditatus fuissem: occurrebant Socrates & Plato, frequenter in ius ab Aristotele vocati. quos si adducerem: & ad politicen facere visi sunt, & ne falsõ videretur Aristoteles illos pro veritatis defẽsione insimulauisse. adducere autẽ dispersim, & in singulo quoque loco: & longum & onerosum visum est: at legentibus multo conducibilius: si sua serie, pro rei magnitudine in vno volumine collecti pariter æderẽtur. sicq; magis insuper posse prodesse, præsertim ijs qui prima legum tyrocinia aggrediuntur, si post lectã Ethicen & Politicen (quas omnino ante voluminũ iuris aggressionẽ, prælibare eos oportet, qui legitime instituũtur) ex philosophicis legibus, vt ex quibusdã prẹludijs: ad illas sacrosanctas, augustas, & imperatorias leges surgerẽt. Prẹterea non nesciebã me Germano Ganaio fratri tuo, haud parũ hac in re gratificatũ iri: qui me alias ad id operis attentandũ (& id quidẽ sæpius) adhortatus fuerat. Itaq; si vtriq; in hoc placeo, & studijs nõ nihil opis affero: apprime quæcũq; meis ex laboribus optaueram, iam videor assecutus. At nunc ad Hecatonomias, & primum ad eam quæ est Socratica. M.D.V.

LVDOVICVS XII

Hecatonomia quid.

Socrates. Plato. Aristoteles

Germanus

HECATONOMIARVM, CENTVM SOCRATICAS LEGES CONTINENS LIBER PRIMVS.

1 LEGISLATORIS STVDIVM SIT MINI- Legiſlator.
me ciuitatem diuidere, ſed q̃maxime illam vni-
re atq; vnam efficere. id autem ſummũ ciuitatis
bonum ſit atq; fiet: quando ciues omnes ex ea-
rundem rerum acceſſu vel diſceſſu, pariter gau-
dent ac dolent, & quãdo plurimi ad idem & ſe-
cundũ idem dicunt meũ & nõ meũ, & cum tota
ciuitas eſt vt vnus homo. ſi enim alicuius digit⁹
percuſſus eſt: tota corporis cõmunio in vnã ani-
mæ cõſonantiã conueniẽs, ſimul afflicta parte cõdoluit, & ita de volupta-
te, atq; parte alia quacũq;. Ita quoque in ciuitate recte legibus inſtituta:
quoties cuipiã ciuium boni aliquid aut mali cõtinget, tota ciuitas ſuum
eſſe clamabit eum, qui ſic afficitur. quare tota ſimul lætabitur vnà, vel do
lebit, eruntq; voluptates cõmunes & dolores. & cõmunicabunt maxime
inuicẽ ciues: ꝙ meũ dicent. & vna cauſa eſt cũ reliqua ciuitatis cõſtitutio-
ne, cuſtodum circa mulieres filióſq; cõmunio. Et ex hoc etiã ꝙ ciuitatem
non diuident, eorum more qui propria poſſidentes, de vno dicunt hoc eſt
meum, vt de domo, agro, vxore, filio, & alius de alio dicit illud eſſe ſuũ,
cum ipſi cuſtodes nihil habeant proprium præter corpus. ceſſabunt iudi-
ciorum controuerſiæ, accuſationeſq; mutuæ. quare ſine ſeditione erunt:
quantũ ad eas lites attinet, quæ pecuniarũ, filiorũ, vel propinquorũ cau-
ſa oriri ſolent. aberunt & adulationes: quibus aduerſus diuites, inopes
vti ſolent. ſolicitudines indigẽtium atq; dolores: quibus in nutriendis fi-
lijs, quærẽdiſq; pecunijs propter neceſſariã domeſticorũ, ſeruorúmq; nu-
tritionem vexantur, dum & fenoribus dant operam & negãt quæ accepe-
2 runt, & quæſtui vndecunq; ſtudent. ¶LEGIBVS feſta deſignentur in Nuptiæ.
quibus ſponſi ſponſęq; congregẽtur, ſacráq; fiant, & hymni, à ciuitatis ri-
tu inſtitutis poëtis, celebratis nuptijs conuenientes. numerus autem nu-
ptiarum: in arbitrio ſit principum. vt ad hoſtes, morbos, cæteráq; huiuſ-
modi reſpiciẽtes: eundem q̃maxime numerum ciuium ſeruent, neve po-
3 puloſa ciuitas nimium ſit, quoad fieri poteſt, neq; vacua. ¶Optimi viri
optimis mulieribus non tenerrimis, aut confectis: ſed in ætatis flore po-
tius cõſtitutis, vt plurimũ congrediãtur. deterrimi autẽ vt & tenelli & cõ-
fecti deterrimis. nam niſi hoc pacto generatio deducatur: longe etiã dete-
rius fore videmus, canũ, auiúmq; genus, & equorũ, reliquorumq; anima-
4 liũ. ¶Inter iuuenes qui pręſtãtiores erunt in rebus ſiue militaribus, ſiue
alijs quibuſdã: munera ac præmia dentur, & alia permulta. Quin & vbe-
rior mulieribus cõgrediendi licẽtia: vt ex hac ſimul occaſione filij plures
5 q̃ ex alijs, ex his ferãtur. ¶Filios qui ex his oriẽtur ſuſcipiãt ij: qui magi-

stratibus præsunt,seu viri seu mulieres. cõmunes enim & viris & mulie-
ribus magistratus. ¶ Accipientes autẽ pręstantiũ hominũ prolẽ: ad oui- 6
le deportent ad nutrices quasdã seorsum,in ciuitatis parte aliqua cõmo-
20 rantes. ¶ Mulier à vicesimo ætatis anno ad quadragesimũ pariat:vir au- 7
40 tem vbi annos triginta exegerit, ad quinq; & quinquaginta.nã id mode-
30 ratum mulieri adulti roboris tempus:viro autẽ vigoris animi atq; corpo
55 ris. ¶ Si his ætatibus definitis, aut senior aut iunior generationẽ in com 8
muni attigerit:prophanũ & iniquum scelus censeatur. vt quod sub tene-
bris,& acri quadã intẽperantia, sit genitum. ¶ Et qui in ætate generãdi 9
est,sed mulierem infra,extràve generandi tẽpus attingens generarit:pue-
rum spuriũ,incestũ, ac prophanũ generasse censeatur. ¶ Omnes quicũq; 10
nascentur decimo mense,vel septimo,ex ea die qua quis liberis operã de-
dit:masculi ab hoc filij,filiæ fœminæ nominabuntur, nati autẽ eum pa-
trem vocabunt. natorũ similiter filios ille nepotes esse dicet:isti autẽ supe-
riores,auos & auias nominabunt. At eos qui eo tẽpore nascẽtur, quo pa
tres ipsorum matrésq; inuicẽ generabãt,fratres atq; sorores. ¶ Fratribus 11
& sororibus: lex cohabitationẽ concedat, si sors dederit, & Pythia simul
per responsa cõfirmauerit. ¶ Nec vltra censum filios generabunt:cauẽtes 12
Educatio. & paupertatem & bellum. ¶ PVERI qui in vrbe decem annos impleue- 13
rint:in agros trãsmittentur,& agricolarum filios suscipiẽtes,suis legibus
ac moribus educabunt. ¶ Statim à primis annis: pueri honestis in iocis 14
assuefiant.nã si in minus decentibus:nunq̃ legitimi,probiq; viri euadere
potuerint. ¶ Videãt iuniores:queãdmodũ coram senibus tacere debent, 15
cedere illis locũ,atq; assurgere, parentes colere,quis tonsuræ modus ser-
uandus cuiq;,quibus vestibus,calceis've vtendũ, & omnino quis corpo-
ris ornatus conueniat, & cætera id genus similia,quæ specialiter legibus
pręscribenda non sunt. ¶ Adolescẽtuli,& pueri: iuuenilem disciplinam 16
philosophiámq; tractent,corporúmq; curã gerant,quatenus adolescant,
firmẽtúrq; ad philosophiæ ministeria. procedẽte vero ætate in qua anima
iam perficitur:exercitationes suas augeãt. nam cum adolescẽtuli statim à
teneris annis inter rei familiaris,quæstuariæq; negocia difficillimam dis-
serendi peritiam aggrediuntur:paulo post discedunt,etiam qui apprime
studiosi philosophiæ fore existimantur. deinde vero si ab alijs id agenti-
bus prouocati auditores fieri patiantur: magnũ quid concipiunt,nec se-
dulo incumbendũ illi putãt. in senectute vero, multo magis q̃ sol Hera-
clitius,extingũtur:cũ nunq̃ iterum accendãtur. superior igitur disciplinę
Disciplina. studijq; forma erit tenenda. ¶ PVERI,maxime qui custodes futuri spe- 17
rantur:instituantur in gymnastica,& musica. Nam disciplina ad corpus
gymnastica:ad animnm vero musica. & in vtraq; custos futurus erudien-
dus:priúsq; in falsa. nã prius fabulis ad pueros q̃ gymnasijs vtimur. tunc
enim omnis operis: maximam quid principium est. maxime enim tunc
formatur,induiturq; figura:quã quis vnicuiq; imprimere velit. quę in ea
ætate opinionibus accipiũtur:altius inhęrere, difficillimeq; eradicari cõ-

ſueuerunt. hinc primæ fabulæ quas audiẽt: optimæ ſint ad virtutem in-
18 ſtitutæ. ¶Sint qui fictoribus fabularũ præſint: & ſi quas bonas fecerint
eligãt, reliquas abijciant. electæ per nutrices & matres pueris narrabun-
tur. reijcientur autem quas Heſiodus & Homerus, reliquiq; poetę effin- Heſiodus. Homerus.
xerunt. hi nanq; falſas fabulas effinxere: quæ quotidie circũferuntur. dã-
19 nari enim oportet: præſertim cum quis non bene mentitur. ¶Lege ſan- P
ciatur poetas, comœdos, tragicos, rhapſodos id eſt cantores heroicorum O
20 carminum, hiſtriones: à ciuitate eſſe pellẽdos. ¶Non permittimus eum E T
qui futurus ſit cuſtos, quemq; virum præſtãtem deſideramus: mulierẽ Æ
iuuenem, vetulam viro conuitiantem, vel aduerſus deos contendẽtem, &
ſe iactãtem felicitate, vel ærumnis circũuentam, flentem, eiulantem, labo-
rantem, amore ſuccenſam, dolore partus oppreſſam, ſeruos, ſeruas, & ea
quę ſeruorum ſunt, ebrioſos, timidos, auaros, prodigos, & id genus ſimi
21 lia imitari. ¶Vt poetæ, rhapſodi, hiſtriones, & tragici ab vrbe pellendi:
ita quoq; & Rhetor. Nam quo erit ineptior & indoctior: eo plura narra- R
22 bit, & omnia imitabitur, nihilq; ſe indignum exiſtimabit. ¶Non ſit du- H
plex vir, neq; multiplex apud nos: quandoquidẽ ſinguli ſingula faciunt. E T
Quare ſi quis venerit in noſtram vrbem, qui præ ſapientia, in omnes poſ- O
ſit ſeſe vertere formas, & imitari, volueritq; ſua ipſius poemata oſtentare: R
venerabimur vt ſacrum, venerabilem, & iucundum, dicemúſque non eſſe
eiuſmodi hominem in republica noſtra, neq; fas eſſe vt inſit, mittemusq;
23 in aliam vrbem, caput eius perungentes, lanáq; coronãtes. ¶Is poeta eli-
gendus fabularumq; fictor, vtilitatis gratia: qui decori orationem expri-
mat, & quæ dicuntur dicat in ijs formulis, quas à principio pro legibus
24 tulimus. ¶Harmoniæ molles, temulentæ & relaxæ: Ionicæ & Lydiæ.
25 quare eiuſmodi minime ſint admittendæ. ¶Hæc harmonia ſuſcipienda:
quæ imitatur ſortiter euntem ad prælia, & ad quodlibet durum nego-
cium, conſtanter ſe gerentem, ſiue in vulnera, ſiue in mortem, ſiue in aliã
grauem ſortẽ incidentẽ, atq; in his omnibns fortunã conſtãter, viriliterq;
propulſantẽ. rhythmus enim & harmonia interiora animi penetrãt, pul-
ſantq; vehementiſſime animum, decoram quandam figuram ferentia, per
26 quam decorus & pulcher quis recte in muſica eruditur. ¶His melodijs
quæ multis chordis opus habent, & conſimilibus inſtrumentis, vt trigo-
no, pectadis, & artificibus, fabriſq; eorum, neq; tibijs, neq; tibiarũ fabris
minime in ciuitate ſit locus. ſed in ciuitate vtilis erit lyra, citharaq;, & fi-
27 ſtula, paſtoribꝰ in agris accõmoda. ¶Sermonis ſummopere vitetur inho
neſtas. Nã ſermonis decor, conſonãtia, venuſtas, & rhythmi cõgruẽtia: af
fectionẽ animi moderatã ſequũtur. at indecẽtia, & rhythmi incõcinnitas,
28 diſſonãtiáq; ſermonis: turpis, & improbi moris ſorores exiſtũt. ¶Cauẽ-
dũ eſt: ne quid circa muſicã & gymnaſticã innouetur, neq; admittãtur no
uorũ poetarũ, cãtilenarũ, aut modorũ laudatores. Cauendũ eni eſt, nouã
ſpeciẽ muſicę, tãq̃ naufragiũ: īducere. nã nuſq̃ muſicę modi mutanť: abſq;
29 maximarũ legum mutatione, vt ait Damon. ¶Gymnaſticę: medicina nõ Damon.

Herodicus miſceatur.nam Herodicus qui hoc primus in ſe tentaſſe fertur:iure accu
ſatur.vt qui poſteros multos,tedio longo affecit.longam enim ſibi morte
præſtitit. nam dum morbum ſubſequeretur ad morte,neq; curare ſe poſ-
ſet:medelæ ſtudio occupatus,omiſſis reliquis actionibus,vitā in hac cor-
poris indulgentia conterebat, male quidem affectus,ſi paulo à conſueto
victu diſcederet. ¶Nullus per omnem vitam valitudinarius,in corporis 30
curatione verſetur.nam id ridiculum.cum in ciuitate optime gubernata
cuiq; opus ſuū aſſignatū ſit quod perfici neceſſe eſt,nec vlli ſupereſt otiū.
ſi quādo enim faber in morbum incidit: breuem à medico curationē exi-
git,vel per vomitū,vel per defluxum ventris,vel vſtulationē, vel inciſio-
nem.ſi quis autē illi diuturnā victus obſeruationē prçcipit,capitisq; ſuf-
farcinationes,cæteráq; huiuſmodi:ſtatim obijcit nō eſſe ſibi ad ægrotan-
dū otium.neq; præſtare ſibi vitā trahere continuis curationibus incūben
ti,ſuumq; opificiū negligēti. deinde medico hoc dimiſſo,ad conſuetū vi-
ctum reuertens:ſi cōualeſcit,ſuū opus exequitur.ſin autē corpus morbū
ſuſtinere nequit: vita functus,à negocijs liberatur. ¶Medici ad vulnera 31
ſananda dūtaxat,morboſq; curādos intēperie aëris & caſibus contingen-
tes:ſint neceſſarij. ¶Diuitibus quādo iam viuēdi facultas ſuppetit(ſecū- 32
Phocyllides. dum Phocyllidem) virtutē exercere competit. aut vbi id valitudinarius
non poſſit: nō aliter illi q̃ artifici,niſi opus illi propoſitū peragat,viuere
Eſculapius prçſtat.Eſculapius enim ipſiusq; filij crediderunt pharmaca ſufficere,ad
curandos homines:qui ante accepta vulnera & firmi corporis habitu, &
victu moderati fuiſſent. homines autē & natura & incōtinētia morboſos
viuere:neq; his ipſis,neq; alijs cōferre putabāt.neq; circa illos verſari ar-
Midas. tem,foréq; curādos:etiā ſi Mida locupletiores eſſent. ¶Medicina,& iu- 33
diciaria æquitas: in ciuitate lege conſtituantur. quæ quidē eos ciues,qui
natura tum animo,tū corpore bene ſeſe habēt,nutriāt:qui vero tales non
ſunt,quotquot corpore deficiunt mori ſināt:quotquot autem malo inge-
nio inſanabiles ſunt,morte mulctēt. ¶Eædem ſint diſciplinæ in muſica, 34
gymnaſtica & artibus bellicis,& virorū & mulierū, tam in cuſtodibus,q̃
auxiliarijs & opificibus.vt æque inter canes:cuſtodes fœminas cēſemus.
neq; fœminæ quidē vt domeſticæ intus aſſeruātur tanq̃ ad forēſia opera
impotētes propter ipſorum catulorū partum, & nutrimentū:maſculi ve-
ro labores ſubeunt omnēq; armenti curā gerunt. ¶Illa quæ ad arithme- 35
ticam & geometriā,omnemq; huiuſmodi eruditionē pertinent,quę diale-
cticen præcedere debēt:pueris tradātur.ſitq; is docēdi modus:quo mini-
me coacti ad diſcendū eſſe videantur,ſed quaſi ludentes enutriātur.quo
magis:ad quod quiſq; natura ſit aptus,agnoſci queat.nā non decet libe-
rum hominē:cum ſeruitute diſciplinā aliquā diſcere.atq; vt ingētes labo
res vi ſuſcepti,corpus male afficiunt:ita nulla violenta,ſtabilis erit diſci-
plina.qui cū hoc pacto probati erunt præſtātiores:in aliquē numerū ſe-
ligantur.poſtq̃ autē bienniū,ſeu trienniū nihil aliud faciētes,à neceſſarijs
negocijs,exercitatiōibúſq; ſoluti abſoluerit:qui inter electos rurſum prę-

ſtantiores erunt, ætatē viginti annorum aſſecuti, maioribus q̃ cæteri affi- 20
ciātur honoribus. & quas à pueritia didicerūt diſciplinas: illæ iterū offe- Dialectica
rantur ad ipſius quod vere eſt, naturā conſpiciendā. & quicunq; ad co- Metaphyſica. & Dialecticus Metaphyſicus
gnoſcendum eſt perſpicax: illi dialectices cōmittatur ſtudium. qui vero
hebes: nequaq̃. Sola enim cognitio hæc: quibuſcūq; traditur, ſtabilis per-
manet. atq; hac experientiæ via: cognoſcitur quis habilis ſit, & quis nō, vt
dialecticus euadat, quis've ſine oculorū & aliorum ſenſuū miniſterio, ad
ipſum quod vere exiſtit, cum veritate trāſcendere poſſit. & triginta annos 30
nati: caute admodū dialecticas argumētationes deguſtent, in eáq; annos
quinq; exerceāt. nā cum primum adoleſcētuli: diſputationis artificiū gu-
ſtant, eo protinus quaſi ludo quodā, ad refellendū vtūtur, ſtudioſeq; eos
ſectantes qui alios confutāt, & ipſi alios redarguunt, & diſtrahēdis lace-
randiſq; proximis, catulorū more aſſidue delectātur. qui cum plures cō-
uicerint: à pluribus cōuicti, eò deueniunt, vt ex priſtinis opinionibus, fir
mam habeant nullā. atq; ex his: & ipſi & omnis philoſophia, apud alios
calumniam reportāt. At vir natu grādior, ab hac inſania liber, diligētius
veritatis gratia diſſerit, potius q̃ is qui verſutijs, captiunculiſq; incūbit,
& modeſtius ſeſe gerit, & diſputandi ſtudium, ex infami reddit illuſtre.
36 ¶Cū ita in diſſerendi diſciplina exercitati fuerint: cogātur annos quinq; 15
ac decem eos magiſtratus aſſumere, qui ad bellum ſpectāt, & ſi qui ſunt
iuuenum principatus. examinēturq;: vtrum conſtātes permaneant, dum
trahuntur vndiq;, an nutent. nā id prouidendum: ne etiam vſu rerum, ab
37 alijs ſuperentur. ¶Cum ad quinquageſimū peruenerint annū: quicunq;
integri inter eos, rebuſq; geſtis & ſciētijs pręcellentes, apparuerint: animi
radium ad ſupera dirigentes, ipſum quod omnibus lumen prębet ſuſpi-
ciant, ipſumq; bonū nouerint, & exemplo illius freti, ciuitatē, priuatos,
ſeq; ipſos per omnem vitā & ſingula viciſſim exornēt, ac plurimū in phi-
loſophia verſentur. & cū ad magiſtratus accerſentur: in ciuilibus negocijs
inuigilent, ſigillatimq; gubernēt reipublicæ gratia, ita vt non tanq̃ bonū,
ſed neceſſarium potius miniſteriū, exequi videātur, & alios ſimiliter in-
ſtruant. & cum hæc de viris ſint expreſſa: eadem intelligātur, & mulieri-
38 bus eſſe cōmunia. ¶SENIORES præſint omnibus iunioribus, eoſq; Mores.
corrigant: & æquales æqualibus ſuccurrāt, tutādis corporibus neceſſita-
tem imponētes. id enim æquū, iuſtumq; dicimus: ſi neq; de vi illata nuſq̃
contēdetur. verum & ſi quis iraſcetur, iramq; explere cōtendat: minus in
39 maiores, maiorúmve trāſibit ſeditiones. ¶Iuniores: principes metuāt, &
ſeniores reuereātur. ſic enim & metus, & pudor abſterrebunt ab iniuria:
ne iunior in ſeniorē, niſi iuſſu principum ſeuiat vnq̃. metus quidē: ne cęte
ri omnes, partim vt filij, partim vt fratres, partim vt patres patiēti ſuccur-
rāt. pudor autē: ne parētes violare ſuſpicētur. quare omnino his legibus,
40 ciues inuicē in pace vitā agent. ¶Inter amatores & legitime amatos: nihil
furioſum aut intēperātię propriū interueniat. ſed ſic amator amet amatū
tanq̃ filiū, honeſtorū cauſa: neq; vnq̃ præter honeſtū quicq̃, ab adoleſcente

requirere videatur. sin cōtrà faciat: vituperiū subeat, & vitæ notā, tāq̄ qui nihil omnino sapiat musicum, nihil pulchrum. Nam voluptate venerea: nulla vehementior, nullâve furiosior. ¶Custos omni temperantiæ inuigilet. nā vnicuiq; magis conceditur quàm custodi, vt ebrietate grauatus, vbi terrarum sit nesciat. nec ab re. nam ridiculum id profectò: custodem indigere custode. ¶SINGVLI artifices singula tractent opera: ab alijs cessantes. ¶In ciuitate sint agricolæ, fabri lignarij, ferrarij: vt agricolæ ligones, rastros, vomeres, & cætera instrumenta habeāt: sint & qui ex alijs locis importent ea quibus ciuitas indiget. item bubulci, opiliones, pastores: quo agricolæ boues ad arandum, architecti iumenta ad materiā conuectandā, textores & coriarij pelles & lanam habeāt. quare opus erit & mercatoribus. qui autem terra, mariq; exportent & importēt mercatores sunt. si autē mercatura erit: opus erit & ijs qui mercaturæ & terrestris & maritimę periti sint & emendo & vendēdo. quare & foro & nummo permutationis gratia. ¶Ne artifices desistant ab opere: cum quædā inferenda erunt in foro, cōmutationis gratia. non ipsi foro assistant: sed deputati quidā homines imbecilles corpore, & ad aliud opus inutiles. Quare necessitas: necessarios caupones in vrbe creat. caupones enim eos vocamus: qui in foro ad venditionē, emptionemq; cōstituuntur. vt mercatores: qui ad alienas vrbes migrant. ¶Opus est & mercenarijs: qui robur corporis sufficiens habeāt ad labores, roboris vsum vendentes pro præmio mercedeq;, vnde & nomen habent. ¶Si quē deprehenderis, in ciuitate mentientem, ex eorum genere qui artifices sunt, vatē videlicet, vel morborū medicum, vel lignariū fabrum: eum punito tanq̄ rem inferentē, ex qua ciuitatis ipsius veluti noua subuersio sequatur, haud secus ac si quis erga nauis gubernatorē: de naue & nautis, minime vera diceret. ¶Nullus artifex: mali moris simulachrum aliquod, non bene castigatū opus, illiberale & indecens, siue in figuris animaliū, siue in ædificijs, siue in quouis alio artificio, efficiat. ¶Hi quærantur artifices: qui naturali industria, tanq̄ per vestigia possint ipsius pulchri, decoriq; naturā exprimere. vt tanq̄ in loco salubri habitantes, iuniores vndiq; adiuuentur. cum ex pulchris honestisq; operibus, siue ad oculos, siue ad aures, eorū aliquid permanat, veluti suauis quædam aura, à locis salubribus difflata, sanitatem afferens. ¶SIC REGIONI: vt matri & nutrici cōsulatur, atq; succurratur. sic ciuibus: vt fratribus ab eadem matre natis, & eadē nutrice educatis. ¶Castra in ciuitate ponātur: vnde & eos qui intus sunt, maxime custodes cohibeāt, si quis nolit legibus ipsis obtemperare. & eos qui extra sunt, repellāt: si hostis tāq̄ lupus ad ouile grassatus irruperit. ¶CONFERENTES autē se ad comessationes: perinde atq; in castris cōmuni vescantur conuiuio. ¶Ciuitatis incolæ: cibos parabunt, vinum, vestes, calceamenta, domos. æstate quidē plurimum sine veste & calceis erunt: hyeme vestibus & calceis sufficienter ornati. nutriētur: ex ordeo & frumento farinā cōficientes, partim pinsendo, partim cōgerendo, placentas, panésq; super calamis

Margin: Artifices. — 41, 42, 43, 44, 45, 46, 47, 48 — Regio. 49, 50 — Victus & necessaria. 51, 52

aut puris frõdibus imponẽtes, in lectis ex herbis factis, mylace, atq; myrto discumbentes. comessabunt ipsi & eorum filij: vini pocula sumẽtes coronati. & deos laudantes: iocũde simul viuent. Oblitus (inquit Socrates) eram q quidem habituri essent obsoniũ: sal videlicet, & oleas, & caseum, & porrum. præterea olera: quasi agrorum pulmenta suscipiãt. & bellaria ipsis addemus: ficuum, cicerum, & fabarum: & baccas myrti & faginas glandes prunis torrebunt, modeste bibẽtes. sicq; quiete & salubriter viuẽ
53 tes: ad senectã vsque, eiusmodi vitam posteris suis relinquẽt. ¶Sine thoris accumbent. nã qui thoris discumbunt, epulisq; ex mensis vescuntur, obsonijsq; & bellarijs, quibus hoc tempore vtuntur: student quomodo non cõmoda: sed delitiosa ciuitas fiat. & turgida profecto eorum ciuitas
54 est. ¶In bello cibarijs assis quæ vasa circunferre non requirunt vtantur, & à varijs condimẽtis abstineãt, sintq; procul Syracusanæ Siculæq; mensæ, & luxus blandientium puellarum Attica bellaria, condimẽtaq;, quæ plurimis delicata videntur. nam vt in musicis simplicitas, animi temperantiam: sic ciborum varietas, morbum parit & intemperantiam, & hinc
55 iudicum & medicorum: indigentia plurima. ¶Custodes, & auxiliariorum nemo proprium quicq̃ possideat: nisi quatenus summa cogat neces-
56 sitas. ¶Deinde neq; domum, neq; penu habeant: quo non omnibus pa-
57 teat aditus. ¶Quæ vero ad victum pertinent: tanta sint apud eos, quantis indigent militares athletæ, temperati, ac fortes.
58 ¶Alij autem ciues, ex instituto, mercedis & custodiæ tantũ gratia: illa eis ministrent, & tanta, vt exacto anno neq; desit quicq̃ neq; supersit. grauissimum enim & turpissimũ id nutritoribus esset: si ita canes gregis futuros custodes nutrirent, vt aut ex intemperantia, aut fame, aut aliqua alia mala consuetudine, canes ipsi pecuaria aggrediãtur lædere, proq; ca-
59 nibus similes lupis euadant. ¶Custodibus victum solũmodo liceat recipere: neq; mercedem vltra victum. sic enim vt proficisci priuatim aliò velint, non liceat: ne quicq̃ scortis largiri, aut ad quęuis alia pecunias ero-
60 gare. ¶BELLICOSI, athletæ: tanquã canes insomnes sint, q̃acutissime videre & audire valentes, & multas mutationes in exercitu aquarum, ciborum, æstus, & frigoris perpeti, vt se à morbis defendant. ¶Militent cõ Militia.
61 muniter tam mares quàm fœminæ: ducantq; adultos secũ filios ad prælium. vt queadmodum opificum filij: & hi patrum suorum opera cernãt. quæ & cum ad maturã ætatẽ peruenerint: effecturi sunt. atq; insuper vt parentibus auxilio sint, ministrẽtq; omnia: quæ ad bellum spectant, patres, matresq; curent. nón enim custodes: minus filios suos, quàm figuli suos erudire debent. & insuper omne animantiũ genus: præsentibus natis ar-
62 dentius pugnat. ¶Detur opera: vt pueri qui milites futuri sunt, bellum spectent duntaxat, & qua ratione tuti sint excogitandũ, & ad tutiora castra ducẽdi, adhibitis illis rectoribus non ignauis, sed rerum vsu & ætate idoneis ducibus, & pædagogis. quare propter plæraq; quæ frequenter hominibus præter opinionem eueniunt: à primis annis æquitare cõsue-

scāt pueri,& vbi forte periculum ingruerit, equis q̄ velocissimis,& facile habenis obsequentibus,non ferocibus, aut nimium bellicosis ad spectaculum belli ductis,ipsi & seniores eorum duces volantes protinus aufugiant. ¶Is qui in acie ordinē deseruerit, aut arma abiecerit,aut tale aliquid ꝓpter timiditatem cōmiserit:ad artificum ordinem,vel agricultorum transmittatur. ¶Qui viuens ab hostibus captus fuerit,etiam gratis reddere volentibus:relinquatur,vt præda quomodo lubet vtantur. 63 64
¶Nostri exercitus:nullos e Græcis seruos faciant.quin potius etiā suadeant:ne alij Græci alios Græcos efficiāt seruos.sed seruitutis iura:trāseant ad barbaros.nam hoc pacto,fortius contra barbaros insurgent: si ab se inuicem abstinebunt. ¶Minime licitum putetur:è nostris qui vicerint spoliare mortuos,præter arma.nam rapiendi cupiditate:multi iam exercitus periere.& cogitationis auaræ,muliebris, ac vilis esse videtur:cadauer expoliare, hostémq; putare mortui corpus. & cum aduersarius ipse abierit:in id quod relictum est,sæuitiā exercere.factum certe eorum:qui nihilo differre videntur à canibus, aduersus iactos lapides irascentibus, eo qui iecit relicto. ¶Arma,mortuorū spolia: nequaq̄ transferātur in tēplum tanquam deo sacranda,præsertim Grecorum,nisi quid aliud deus dixerit. ¶Cum milites nostri aduersus quoscunq; Græcorum belligerabunt: minime aduersariorum agros depopulentur,domus've incendāt. sed fructus annui duntaxat auferendi.nam Græci omnes:genere propinqui sunt, & cognati. & inimicitiæ inter cognatos & propinquos,seditio dicitur,non bellum. nā ad extraneos bellum vocatur. modo autem quēadmodum in seditiosa ciuitate, vtriusq; factionis homines,satis factum putant si victores aliorum rapiunt fructus,existimantes non semper sein uicem pugnaturos,sed quādoq; redituros ad gratiam:neq; agros deturbabunt,inflāmabuntq; domos.nā si ciuitatem amabunt: nunq̄ audebūt nutricem matrémq; vastare. nostri enim omnem Græciā sibi cōiunctam existiment,& sacra habeant vt alij,inter se cōmunia. ¶Milites numerorum cognitionē, computationemq; habeāt:quo ad acies ordinandas,rudes non habeantur. philosophi sint: quo è fluctibus generationis emergentes essentiam veritatémq; attingant.custodes enim nostri,iidem & milites,& philosophi: neq; rudes adhuc inde discedāt,sed persequātur quo ad,ipsa mente ad numerorū naturam contemplandā perueniāt,non vendendi emendiq; gratia tanquā mercatores & caupones, sed (ceu dictum est)vt ad bellum instructi sint,facileq; animum à generatione ad essentiā, veritatemq; conuertant. Simili quoq; de causa:secundo loco milites geometriam discant, quatenus ad rem bellicam confert, ad castra ponenda, regionem occupandā,ad colligendum,spargendum, ad machinamenta, quibus circa acies,vel in obsidione,vel in itinere vti solent.nam circa hęc: permultum interest geometricus ne sit aliquis, an non.attollit præterea ad veritatem animum:vt eum ad supera conuertamus. quinetiā interest omnino ad disciplinas omnes,facilius perdiscendas: attigerit'ne quispiā 65 66 67 68 69

geometriã an secus. Tertio loco stereometriæ cura sit: quæ solidos, & cu-
bos, & id genus tractat. nam post planum: venit solidum. Quarto loco,
discenda erit astronomia: quæ de solido est, quod circumfertur. nã muta-
tiones, oportunitatésq; temporum præsentire, non minus rei militari, q̃
agriculturæ ac nauigationi conuenit. & cælestium varietate vtendum est:
velut exemplo quodam, ad supernarum rerum contemplationẽ. & ex si-
derum motus inspectione: considerandũ quoad in operibus huiusmodi
possibile est, q̃ pulcherrime ab ipso cæli cõditore, & cælum ipsum, & quę
in eo sunt, fabricata sunt, perinde ac si quis videat figuras à Dædalo, vel Dædalus.
alio artifice, vel pictore præcipue cõpositas, & elaboratas. & horum gra-
tia præcipiant, qui succedent: hæc esse discenda. nam ex huiusmodi disci-
plinis: expurgatur animus, reuiuiscitq; quod ex alijs studijs infectũ, oc-
cæcatumq; fuerat. qui quidem potius seruãdus est: quàm oculorum cor-
poris decem milia. solo enim hoc: inspicitur veritas. Quinto loco harmo-
nia: ad boni, pulchriq; cognitionem perdiscenda, & qui numeri consonã-
tes, & qui non, & ob quam causam sint tales. nõ enim probandi sunt: qui
concentus & tonos, qui auribus percipiuntur, partiuntur, & de minimis
quæ exaudiri queunt, contendunt, aures menti præponentes, neque qui
chordas iugiter vexant, examinantq;, & clauiculis plectris've quibusdã,
tum intendendo tum remittendo pulsationes contorquent. Insuper dis-
serendi arte (quam dialecticen dicimus) opus erit: potissimumq; capescen-
da. quæ quidem confert absque sensibus: & ratione duntaxat, ad ipsum
quod est quodq;, nititur, & ad ipsum bonũ, finemq; intelligibilis ipsius,
intelligẽtia perducit. ipsa enim dialectica, sola: sublatis suppositionibus
omnibus, ad ipsum principium confirmandũ pergit, ac reuera animi ocu-
lum cœno barbarico obrutum, paulatim sursum euehit, ducitq; tãquam
adiutricibus, ac ministris quibusdã vtens ijs (quas nominauimus) disci-
plinis. & est ex qua ad interrogandum & respondendũ (vt sciẽtem decet)
aptissimi sumus, doctrinis omnibus (veluti apex) præposita. qua nulla
eminentior vlterius reperitur: doctrinarum omniũ finis. quare deligen-
di erunt viri grauissimi & fortissimi: & non modo generosi ac terribiles,
sed acumen, facultatemq; ingenij ad doctrinarum perceptionẽ habentes,
memoriosi, integerrimiq; ac tolerantissimi. qui arduum doctrinæ, medi-
tationisq; studium: ad finem vsq; prosequantur. nam qui non pro digni-
tate attentant: philosophiam ipsam cõmaculant, adijciuntq; infamiæ no-
70 tam. neq; enim à spurijs animis, sed legitimis est attrectanda. ¶Cum au-
tem vires ex vetustate defecerint: tũc à ciuilibus, militaribusq; laboribus
liberi, tanquam emeriti & immunes, ad votum viuant, nulloq; certo offi-
cio sint astricti quicũq; feliciter victuri sint, & post migrationem animæ
71 sortem suscepturi anteactæ vitæ conueniẽtem. ¶TEMPLA & sacrificia Res sacra.
constituantur ante omnia, diuiniq; cultus. sepulchra præterea, & funera
72 defunctorum: & quæcunq; ad deum placandũ sunt ministeria. ¶Qualis
deus est, talis semper est describendus: siue carminibus describatur, siue

Dialecticen: appellat sapientiã rationali modo ad ipsius boni cognitionẽ procedẽtẽ & quã Aristoteles appellat Metaphysicen

cantibus, siue etiam tragœdia. nam bonus & ipse deus est, & ita dicendũ: & causa est eorum quæ bene sese habent, eorum vero quæ male, nequaq̃. ¶ Malorum alicui deum ipsum esse causam: neq; fas sit audire, neq; car- 73
minibus inserere, neque soluta oratione narrare. ¶ Sit lex insuper posita: 74
deum immutabilem simplicissimumq; esse credendum, veracémq; & di-
ctis & factis. ¶ Castris positis sacrificent: & tabernacula struant, quæ cõ- 75
tra hyemes & calores sufficiant, non opulenta, non mercatoria, sed mili-
taria. ¶ Vates & arioli, minime in ciuitate admittantur: qui ianuas di- 76
uitum accedentes, persuadent vim habere à dijs, sacrificijs, & carminibus acceptam, purgandi per celebritates & oblectamenta quædam, si quod scelus ab ijs, aut eorum maioribus perpetratum sit, & nocendi etiã par-uo sumptu cuicunq; velint etiam inimicorum, & iusto pariter & iniusto. Afferunt enim tum blandimentis quibusdam, tum vinculis se deos indu cere: vt sibi in his omnibus obsequantur, dicuntq;,

Mortales vitium penitus labuntur in omne
Præcipites: quoniam facilis via ducit ad ipsum.
Hoc quia vel nobis iam tum nascentibus hæret.
Virtutem ante ipsam: dij proposuere laborem,
Difficilésq; vias cunctis adeuntibus illam.

Homerus. Insuper addunt deos faciles ad commiserescendum. Ex Homero.

Sunt faciles superi: precibus flectuntur. & ijdem
Sacrorum nidore pio placantur, ab ipsis
Nimirum votis hominum. quæ si quis in illos
Errarit: veniam rogitans concepit in aris.

Museus. Orpheus. Libros autem circunferunt Musei & Orphei. ¶ Cum vir bonus seipso 77
ad bene viuendum contentus esse debeat: minime moleste ferendum est, liberis, fratribus, aut diuitijs, reliquisq; huiusmodi priuari, sed modera-
Magistrat⁹. tissime ferendum cum fors aliqua huiusmodi inciderit. ¶ PRAEMIVM 78
ponatur ijs, qui libenter gubernaturi sint: seu argentum, siue honor, siue pœna, nisi imperium capiant. Q; ex arte quicunq; acturus sit: nunq̃ in suum agit commodũ secundũ ipsius artis imperium, sed ad inferioris vti-litatem. mulcta quidem imponenda: q; neq; pecunia, neq; honore ducti: boni homines imperare volunt. non enim aperte pecuniam magistratus præmium accipiẽtes, mercenarij appellari volunt: neq; clanculum fures. neq; honoris causa. nam non sunt ambitiosi. oportet igitur necessitatẽ & mulctam illis imponi, si impellẽdi sunt: vt velint magistratum accipere. Quapropter videtur turpe: vt quis sponte ad imperandũ accedat, & non necessitatẽ expectet. ¶ Qui magistratum gerere debent probi electiq; sint. 79
Nã vt oculi propria virtute priuati male vident, aures priuatæ, male suũ opus exercent: ita anima propria virtute destituta, male suum opus per-agit. suum autem opus imperare, curare, consulere, & huiusmodi. necesse est igitur: malam animã, male imperare atq; curare, bonã vero, hęc omnia bene facere. ¶ Neq; iudices neq; medici in ciuitate multiplicentur. Nam 80

male & turpis disciplinæ in ciuitate nulla coniectura maior, q̃ iudicibus & medicis indigere q̃plurimis, non modo abiectos homines sordidos & mechanicos, sed eos etiam qui liberali disciplina educatos se esse glorientur. turpe profecto & male educationis magnũ argumentũ: vt cogaris ob propriæ virtutis inopiam, iustitia vti aliena, & ab alijs tanq̃ seruus, iuste
81 operari compelli. ¶Quisquis aliorum patronus est: ita se cõparare studeat, vt nihilo indigeat, iudice etiã dormiente. nam quid turpius est: q̃ vt quis non modo omne vitę tempus in iudicijs, tum accusando, tum defendendo cõterat. sed & etiã rudi quadam elatus iactantia: in his ipsis negocijs glorietur, quasi sit potẽs ad iniuriã inferendã, suisq; versutijs vsque adeo tergiuersari valeat, vt nullas iniuriarũ soluat pœnas, qui sæpe mini
82 marũ vilissimarũmq; rerum causa, tam anxium subit negocium. ¶Eligantur ex omnibus custodibus ij maxime, qui videntur per omnem vitam, summo studio eã facere quæ ẽ republica sunt, quæ vero cõtrà, cauere: & qui per omnem ætatem id præceptũ, eãmq; conseruent opinionẽ, eã sola agenda quę reipublicæ sunt optima. sint igitur seruatores: amatores
83 ciuitatis. ¶Obseruentur statim à pueritia: atq; ea illis opera proponantur, ex quibus aliquis præceptum illud maxime obliuisci possit. qui vero
84 seruat illud, neq; surripitur: eligendus. ¶Probentur etiã iuniores (quẽadmodũ solent ij: qui inspicere cupiunt, nũquid pulli pauidi sint necne, ad strepitum illos & tumultus ducẽtes) in terribilia quædã impellendo: item & in oblectamẽta: multo magis q̃ igni probetur aurum. qui autem inuentus fuerit optimus suiipsius custos, & in singulis ætatibus probatus, & immaculatus extiterit: custos & princeps ciuitatis constituatur, &
85 sibi, & patriæ futurus vtilissimus. ¶Ei qui optimus princeps custósque fuerit: & viuenti, & mortuo honores tribuantur, sepulchrorumq; & aliorum monumentorũ maxima munera sortiatur. cæteri autem iuuenes: custodes, auxiliarij, defensoresq; institutionũ, ipsorum principum, recte ap
86 pellabuntur. ¶Summopere caueãt custodes qui auxiliarij defensoresq; adhibentur: ne cum valentiores sint, aduersus ciues quicq̃ moliãtur, neq; beniuolorum sociorum loco, agrestibus dominis similes se præbeant.
87 ¶Nullus audeat simulare ciuitatis custodiã: si non vere custos sit. nam si sutores facti deteriores, simulantes id esse quod non sunt, graue quid ciuitati afferunt: custodes legum & ciuitatis, si non sint sed appareant, omnem ciuitatẽ simul perdunt. contrà vero si vere custodes sunt: beatam vel
88 soli, vt eam efficiant, oportunitatẽ habent. ¶Penes autem auxiliarios & custodes: authoritas sit cogendi & suadendi, quę deceat facere, ex quibus
89 q̃ optimi sui operis sint artifices, cæteraq; eiusmodi. ¶Curam insuper ad id adhibeãt: vt nullus ciuium penuria prematur, neq; diuitijs abundet. nam figulus diues factus, curã suæ artis minus habet, pigriórq; & negligentior redditur. quare deterior figulus. quòd si indigẽtia prematur: instrumentis, & reliquis quibus ars indiget, caret, & opera deteriora facit, filiósq; ac cæteros quos docet deteriores artifices reddit. & opulentia in

super delitias, desidiam, & rerum nouarum studium parit. inopia vero: cum rerum innouatione, illiberalitatem, & maleficia gignit. ¶Cum no- 90
stra ciuitas auro argentóque careat: si aduersus amplã, opulentámque ciuitatem arma capescere cogetur: vbi aliarum ciuitatum requiretur societas, missa legatione ad alias ciuitates vera dicat. nos quidem auro & argento non vtimur, neque nobis fas est: vos ergo nobis auxiliũ ferẽtes, nobiscumque bellum gerentes, quę alij possident habetote. Sic enim fiet: vt his auditis, eligant potius vnà cum canibus, contra oues pingues & molles pugnare, q̃ contra canes duros. Adde diuites & pingues, minus instructos, & bellicæ facultatis gnaros defatigabiles, subterfugiendo ictus, frustrãdo, eludendo sæpius, subita conuersione cedendo, diu eos sub sole & æstu detinendo. quorum omniũ: nostri athletæ sint q̃ exercitatissimi. ¶Custodes 91
id prouideant, ne parua ciuitas, néve magna esse videatur: sed vna & sufficiens. ¶Si quis custodum ignauus nascatur: ad alios, agricolas inquam 92
aut artifices mittatur. siue ex alijs probus: transferatur ad custodes. & vnusquisque ad id vnum opus duntaxat, ad quod natura est aptus: ducatur. vt vnus existat, & non multi: & contrà, ciuitas vna fiat & non multæ.
¶De negocijs foresibus, mutuis commertijs, pactis in mechanicis arti- 93
bus, iuribus iurgandi, verberandique, citationibus in ius, cõstitutionibus iudicum, dispositionibus circa forum & portus, vectigalibus imponendis aut exigendis, iuribus forensibus, vrbanis, naualibus: leges nullæ ponantur. nam id minime decet bonis præclarisque viris præcipere. quales erunt nostri ciues: si superiores leges seruabunt. nam bonã ciuitatẽ oportet & sapientem & fortem, temperatã & iustam esse. sed à sapientia quæ est in principibus, fortitudine quæ est in militibus, tẽperantia quę instar consonãtiæ diapason per totum est diffusa. suntque potiores vt diapẽte: deteriores vt diatessaron. tota ciuitas: vt consonãtia diapason, ex potiori, deteriorique contemperata, vt ex acutis & grauibus. sin minus: leges de huiusmodi statuent, corrigentque semper & innouabunt, putantes ita se quod est optimum assequi. similes ægrotantibus: qui propter intemperantiam insalubrem, victum mutare nolunt, id assequentes quod plures vehementioresque morbos efficiunt. confiduntque semper si quis pharmacis agi consulat, bene se valituros. & huiusmodi inimicissimũ putant: qui vera monet, dicitque pharmaca, vstiones, incisionesque, & reliqua quæ extrinsecus admouentur, non prius profutura, q̃ quis desinat ebrietati, voragini, veneri ocióve indulgere. Ergo in his institutis: non est curiose verum legum conditorẽ insistendum. quoniã inutilia sunt huiusmodi. ¶Principes iu- 94
ste sententias ferãt: vt duntaxat singuli, neque vsurpent aliena, neque suis priuentur. singuli enim actionem propriã sequantur, propriámque possessionem saluent: neque opus, neque possessionẽ alterius aggrediantur. nam cum quis artifex, aut quęstuarius, diuitijs, multitudine, copia, robore, similibus've elatus in militaris ordinem, aut miles cum sit indignus in viri cõsularis aut custodis dignitatem transire conatur, officiaque permutare, aut

hæc ſimul omnia peragere: confuſio hæc, peruagatióque totius ciuitatis interitum minatur, éſtque hæc iniuſtitia, extrema ciuitatis calamitas, & 95 maxima corruptela. ¶ Noſtrę ciuitatis & populus & principes: ciues appellentur. ſed populus: principes, inſuper vocet ſeruatores, auxiliariósq́; principes autem: populum mercedis tributores, & nutritores. porrò iuniores: ſuos æquales fratres, ſororesq́;. maiores natu: patres atq; matres. 96 & contrà. principes autem: ſe inter ſe, concuſtodes. ¶ Iuxta propinquitatis nomina: propinquitatis officia præbeāt, vt appellationis ipſius dignitas poſtulat. ſeruentq́; erga parentes quęcunque lex exhiberi præcipit: reuerentiā, curam, obedientiam. alioqui deos, hominésq; infenſos habeāt: vtpote, qui neque ſancta, neque iuſta agant, ſi ſecus ipſi fecerint. & abſurdum etiam: ſi domeſtica nomina, tantum ore, ſine officio proferrentur.

97 ¶ Reipublicę noſtræ gubernatores: philoſophi eligantur. nam cum quis vere dicitur alicuius rei amator: non partim, ſed ad totū id afficitur. philoſophum autem ſapientiæ ſtudioſum, amatoremq́; dicimus. quare nullam doctrinam, quid conferat, quid've non conferat diſcernentem: dum iuuenis eſt, & ratione delectum habet, contemnet. ſic enim vini auidi, vinum quodlibet, quacunq; capta occaſione, vehementer expetunt. ſic etiā ambitioſi homines: ſi exercitus præfecturā aſſequi nequeunt, ſaltem tribuni effici volunt. ac niſi à magnis venerādiſq; hominibus honorentur: honorem ab ignobilibus exigunt, vtpote qui honorem prorſus affectent. Et reuera niſi philoſophi ciuitatibus dominentur, vel ij qui nunc reges, potentesq́; dicūtur, legitime ſufficienterq́; philoſophentur: hominum generi nulla requies malorum, nulla felix, beataq́; orietur reſpublica. philoſophi enim ſoli ſciunt: & ipſum vnum quodq; per ſe ens, quod ſemper ens eſt, & vnum, admirantur & diligunt. cæteri vero: ea quæ partim ſunt, & partim non, tum entia, tum pulchra, bona, & id genus. reliqua nō ſcietes quidem, ſed opinantes: philodoxi potius, opinionúmq; amatores dicuntur. illi ſunt vt acute vidētes: hi vt cæci. illi attingere queunt id quod ſemper ſecundū eadem, eodem modo ſe habet: hi per multa, mutabiliaq́; vagantur. illi mendacij omnis natura ſunt expertes, neque ſponte vnquā mentiuntur: ſed omnem odiunt falſitatem, & diligunt veritatem, quia ſapientiæ nihil familiarius quàm veritas reperitur, oblectamenta corporis deſpiciunt, purámq; ipſius animæ expetunt voluptatem, temperati viri, neque pecuniæ cupidi, magnanimi ſunt, magnifici, humanam vitam non magnum quid exiſtimant, non mortem terribilem, modeſti, quæſtui non dediti, non puſillanimi, non ſuperbi, non timidi, & ſtatim à teneris annis mites, iuſti, ad percipiendum veloces, memores, minime vani. horum igitur natura, cōuenientem nacta diſciplinam: ſemper proficiendo ad omnem peruenit virtutem. enutrita autem ſi fuerit peruerſe: ad contraria dilabitur. & putandum eſt infanda ſcelera, & extremam nequitiam: ex generoſo ingenio educatione corrupto, potius quàm ex ignauo procedere. corruptores autem eſſe ſophiſtas: qui in cōtionibus, iudicijs, theatris, vel

PHILOSOPHI

& ad obscura inspicienda assuefieri.nam cum assueti fuerint:multo acutius illa cernent, q̃ qui quotidie in eis obuersantur. & quælibet simulachra:& quæ,& quorum sint agnoscent.quia reuera norint:quæ honesta, iusta,bonáve sint.sic ciuitas ab ipsis tanq̃ vigilantibus, rectéq; sentientibus coletur:non tanq̃ somniãtibus,queãdmodũ nunc plurimæ habitantur ab iis,videlicet qui de vmbris inter se decertant,deq; principatu tanq̃ maximo bono cõtendunt.nã ea profecto ciuitas,in qua ciues ad expetendos magistratus,minime ambitiosi sunt:optime,& procul à seditionibus permanet. quæ autem aliter affectos habet ciues:cõtrà.tunc enim ciuitas optime constituta elucebit: cum eorum vitam, qui magistratibus præfecturi sunt, inuenerimus ipsis magistratibus meliorem. tunc vere diuites dominabuntur,non auri dico, sed cuius oportet virum beatum diuitem esse,vitæ probæ atq; prudentis. sin inopes bonisq; proprijs vacui, ad publica aduentarint bona,hinc rapere cupientes: ciuitas felix esse non poterit.nam vbi de principatu contenditur:tum eos qui ita pugnant,tum reliquam ciuitatem perdit. quare magistratus dãdi sunt hominibus,minime cupidis:alioqui simultas,inter æmulos orietur.

PRIMI LIBRI HECATONOMIARVM FINIS.

HECATONOMIARVM, CENTVM PLATONICAS LEGES CONTINENS LIBER SECVNDVS.

1 LEGISLATOR NON AD PARTICVLAM
virtutis:sed vniuersam respiciat.ordinetq; huma
na bona,ad diuina:diuina autem ad mentem ac
2 prouidentiã. ¶Ne quis iuuenum quærere au-
deat rectène an contrà se leges habeant: sed vno
omniũ ore vnaq; voce,recte tanq̃ à dijs positæ cõ
cedãtur.senem vero si quid excogitauerit:princi
pibus aut suis peræqualibus (nemine iuuenum
3 audiente)liceat referre. ¶A maximis voluptati-
bus, iucundissimisq; ludis cauere Lycurgi leges præcipiunt: ita & de vi-
ctu, dolore & labore & cæteris.cõpotationes & cõuiuia publica in agris
4 & vrbibus,& bacchanalium occasiones tollunt. ¶Constituat legislator:
vt animus puerorum legem ita sequatur, vt iis(quibus lex & senior)doleat atq; gaudeat,non autem cõtrarijs.cogatq; eos qui poëmata scribunt: honestis in verbis,temperatorum,& fortium,& omnino bonorũ hominũ gesta describere.& tam figuras eorum in rhythmis,q̃ accentus in harmonijs effingere per odas,quæ reuera exodæ id est incantationes circa animos sunt. faciẽtes,vt ij qui homines corpore ægrotantes curant:alimenta

conuenientia iucundis condimentis illinientes, & noxia amaris inficien-
tes, vt asciscere altera, & altera reijcere consuescãt. non enim teneriores ani
Athenieses Lacedæmonij. mi: seria studia adhuc admittunt, quæ apud Athenienses & Lacedæmo-
18 nios obseruãtur. ❡Pueri vsq; ad duodeuigesimũ annum: vini vsum prorsus 5
30 sus ignorent. deinde vino moderate vtantur: vsq; ad annũ tricesimũ. cum
40 ad quadragesimũ peruenerint: tunc in conuiuijs discumbentes liberius
eo vtãtur. nam non oportet ignem igni addere: & in iunioribus furiosum
iuuentutis habitum efficere. & cum viri effecti subire labores incipiunt:
ab ebrietate & vini repletione omnino debent abstinere. senibus autem li
berior vsus: remediũ aduersus senectę duritiã elargitur, vt reiuuenescere
videantur, & mœstitiæ eos capiat obliuio, & affectio mentis, veluti ferrũ
in igne ex duritie in mollitiem deducta, flexibilior fiat. ❡Harum legũ 6
authores atq; custodes: à perturbatione & ebrietate remotos esse oportet,
vinolentorum duces. sine quibus quidem custodibus: contra ebrietatem
pugnare durius est, q̃ sine sobrijs ducibus cum hostibus dimicare. Qui
60 autem his ducibus sympos iorum annos supra sexaginta natis parẽre noluerit:
æquale aut maius dedecus ferat, q̃ qui ducibus belli nõ paruerit.
Nam hæ cõpotationes (vt noster habet sermo) ad id induci debent: vt animus
quidem pudorem, corpus vero sanitatem & vires adipiscatur. non
vt rumor quidam defluxit: Bacchum à nouerca Iunone, ex animi senten
tia olim deturbatum fuisse. vinum autem ad vltionem hominibus datum:
vt insaniant. quin in contrarium, si recte eo vtamur: remedium sit &
medicina. ❡Carthaginensium lex fuit: vt nunq̃ in castris quisquam gu- 7
stare vinum audeat, sed toto illo tempore aqua bibatur. verum & nunq̃ in
ciuitate: seruo vel seruæ vini vsus tribuendus, nec magistratibus toto tem
pore quo magistratu funguntur. gubernatores etiam ac iudices, munus
suũ subituri: à vino penitus prohibendi. & qui de rebus non omnino ne-
gligendis: sunt deliberaturi. nec nocte viro vel mulieri: cum liberis gignẽ-
dis operam sunt daturi, nisi exercitationis cuiusdam ad temperantiã gra-
tia, aut exercitationis corporeæ, morborũmq; deuitandorum causa. hac
enim ratione fiet: vt haud multis ciuitati vineis opus sit, & vt vini vsus
ferme omnium moderatissimus sit, ac parcissimus. ❡Ciuium mediocris 8
sit census. nam in quocunq; hominum cœtu, nec inopia neque diuitiæ:
illi, iustissimi mores aderunt. neque enim illic contumelia, neque iniuria
locum habent: æmulatio quoq; & inuidia procul abest. ❡Legislator co- 9
nari debet, prudentiã quoad fieri potest, ciuibus dare: ignorantiam q̃ ma-
xime auferre. hæc autẽ maxima inscitia: quod honestum sibi, aut bonum
videtur, quis non amet, sed oderit. quod autem malum & iniustum: id di
ligat atq; amplectatur. ❡Prima dignitatis recta ratio: vt pater ac mater 10
& simpliciter genitores, vbiq; natis imperent. Secunda: vt ignobilibus ge
nerosi. Tertia: vt iunioribus seniores. Quarta: domini seruis. Quinta: vt
potentiores dominentur, imbecilliores seruiant. Sexta: vt ignorantes se-
quantur, prudentes vero ducant aut dominẽtur. quod quidem dominiũ

non præter naturam,sed secundũ naturã legis,& sponte susceptũ fieri est
affirmandũ. Septima vt quem sors delegerit,imperet:quem repulerit,pa-
11 reat. ¶Magni meriq; principatus:minime constituantur.nã ciuitatẽ:libe
12 ram,& prudentẽ,& sibi ipsi amicam esse oportet. ¶Ciuitas quæ pro hu-
manis viribus salua, felixq; futura sit: recte honores & opprobria distri-
buat.recta autẽ distributio est: vt prima,& maxime honorãda censeãtur
animi bona, si adiuncta illis temperantia sit. Secundo dignitatis gradu:
13 corporis bona. Tertio:externa possessio, & diuitiæ. ¶Non condatur ci-
uitas:mari proxima.nã cum mercibus & pecunijs cauponãdo ciuitas re-
14 pleatur: dolosi animi instabiles & infidos mores parit. ¶Parẽtibus post
deum:maxime debita,& omniũ antiquissima persoluantur. nam putare
quisq; debet:omnia quæ possidet,eorum esse qui genuerunt & educaue-
runt,& pro viribus ministrare.primũ externa bona,deinde corporis,po-
stremo quę ad animũ,pro curis priscis illis, in senecta curas recentes red-
15 dens,quãdo maxime indigẽt. ¶In verbis quinetiã per totam vitã parẽtes
venerari maxime decet.leuiũ enim volatiliúmq; verborũ: grauissima im-
minet pœna.iratis autẽ parentibus,animúmq; explentibus:cedendũ,seu
verbis siue rebus id faciãt. mortuos decentissimis monumẽtis: quæ neq;
16 consuetudinẽ excedant,neq; infra existãt,honorare. ¶Nemo liberorum
gratia:pecunijs cumulandis incumbat,vt ditissimos eos relinquat.neque
enim ipsis: neq; ciuitati id cõducit. sed sensus tum adulatione vacuus,tũ
17 rerũ necessariarũ non indigens:omniũ decẽtissimus ac optimus est. ¶Se-
niores sint corã iunioribus verecundi:ac summopere caueãt,ne quis iu-
uenũ eos aut videat aut audiat agẽtes turpe aliquid,vel loquẽtes.prẹstãs
enim est iuniorum & seniorũ disciplina: non verborum increpatio,sed vt
quæ increpando,aut monendo quis diceret,eadem ipse in omni vita face
18 re videatur. ¶Ad peregrinos:sanctissima esse fœdera quisq; cogitet.fer-
me enim omnia peregrinorum,& cõtra peregrinos peccata,præ illis quæ
inter ciues cõmittuntur:vltori deo curæ sunt.nã cum peregrinus,amicis,
cognatisq; careat: maiorem & apud deos, & apud homines meretur mi-
19 sericordiam. ¶Eos qui maxima peccata perpetrarunt,si insanabiles sint,
20 tanq̃ qui maxime ciuitati noceant, lex omnino tollat. ¶Qui vero ob in-
opiam,victus duces quęrunt,hisq; sponte se offerunt secuturi ex egestate
aduersus eos qui nõ egent;hos tanq̃ morbum ciuitatẽ labefactantẽ,hone-
21 sto coloniæ nomine, benigne expellat. ¶Ciues mediocritatẽ colant:exi-
stimantes paupertatem non in diminutione pecuniarũ, sed in acquiren-
di insatiabili cupiditate cõsistere.hoc enim ciuitati:maximũ est salutis ini
22 tium. ¶Quinquies mille & quadraginta sint,cõuenientis cuiusdã nume 5040
ri gratia, agrorũ participes distributionisq; defensores.nã tot esse debẽt:
vt iniuriantes vicinos possint depellere,& iniutiã patientibus auxiliari.
ager autem:vt tot moderatis hominibus sufficiat,neque maiore opus sit.
23 ¶Primum:agros, domósq; sortiãtur.nec agros cõmuniter colãt: sed hac
mente ita distribuant,vt putent singuli sortem suã toti ciuitati esse cõmu-

tiem.regionem enim(cum patria sit)magis eam colere debent, filij matrem. ¶ Danda opera vt quot nunc foci numero distributi sunt: totidem 24
semper futuri sint,neqꝫ plures vnquam neqꝫ pauciores. quod firmiter in
omni ciuitate fiet:si quisqꝫ sortem nactus,semper vnum de filijs suis tantum,quem malit,domus ipsius hæredem relinquat ac successorem,curauerintqꝫ vt censum mediocrem quem à principio sortiuntur:emendo inuicem,& vendendo,non negligant. ¶ Ex reliquis autem filijs si plures vno 25
sint nati: fœminas secundum legem quæ sancietur collocet,mares autem
ciuibus illis, quibus filij non sunt adoptione cōmittat, maxime quidem
per gratiam. ¶ Si vero gratiæ quosdam deficiant, aut si plures vel mares 26
vel fœminæ singulis nascantur, aut contrà si pauciores:de omnibus istis
maximus,præstantissimúsqꝫ magistratus consideret, viámqꝫ inueniat,si
5040 ue abundet filiorum fœtura, siue deficiat, vt quinquies mille & quadraginta habitationes solummodo semper maneant.& multę ad id sunt viç.
nam & prohiberi gignere:(cum nimis affluit)potest.& contrà:cum opus
est vt augeatur,curari.& vel honore vel dedecore,monitionibúsqꝫ senū ad
5040 iuuenes. denique hinc omnis defectus oritur & inopia: cum quinqꝫ milium & quadraginta domorum numerus non seruatur. ¶ Si vero ob ni 27
mium in procreandis liberis studium sic aucta sit ciuitas, vt numeri modum excedat,atqꝫ ita inopia prematur:colonia mittatur,cara à caris,quo
cōmodius agi posse videbitur. ¶ Sin cōtrà: morborum lues,bellorum ve 28
calamitas,vt illuuione quadā ita deuastauerit ciuitatē,vt multo pauciores statuto numero superstites sint ciues : adulterina educati disciplina,
minime suscipiendi erunt. ¶ Quæstus in hac ciuitate non multus .neque 29
enim oportet in ea: neque licet illiberali quæstui,quenq̄ incumbere.neqꝫ
mechanicum illud & infame quærere lucrum:quod mores generosos inquinat. ¶ Ne quis priuatus:vel aurum habeat vel argentum. quotidia 30
næ tamen commutationis gratia : nummos permittitur habere tales, vt
apud eos quidem habeantur in pretio, à cæteris vero gentibus contemnantur. ¶ Ciuitas semper cōmunem Græciæ monetam possideat:cum & 31
sæpe bella grandia sint,& peregre proficiscendum nuncij mittantur. ¶ Si 32
qua necessitas, priuatum peregre proficisci coëgerit:magistratuum venia
proficiscatur. reuersus autē si peregrinis nūmis abundet, cū ciuitatis nūmis eos cōmutet,ciuitatíqꝫ restituat. ¶ Si quis occultare eos, & in priua 33
tum vsum conuertere deprehensus fuerit: publicū fiat quod occultabat:
conscij vero,qui non accusabāt:maledictis,atqꝫ opprobrijs,cū illo subiaceāt.& nō minore mulcta puniatur: q̄ delat⁹ peregrinus. ¶ Nemini dare 34
dotes aut accipere liceat:neqꝫ pecuniā deponere apud eum,cui fidē nō habeat,neqꝫ fœnerare. ¶ Liceat si quis ad fœnus acceperit:nec vsurā,nec sor 35
tē reddere. ¶ Quicūqꝫ legi,ac deo nō obtēperat,puniatur. ¶ Scribēt in sa 36
cris,ad posteritatis instructionē:legalia monumēta.preterea vt ista seruē 37
tur:eorum custodiā magistratui illi cōmittent,qui acutissime videtur inspicere. ¶ Quatuor,magnitudine differētes,census fiāt:primus,secūdus, 38

39 tertius, quartus. ¶ Sit paupertatis terminus: cẽsus sortis, quam stabilem
esse oportet, & qua magistratus minorem esse nõ patiatur, neq; quisquã,
cui virtus curæ sit. & duplum ad hanc, & triplum, & quadruplum habe-
40 re permittet. ¶ Plura vero si quis habeat, siue reperta, siue donata, siue
parta, siue quauis alia fortuna comparata: si id omne quod superest, ciui-
tati, & dijs ciuitatis tutoribus dederit, indemnis & laudabilis esto. sin au
tem legi non obtemperauerit: quisquis hoc detulerit, dimidiũ consequa-
tur, dimidium templis consecretur, ille autem æquali suorum bonorum
41 parte mulctetur. ¶ Quicunq; possident vltra sortem: apud magistratum
horum custodem à lege constitutum, aperte scribantur. vt omnia de pecu
42 nijs iudicia: facilia sint, & valde clara. ¶ Vrbs primum in medium regio-
nis quoad fieri potest cõdatur: in loco qui cætera quoq; ciuitatis habeat
43 commoda. ¶ In partes duodecim partitio fiat: quæ quidem ita æquales
44 fiant, vt agri fœcundi minores sint, infœcundi maiores. ¶ Sortes quin- 5040
quies mille & quadraginta scindantur: quarum bipartito quælibet diui-
datur. consortiri quoq; oportet portiones duas: quarum vtraq; remotio-
ris & propinquioris sit particeps. ita vt pars vrbi proxima, cum remotissi
ma parte pars vna fiat: secunda ab vrbe cum secunda à remotissima. & ita
45 cæteræ deinceps. ¶ Danda erit etiam opera: vt in geminis his partitioni-
bus, simili modo de fœcũditate & infœcunditate (ceu dictum est) perua-
gatur. vt videlicet in eis, multitudine & paucitate distributionis æquatio
46 fiat. ¶ Quinetiam viri, in duodecim partes diuidẽdi sunt: omni prorsus
47 æqualitate seruata, atque omnia describenda. ¶ Duodecim vrbis mem-
bra, vt in reliqua regione factum est: sigillatim in habitationes duas diui-
denda, vt quisque duas habeat. vnam quidem circa medium: alteram ve-
48 ro circa extremum. ¶ Tribus, gentes, vicósq; habeant, & ad rempublicã
ordines, atq; ductus, nummos præterea, & mensuras siccorum & humi-
dorum & pondera similiter, & hæc omnia cõmensurata & consona inter
se, à legislatore ordinata, omniáq; vasa & supellectilia ciuium mensuram
49 habeant suam, nullumq; sine certa mensura possideatur. ¶ Legislator ci-
uibus omnibus præcipiat: ne à numerorum ordine, quoad possunt disce- Arithmetica.
dant. nam nulla alia pueritię disciplina, ad reifamiliaris gubernationem,
ad rempublicam, ad artes deniq; vniuersas, tantam habet vim, quantam
huiusmodi numerorũ cognitio. somnolentos etiam & natura rudes: exci
tat, & dociles, memores, solertésq; facit, præter naturam suam diuina ar-
50 te proficientes. ¶ Qui magistratus sunt accepturi: primo satis ab adole-
51 scentia probati sint, & ipsi, atq; sui, ad ipsam vsq; electionem. ¶ Qui suf-
fragia ferunt: legitimis moribus sint educati. vt facile queãt admittẽdos,
52 repellendósq; cognoscere: & erga vtrosq; se pro dignitate gerere. ¶ Qui-
cunq; arma, siue equites siue pedites ferre possunt, bellisq; in ætatis suæ
ordine interfuerũt: suffragiũ ineant. comitiaq; in templo habeãtur: quod
53 præstantissimum ciuitas ducat. ¶ Vnusquisq; in ara dei, nomen suum &
patris, & tribus, & gentis, in tabula scriptũ deponat: liceatq; cuiq; si velit,

quancūq; tabulam non recte scriptam suspicabitur, in loco publico ponere, vbi non minus quàm triginta dies permaneat, trecentásq; tabulas sic approbatas, vniuersæ ciuitati magistratus ostendant. quæ quos velit de
100 istis: iterū & accipiat, & reijciat, centúmq; ita secundo delecti: rursus omnibus ostendantur. tertio vero nominet de centū viris quilibet: quęcunq;
37 voluerit. Septem autem, trigintáque viri: eos qui pluribus delecti suffragijs sunt, magistratus declarent. ¶ Qui autem in septem & triginta virorum numero computati fuerint: & nunc, & postea semper istas res curēt. 54
primo quidem legum custodiā habeant, ac etiam tabularum, vbi quisq; magnitudinem sui census conscripserit. ¶ Sit maximus census: minarum 55
quatuor. secundus: trium. tertius: duarum. & quartus: vnius. ¶ Si quis 56
plus quàm in tabula scriptum dederit, habere deprehendatur: quod superest publicum fiat. ¶ Præterea reus sit volentis eum tanquā infamem 57
accusare: quando propter lucrum spernere leges inueniatur. atque eum quicunq; voluerit, turpis lucri nomine apud legum custodes accuset: & qui damnatus fuerit, publicarum possessionū sit expers. & si qua bonorum in ciuitate distributio fiat: nihil præter sortem primam assequi possit, damnatúmq; ipsum esse q̄ diu viuit ibi scribatur, vbi quicunq; volue-
20 rit, possit legere. ¶ Custos legum, nō plures q̄ annos viginti hunc habeat 58
50 magistratum: nec pauciores natus q̄ quinquaginta, eum gerat. ¶ Si sexa- 59
60 gesimum ætatis annum agens, magistratū hunc nactus est: solum præsit decēnium. hac vbiq; ratione, vt qui septuagesimū annum excesserit: eum (qui tantus sit) magistratum non teneat. ¶ Post hæc duces exercitus eli- 60
gendi sunt: eorumq; ministri in bello magistri equitum, tribuni militum, peditumq; ordinatores, quos pręfectos ordinū nuncupabimus. ¶ Si cu- 61
stodes legum exercitus duces quospiam, futuros ciuitatis ciues proponant: suffragiū ineant omnes, qui bellis in ætate cōuenienti interfuerunt, quiq; intersunt. q; si quis aliquem à nullo propositū, propositorū aliquo præstantiorē iudicauerit: liceat ei loco eius, illū nominare, si modo prius quod ita iudicet iureiurando cōfirmauerit, & nominatus maiore suffragiorū numero deligatur. ¶ Tres autem quibus fauetur plurimū: duces 62
exercitus, bellicarumq; curatores, quemadmodū custodes legum cōprobentur. qui prefectos ordinum duodecim: singulos singulis tribubus nominent. pronominatio autem & suffragium, designatióque & iudicium, ita in his fiat: queádmodū in exercitus ducibus. ¶ Comitia, prius q̄ cree- 63
tur consilium, & præfecti consilij deligātur: custodes legum in sanctissimo, sufficientissimóque loco in præsentia habeant. vbi seorsum pedites & equites sedeant, tertióq; deinceps quicūq; in armis versantur. ¶ In eligen- 64
dis ductoribus, & magistris equitum: omnes suffragiū ineant. in præfectis ordinū: solúmodo qui scuta ferunt. in tribunis militum: equites omnes. at leuis armaturę, ac sagittariorū, cęterorumq; huiusmodi: ipsi duces exercitus, prefectos constituāt. ¶ Magistratus equitum ij nominent: qui 65
ductores exercitus nominarunt, suffragiúmque feratur simili modo. si-

milisq; comparatio pro nominando fiat. ferant vero suffragium(præsen-
66 tibus peditibus)equites. ¶Duo qui maiore suffragiorum numero dele-
cti fuerint:omnibus præsint equitibus,pronominationem autem bis fie-
ri liceat. Tertio etiam(si quis dubitet) illi suffragio iudicent: qui comi-
67 tiorum modum in singulis statuere. ¶Consilium triginta constet duo- 360
denarijs .nam distributio huic per sexaginta, trecentosque viros conue-
nit: & in quatuor partes per nonaginta distribuatur:ita vt à censibus sin-
68 gulis, consiliarij nonaginta ferantur. ¶Primum necessario ferant om-
nes:qui maximo censu sunt.qui vero ferre supersederit:pro arbitrio con-
69 demnetur.postquam vero delati sunt:conscribantur. ¶Secunda die:à se-
70 cundo censu,eodem pacto ferãtur. ¶Tertia die: à tertio censu ferat qui-
71 cunque velit. sitq; hæc necessitas: indita,trium censuum viris. ¶Quarta
die: ex quarto minimôque censu omnes ferant. si quis tamen eorum fer-
72 re noluerit: à pœna sit liber. ¶Si quis ex tertio vel quarto censu non tu-
lerit: minime damnetur. at si quispiam primi secundi've census ferre ne-
glexerit: condemnetur. ita vt qui primi census est: in quadruplo damni
73 condemnetur, secundi vero in triplo. ¶Quinta die magistratus ad om-
nes ciues descripta efferat nomina: de quibus omnes ferant.qui noluerit:
74 primo damno condemnetur. ¶Eorum dimidium qui ex omnibus cen-
sibus electi fuerint(hoc est centum octoginta) sorte ad annui senatus or- 180
dinem comprobetur.sic enim magistratuum facta: inter vnius & populi
potestatem, erit media , quarum medium tenere semper oportet rempu-
blicam. & necesse est etiam: sortis æqualitate vti,ad multorum indigna-
tionem penitus vitãdam.quare deum precibus inuocare oportet:vt sors,
ad id quod est optimũ dirigatur.sed in rebus admodũ paucis:ea æquali-
75 tate,cui præest fortuna,opus est. ¶Ex die in noctem,& ex nocte in diẽ:
succedere sibiinuicem magistratus,& custodes oportet.vt tradentium su-
scipientiũmq; custodiam: successio nunq̃ desinat.nam quemadmodũ na-
uis in medio pelago, die noctuq; custodibus indiget:ita quoq; ciuitas in
medio aliarum ciuitatũ fluctu posita,varijs subiecta seditionibus,ac sem-
76 per captiuitatis periculo proxima, perpetua eget custodia. ¶Plurima
cõsilij pars:plurimum tempus permittatur in priuatarum,suarumq; re-
rum administratione.duodecima vero pars eius:in menses duodecim,di-
stributione facta, alia post aliã sigillatim, cum alijs magistratibus custo-
diat. id enim oportet:vt ea consilij particula,vnicuiq; parata sit venienti,
siue à ciuitate, siue aliunde,seu nũciare quicq̃,seu interrogare quispiam
velit,de ijs rebus de quibus oporteat ciuitatẽ,cæteris ciuitatibus respon-
dere,vel ab eis interrogationũ responsiones accipere.oportet item,& ma-
ximarũ molitionũ gratia,quæ sæpe fieri solent,maxime quidem ne fiant
prospicere:at si acciderint,vt quàmcelerrime sentiat ciuitas & remedium
afferat.quod per cœtum ciuitati præsidentium:semper fieri oportet.hæc
quidem curet duodecima consilij pars: quietem in menses vndecim ha-
77 bitura. ¶Sit tota ciuitas , & tota regio in partes duodecim diuisa : sitq;

viarum in ciuitate, habitationum, ædificationum, portuum, fori, fontiũ, ſacrorum locorum, templorum, cæterorumq; huiuſmodi omnium, cura illis demandata, qui curatores nominantur. ¶Templis æditui, & ſacris 78
ſacerdotes: tam viri quàm mulieres præficiantur. ¶Ad viarum ædifica- 79
tionumq; exornandarum curam, ne aut homines iniurientur, aut feræ noceant, ſed vt tam intra ipſum vrbis ambitum, quàm in ſuburbijs cõſentanea quæq; gerantur: ædiles conſtituantur. ¶Ad fori vero, venditionisq; 80
curam: rerum venalium curatores. ¶Sacerdotia, quæ à parentibus per 81
ſucceſſionem, ſeu viris ſiue mulieribus tradita ſunt: nequaquam ſunt mouenda. ¶Si vero ijs qui in nouæ ciuitatis habitationem conueniunt, ſa- 82
cerdotia deſunt: ſacerdotes tam viri quàm mulieres & æditui, conſtituendi ſunt. ¶Et hæc omnia partim electione, partim ſorte fiant: atq; in om- 83
ni regione ac ciuitate, plebs cum illis qui extra plebem ſunt, per amicitiam coniungatur, vt maxima ſit in omnibus his conſenſio. ¶Quæ ad ſa- 84
cerdotum creationem attinent: deo committenda ſunt. vt quemadmodũ illi placet: ita diuina ſorte cui tributum id ſit, ſortes ferat. ¶In eorum au- 85
tem qui ſortis ſuffragium aſſecuti ſunt examinatione: ille comprobãdus eſt, qui integer ſit ac legitimus, deinde à domo q̃maxime munda, expers quoque cædis, omniumq; huiuſmodi quæ aduerſus diuinam rem committuntur, cuius & pater materq; ſimiliter vixerint. ¶Sacerdotium non 86
Anni diuturnius ſit quàm annuũ: nec pauciores annos quàm ſexaginta natus
60 ſit, qui ſecundum ſacras leges res diuinas ſufficienter eſt tractaturus.
¶Quæſtores & aſſeruatores ſacræ pecuniæ: in templis ſingulis non ali- 87
ter quàm duces exercitus eligãtur, & comprobentur. qui lucorum, agrorumq;, templis dedicatorum, & fructuum, conductionumq;, & locationum domini ſint. tres de maximis cenſibus: pro templis maximis. duo: pro medijs. pro minimis vnus. ¶Danda opera eſt: vt quod fieri poteſt, 88
nihil ſine cuſtodia ſit. ſed ciuitatẽ curent: exercitus duces ordinumq; præfecti, magiſtri equitum, tribuni, conſilij principes, ædiles atque cenſores, poſtq̃ electi ſuo ordine fuerint. ¶Vnaquæq; duodecim tribuum: quinq; 89
in annum, quaſi agrorum curatores, tribuumq; principes deligat. quorum quiſque, ſua ex tribu duodecim iuuenes habeat, non minoris ætatis
25 quàm quinq; & viginti annorum, neque maioris quàm triginta. His ſin-
30 gulis ſingulæ regionis partes: per ſortem menſtruo tempore tribuantur, vt totius regionis omnes peritiam habeant. biennio autem imperandi & cuſtodiendi, curã habeant principes & cuſtodes. ¶Qui partes cuſtodien 90
das ſortiti ſunt: per menſes ſingulos loca permutent, ad proximũ quenq; locum. & ad dexteram primum, eámq; plagam quæ ſolem orientem ſpectat principes ducant: deinde altero anno ad ſiniſtram commutentur, vt quid in quolibet tempore, & in quacunq; regionis parte, contingat, agnoſcant. ¶Primum curent, dentq; operam: vt q̃maxime aduerſus hoſtium 91
impetum regio munita ſit. foueis vbicunque opus ſit effoſſis, turribúſq; & clauſtris, pro viribus circunductis: nocere volentes arceant. ¶Ad hæc 92

vero facienda: subiugalibus, seruisq; indigenis vtantur, cum minime in
suis operibus occupantur. & nonnullos ipsis præficientes: loca omnia ita
disponant, vt inimicis difficile peruia sint, amicis vero hominibus, pecu-
93 dibusq;, ac iugalibus, facile peruia. ¶Procurent diligenter: vt pluuiales
aquæ, non solum non noceant, verum etiam cōferant, ab altis montibus
cauas in valles defluentes, vbi foueis, parietibusq; stagnare eas cogant: vt
illic alueis pluuiales aquę combibitę, inferioribus locis, agrisq; omnibus
scatebras, fontesq; aquarum efficiant, locáq; siccissima, hoc pacto humore
94 multo salubriq; irrigent. ¶Fontes & fluuios: arboribus, ædificationi-
busq; exornēt. lucos quinetiam: iugi irrigatione, & dedicatos dijs agros,
aquis immissis pinguescere curent. & metallis humorem, scatebrásq; ad-
hibeant, atque ita & abundantia omnia, & templa deorum reddant orna-
95 tiora. ¶Passim his in locis iuuenes tam sibi quàm senibus gymnasia prę-
parent accommoda (calidis balneis constitutis & copiose siccis appositis
lignis) vt remedium ægrotantibus, & lenimen labore defessis, beniuole
afferatur. quæ sane curatio longe melior est: quàm medici parum periti
96 medela. ¶Sexaginta viri, singuli asscriptum sibi locum custodiant: non
97 hostium causa solum, sed eorum etiam qui se amicos dicunt. ¶Si quis
inter vicinos, ac ciues seu seruus siue liber alicui iniuriam inferat: iudi-
cent, in paruis quidem quinque principes, in maioribus autem decem & 5 17
septem viri, vnà cum duodecim vsque ad minas tres, de quocunque alter
98 de altero conqueritur. ¶Nemo aut iudex aut magistratus qui gesti offi-
cij sui rationem non referat: præter eos qui regum instar, finem rebus im-
99 ponunt. ¶Si agrorum curatores, aliquid aduersus eos quorum curā ha
bent contumeliose gerant, inæqualiter onera inferentes, aut vi aliquid ab
agricolis accipientes, aut adulatorum largitionibus, quibus iudiciū cor-
rumpatur: illi muneribus, adulationibusq; capti, opprobrio per vniuer-
sam vrbem afficiantur. & in alijs iniurijs vsque ad minam: sponte sua vi-
100 cinis, colonisq; dent mulctam. ¶Quòd si nolunt in maioribus vel mino-
ribus iniurijs, quod debent persoluere, quia sperent cum de loco ad lo-
cum per singulos menses transeant, iudicium ac pœnam effugere: in com
muni iudicio accusentur, & qui damnabitur, duplum reddat ei, quem
iniuria oppressit.

SECVNDI HECATONOMIARVM FINIS.

HECATONOMIARVM, CENTVM ALIAS PLATONICAS LEGES CONTINENS LIBER TERTIVS.

BIENNIVM TAM PRINCIPES QVAM cæ- 1
teri curatores agrorum, viuant hoc pacto: pri-
mum quidem omnibus cõmunia ſingulis in lo
cis habeantur conuiuia. ¶ Quicunq; ſibi cõmiſ- 2
ſæ cuſtodiæ, defuerit, etiam ſi vno die vel vna no
cte excubarit, cum nec princeps ita ordinaue-
rit, neque neceſſitas vlla coegerit: ſi quinque viri
eum damnent, ſcribantq; in foro deſeruiſſe cu-
ſtodiã, magnis afficiatur opprobrijs. vtpote qui
quantum in ſe eſt; rempublicam prodidit. & à quocunq; obuiam facto,
volentiq; cædere: impune cædatur. ¶ Omnes ſexaginta viri obſeruent: ne 3
de principibus aliquis, quicquam tale cõmittat. & qui ſenſit audiuitq;: ſi
nõ accuſauerit, ſimiliter, eademq; lege reus ſit, qua qui peccauit. & acrio-
ri iuuenum cenſura punitus: in omnibus iuuenum magiſtratibus contē-
natur. ¶ Cuſtodes legum, hæc omnia diligenter præuideant: primo qui- 4
dem ne fiant, deinde vt facta (prout ius poſtulat) puniantur. ¶ Totũ hoc 5
biennium cuſtodes agrorum: humillimum, tenuiſſimumq; victum agãt.
¶ Duodecim viri cum quinq; congregati: inter ſe conſultent, quaſi alios 6
ſeruos non habituri, agricolis, colonisq; non in proprio miniſterio, ſed in
publico ſolũ vtentes, in cæteris ſibiipſis ſeruientes viuant. ¶ Aeſtate præ- 7
terea atque hyeme ſemper armati regionem omnem luſtrent: vt cuſtodiãt
diligentius, dum loca omnia nouerint. & huius rei gratia: iuuenes alen-
dis canibus & reliquæ venationi, potius q̃ voluptatis, alterius've vtilita-
tis, operam dare debent. ¶ Quiſque à maximo cenſu: quem velit, ædilem 8
nominet. ¶ De ſex qui ſuffragio cæteros ſuperabunt: tres ſorte deligan- 9
tur. qui intermiſſa ſuorum cura: otium habeant, vt viarum vrbis curam
gerant, vulgariumq; itinerum, quæ à regione in vrbem tendunt, ædifica-
tionumq;, & aquarum, quas cuſtodes deduci in vrbem curant. vt in fon-
tes, q̃ liquidiſſime, ſufficientiſſimeq; ducãtur, ciuitatemq; pariter iuuent,
& exornent. & huiuſmodi publicorum vt ſecundũ leges fiant omnia: com
probati magiſtratus, ſecundum perſcriptas ſibi leges peragant. ¶ Cenſo- 10
res, rerum venalium curatores: à primo, ſecundoq; cenſu quinq; deligan-
tur, eorumq; electio, eodem ferme modo quo ædilium, tranſigatur. nam
de decem quæ cæteros ſuffragio ſuperarint: quinq; ſorte deſignentur, &
cõprobati magiſtratus declarentur, nominet autem quẽlibet vnuſquiſq;.
¶ Qui nolle accuſabitur: drachmis quinquaginta damnetur, atq; etiam 11
iniquus exiſtimetur. ¶ Comitia, cõmunemq; cœtum, quicunq; velit in- 12
grediatur: atque ad id, primi ſecundiq; cenſus omnes cogantur. ¶ Ex ijs 13
autem: qui abſuerit, decem drachmas damnetur. ¶ Tertij, quartiq; cen- 14

ſus homines,non cogãtur.& proinde qui non interfuerit:indemnis eſto,
niſi forte principes vrgẽte quadam neceſſitate,adeſſe omnibus edixerint.
15 ℭCenſorum eſt officium fori ordinem legibus ſtatutũ, ordinare,& fon-
tium ac templorum quæ in eo loco ſunt curã habere: vt ne quis illic iniu-
rioſe quicq̃ agat.quod ſi quis fecerit:ſeruus quidem & peregrinus,verbe-
ribus & vinculis pœnas luat.ciuis vero:à cenſoribus drachmis centũ iure
16 cenſorio condamnetur. ℭMaiore vero mulcta ad huius duplam vſque:
17 cenſores (niſi ædiles quoq; aſſint) cõdemnare non poſſint. ℭEadem ædi-
libus in proprio magiſtratu mulctandi, puniendiq; conditio ſit. nã vſq;
ad minam condemnandi habeant poteſtatem:ad duplam vero mulctam,
18 cenſorũ ſimul authoritas requiratur. ℭMuſicæ & gymnaſticæ vtriuſq;
quidem facultatis, duplices magiſtratus conſtituantur: hi quidem diſci-
19 plinæ, illi vero exercitationis cauſa. ℭQui diſciplinæ præerunt:gymna-
ſiorum,doctrinarumq; ornatum, & diſcendi ordinem curent. operámq;
dent:vt tam mares q̃ fœminę,in adoleſcentia ad iſta proficiſcantur hone-
20 ſte, ac honeſte etiam commorentur. ℭExercitationis curam habeant in
gymnaſtica & muſica ipſi Athlotetæ:qui munera imponunt, atq; decla-
rant ipſis athletis,id eſt certatoribus.ſintq; alij circa muſicam:& alij circa
21 gymnaſticã. ℭIn gymnaſtica exerceant iidem pariter in hominũ, equo-
22 rumq; certaminibus. ℭIn muſica:alij in monodia id eſt cantu & oratio-
ne funebri,& imitatione ipſa,ſicut rapſodorum,eorum ſcilicet qui decan
tatorium componunt carmen,citharíſtarũ,tibicinũ,cęterorumq; talium,
23 alij vero in chori cantu. ℭPrimum in chori ludo vbi viri,pueri,& puellę
tripudio,cæteriſq; muſicę modis exercentur:vnus ſufficiat princeps,non
24 pauciores q̃ quadraginta annos natus. ℭIn monodia vnum etiã ſuffice- 40
re arbitramur: qui triginta annos expleuerit,qui & introducat homines 30
25 in certamen,de eiſq; ſufficiẽter agnoſcat & iudicet. ℭCum princeps cho-
ri eligendus fuerit:ij,qui illi rei vacant,in conſilium proficiſcantur,mul-
cta impoſita niſi acceſſerint.cæteros autem ſi nolint:nemo cogat.& huius
rei iudices ſint legum cuſtodes:nominéntq; qui periti ſunt.& in compro-
batione:vna hęc approbatio,reprobatióq; habeatur,quòd peritus vel im-
26 peritus ſit,qui deſignatur. ℭQui ex deſignatis decem,cæteros ſuffragio
ſuperauerit, & deinde comprobatus fuerit: vnus annuo tempore, choro
27 ſecundum legem præſit. ℭSimili quoq; modo in monodia,& tibicinio,
deſignatio fiat, electióq; & comprobatio: & qui aſſecutus fuerit, eodem
28 modo à iudicibus comprobatus,anno præſit. ℭCum authores,declara-
toréſq; munerum in exercitatione gymnaſtica, tam equorum q̃ hominũ
conſtituendi erunt: à ſecundo,tertióq; cenſu conſtituantur.& comitia in-
gredi trium cenſuum homines compellantur:minimus autem cenſus,li-
ber ſit. & de viginti qui præ cæteris ſuffragio deſignati fuerint: tres ante
alios ſorte electi, principes declarentur,quos comprobantium ſuffragiũ
29 confirmarit. ℭIn cuiuſcunq; magiſtratus ſorte atq; officio: ſi quis repro-
batus, ac repulſus fuerit, alius loco eius eodem ordine deſignetur,& cõ-

probetur. ¶Vnus qui totius disciplinæ in iis, quæ narrata sunt tam ma 30
rium q̃ fœminarum curam habens, princeps eligatur, non pauciores q̃
quinquaginta natus annos: qui legitimos habeat filios, vtriusq; sexus ma
xime. sin minus, alterius sexus omnino: eritq; iis magistratus summorũ
magistratuum præstantissimus. nam in omnibus viuentibus prima ipsa
germina: si apte cœperint, pręsidium habent summũ, ad naturæ suæ debi
tum finem assequendum, cum in plantis & brutis, tum in hominibus. ho
mo enim si cum præstanti quã habet natura, rectam pariter assecutus fue
rit disciplinam: in mansuetissimum, diuinissimũmq; animal solet euade-
re. sin vero non satis bene fuerit educatus: ferocissimũ omniũ quæ in ter-
ris nascuntur, animal redditur. quare magna omniũ ciuium diligentia:
vir optimus in eo magistratu præficiendus, qui q̃ maxime pro viribus re-
cte educandis iuuenibus & pueris, studium sit adhibiturus. ¶Cum is 31
vero magistratus deligendus erit, omnes magistratus præter senatum &
quęstores: in Apollinis templum profecti suffragium (dàm legum custo-
dibus) ineant: deligentes singuli quem optime puerorum disciplinæ exi-
stimant profuturum, & qui suffragio superabit à magistratibus qui dele
gerunt comprobatus (exceptis legum custodibus) quinquenniũ pręsit, &
in sexto anno, alius princeps similiter statuatur. ¶Si quis in magistratu 32
publico cõstitutus, pluribus q̃ triginta diebus antequam munus suum
peragat è vita decesserit: illi quibus cura incumbit, aliũ similiter eligant.
¶Si autem orphanorum tutor, mortem obierit: cognati atq; affines, ex 33
vtrisq; parentibus, vsq; cõsobrinos & patrueles, qui præsentes erunt: aliũ
infra decem dies constituant, alioqui drachma quotidie mulctentur sin-
guli, quousque orphanis tutorem præficiant. ¶Qui litigant: ad vicinos 34
primũ & amicos & maxime qui eius rei de qua queritur apprime gna-
ri sunt, se conuertãt. quòd si per eos non fuerit iudicatum sufficienter: ad
aliud proficiscantur iudicium. quòd si per duo hæc iudicia, reconciliati
nõ fuerint: tertium, finem imponat. ¶Tales sint iudices: vt ius quod ab 35
vtrisq; dicitur declarare sufficiãt. nam iudex mutus, qui nec instar arbitri
aliquid plusq̃ litigantes dixerint, in causis discutiendis percõtatur: nun-
quam ad ius declarandum sufficiens erit. nec si multi sint, facile vnq̃ bene
iudicabunt: nec si pauci & ignaui. ¶Augustissimũ iudicium sit: quod si- 36
bimet aliqui præfecerint, cõmuni consensu eligentes. ¶Reliqua iudicia 37
duo sint: alterum quãdo priuatus iniuriam à priuato pati conqueritur,
eumq; in iudicium trahit alterum: quãdo reipublicæ iniuriam à ciuium
aliquo fieri arbitratus aliquis, cõmunibus rebus auxiliari conatur. ¶Iu 38
dicium cõmune omnibus priuatis, vbi tertio iudicio lis est cõmittenda:
ita fiat. omnes magistratus tam annui q̃ maioris temporis: eo mense quo
post solstitium nouus incipit annus, in templum vnum conueniant, vbi
iureiurando interposito à singulis magistratibus, veluti quãdã deo pri-
mitias offerentes, vnum iudicẽ deligant. qui optimus esse: & optime atq;
sanctissime iudicia illo anno ciuibus redditurus videatur. ac postquam

iudices designati sunt: ab eisdem qui designarunt singuli cōprobentur. si
39 quis autē reprobatus fuerit: alius similiter eligatur. ¶Comprobati:ijs,
qui per præcedentia recōciliati non sunt,iudicia ferant,audientibus,spe-
ctantibusq; necessario cōsultoribus, reliquisq; magistratibus,qui eos de-
40 clararunt, de cæteris autem intersit quisq; pro arbitrio. ¶Si quis aliquē,
iniustam sponte sentētiam tulisse accuset: apud legum custodes id faciat,
& qui damnatus fuerit:dimidiam damni partem,iniuriam passo persol-
41 uat. ¶Si autem mulcta dignus maiore videatur:iudices ipsi qui cōdem-
nauerunt quidnam pati aut reddere debeat reipublicæ, aut ei qui passus
42 est iniuriā,cognoscant. ¶In publicis accusationibus: necesse est multitu-
dinem iudicij fieri participem. nam cum aduersus ciuitatē peccatur:om-
nibus infertur iniuria. quare grauiter pateretur:nisi ea etiam ad iudiciū
43 admitteretur. ¶Huius iudicij principium & finis ad populum deferā-
tur: examen autem & approbatio, ad tres maximos magistratus,de qui-
bus conueniant litigantes.& si conuenire nequeant:consilium ipsum ele-
44 ctionem vtriusq; cognoscat & iudicet. ¶Priuatorum iudiciorum omnes
pro viribus participes sint. nam qui à iudicandi potestate omnino exclu-
45 ditur:is à ciuitate se prorsus existimat alienum. ¶Priuatorū causæ,quæ
per vicinos & priuatos dirimi non potuerūt: per ipsas tribus id tentetur,
46 iudicesq; sorte,precibus incorrupti,statim iudicent. ¶Quæ neq; per pri-
uatos neque per contribules terminabuntur:iudicium illud cuncta diffi-
niat,quod intemeratū omnino(quoad humanis in rebus fieri potest) esse
47 debere diximus. ¶Studeat quisq; bonus esse,habens virtutē animi pro-
priam,aut studio,aut vsu,aut aliquo genere doctrinarū partam,per totā
vitam omni studio ad id tendens:cætera vero quæ huic rei impedimentō
48 sunt, negligens. ¶Leges quæ id respiciunt : laudentur & amplexentur.
quæ autem id nequeunt,sed aliò tendunt: vituperentur. bene enim positę
leges:animi bona,& quæ vere bona sunt respiciunt,vulgaria autem sper-
49 nunt atq; cōtemnunt. ¶Quisq; præterea pro patria (si necesse sit)mori pa
ratus sit potius q̄ velit aut euersam videre ciuitatē,iugóq; seruitutis sub-
actam à peioribus gubernari,aut fuga ipsam deserere. extrema enim om-
nia subeunda sunt,potius q̄ in eam gubernationē ciuitas cōmutetur:quę
50 peiores solet homines efficere. ¶In singulis tribubus, singulo quoque
duodecim mensium in sacrificijs conuentus duo fiant.primo diuinorum
colendorum gratia, deinde amicitiæ & cognitionis alternæ, & omnis de-
nique consuetudinis gratia,quæ ad matrimonia conficienda summopere
necessaria est.vt sublata ignorantia:nemo in ijs(quoad fieri potest) deci-
51 piatur.sed quisq; cui se collocat,& quā & à quibus ducit,agnoscat. ¶Hu
ius rei gratia, ludi chorisq; puellorum & puellarum simul fiant, nudatis Stul.
corporibus quatenus modestus pudor patitur,vt cū ratione in ætate con-
uenienti conspiciant alterutrum atq; conspiciātur.quæ omnia curent,or-
nentq; chori principes: & cum legum custodibus conditores,vt quæ etiā
52 dicta non sunt suppleant. ¶Ad hoc periculum faciendum: moderatum

tempus atque sufficiens, reputetur decenniũ, quo ad sacra, & choreas, & ad omnia deniq; singula. ¶ His legibus (quæ legislator scripserit) emen- 53
datis atq; approbatis vtendum erit: neq; quicq̃ vnquã sponte mouendũ.
¶ Si vero necessitas aliquãdo quippiam mouere vrgere videbitur: de hoc 54
vnà consultent magistratus omnes & populus vniuersus, oraculaq; petã-
tur. si horum omnium vnus erit cõsensus, moueant: aliter vero nunquã.
¶ Quandocũq; aliquis quinq; & viginti annos iam natus, adinuenisse se 55
credit cõuenientẽ animo suo & decentẽ societatem ad cõmunem genera-
tionem liberorũ: intra quinq; & triginta annos vxorẽ ducat. in qua re nec
decet pauperum fugere, neq; diuitum affinitatẽ præcipue sectari. verum
cæteris paribus: semper pauperiorem honorare. nam quod moderatum
est, & mediocre: immoderato & excedente mirũ in modũ ad virtutẽ præ-
stat. ¶ Quicunq; ferocioris, concitatiorisq; q̃ oportet ad agendũ animi si- 56
bi conscius est: is det operam vt q̃ quietissimorũ parentum filiam ducat.
& qui contrà est affectus: contrariã sibi asciscat affinitatem. ¶ Vna tamen 57
sit cõmunis nuptiarum ratio: vt quisq; non iucundissimũ, sibi sed ciuitati
vtile ineat matrimonium. nam & si singuli ad sibi simillimum natura fe-
rãtur: ciuitas tota & diuitijs & moribus inæqualis redditur. ex quibus,
plærisq; ciuitatibus, quæ nollemus plurima obueniunt. ¶ Diues igitur 58
Semist. diuitis, aut potens potentis societatem non admittat. & animo velociores
cum tardioribus, & tardiores cum velocioribus copulentur. nã ciuitas si-
milis esse debet pateræ: in qua merum quod primo infusum est bullit, sta-
tim autem aquæ sobrietate castigatũ atq; optime temperatum, bonus &
moderatus potus efficitur. adde q̃ id faciat ad temperatã & æqualem fi-
liorum procreationẽ: quam multo pluris facere oportet, q̃ opulentissimæ
affinitatis æqualitatẽ. atq; eum qui in connubio pecunijs inhiat: nõ lege
scripta arcere, sed opprobrijs & increpationibus absterrere. ¶ Si quis 59
sponte ad nubendum non pareat, & alienus ab hoc consortio viuat in ci-
35 uitate, & sine connubio quinque & triginta egerit annos: singulis annis
100 si de maximo censu est, drachmis centum, si de secundo septuaginta, de
70 tertio sexaginta, si de quarto triginta mulctetur. quæ pecunia: templi sa-
60 cro ærario cõsecretur. ¶ Si quis singulis annis non persoluerit: decuplũ 60
30 debeat. cuius pecuniæ exactor sit, sacri ærarij quæstor. qui nisi exegerit:
ipse debeat, atq; huius rationẽ referre, quisq; debeat. ¶ Qui vxorem du- 61
cere noluerit: vt dictũ est pecunijs mulctetur. sed nec vllos honores à mi-
noribus consequatur: nec iuuenum vllus, aliqua in re sponte ipsi obtem-
peret. vt qui filios non relinquendo successores: in diuino ministerio, no-
luerit naturam assequi sempiternã. ¶ Deinde si aliquẽ cædere ausus fue- 62
rit: quilibet aduersus ipsum insurgat, & ei auxilium ferat qui accepit in-
iuriã. q̃ si quis præsens id non fecerit: timidus, malusq; ciuis à legibus ha
beatur. ¶ De dote: æqualia pro æqualibus sint. sic mulieribus contume- 63
liosus fastus minor erit, & minor viris humilis, illiberalisq; seruitus.
¶ Qui vero nõ paruerit, sed aut dederit aut acceperit quod quinquagin- 64

ta drachmas excedat, veſtimenti gratia: alius minam, alius tres ſemimi-
nas, alius minas duas, quartus vero qui ſupremum cēſum habet, tantun-
65 dem ſacro perſoluat ærario. ¶ Huius pecuniæ exactores ſint quæſtores
66 ſacri ærarij. & ſi neglexerint: de ſuo perſoluant. ¶ Fideiuſſio: primum pa
tris firmiſſima ſit, deinde aui, tertia fratrum eodem ex patre natorum. ſi
vero iſtorum nullus ſuperſtes ſit: tunc ex parte matris ſimiliter fideiuſſio
67 valeat. ¶ Si autem inſolita cōtigerit deſolatio: propinquiores agnati atq;
68 gentiles, vnà cum tutoribus fideiubeant. ¶ Si qua ſacra imitatio aut di-
uina alia expiatio in nuptijs agenda videatur: diuinorum interpretes cō
69 ſulant, putentque ſi illis paruerint, moderate ſingula peregiſſe. ¶ Ad nu-
ptiale conuiuiū: non plures q̄ quinq; amici & amicæ quinq; ex latere pa-
70 terno vocentur. ex cognatis & propinquis: totidem. ¶ Impenſa ſecundū
diuitias fiat. ditiſſimus minam impendat: alius ſemiminā, deinceps pro-
portione ſeruata, qua decreſcit cenſus, decreſcat & impenſa. atq; is qui hu
iuſmodi lege paret, laudetur ab omnibus: qui vero nō obtemperat, dam-
nent cuſtodes legum, tanq̄ à decoro alienum, legiſq; ſponſalium ignarū.
71 ¶ Bibere ad ebrietatem vſque, neq; alibi vnquam decet, præterq̄ in ſolen- Stul.
72 nitatibus eius dei qui largitus eſt vinū. ¶ Maxime in connubio coniun-
cti: ſponſus & ſponſa tunc mentis compotes eſſe debent. quandoquidem
non paruā ineunt vitæ mutationem, tum etiam vt ex q̄maxime modera-
tis generatio fiat. nam ferme incertū eſt: quæ nox aut dies, cum dei ope,
ipſam peragat. Quare vt ſolidus, ſtabilis, & quietus conceptus fiat: non
oportet corporibus ebrietate diffuſis, dare operam liberis. nam ebrius:
tanq̄ mente captus, ad ferendum eſt ineptus. & veriſimile eſt: tum fœtus
inæquales, inſtabiles, & obliquos tam membris q̄ moribus procreare.
73 ¶ Sponſus alterā è duabus ſorte domibus, à parentibus ſeparatus, quaſi
ad pullorum generationē, educationēmq; accipiat, atq; ibi nuptias cele-
74 bret, vbi ſit cum liberis ſuis habitaturus. ¶ Parētibus vtriſq;, affinibúſq;
relictis: ſeorſum quaſi ad coloniam proficiſcātur, ac viciſſim ſeipſos reſpi
cientes habitent, liberos generando & educando, & vitam quam ab alijs
acceperunt, à ſe quaſi tedas ardētes alijs tradant. deos ſemper ſecundum
75 leges colentes. ¶ Serui qui facile ſeruituri ſunt: nec eiuſdem patriæ ſint,
& q̄maxime fieri poſſit, inter ſe diſſoni, educēturq; recte non ſolum ipſo-
76 rum gratia, ſed dominorū multo magis. ¶ Eſt autem ſeruorū recta edu-
catio: vt nulla ipſis contumelia inferatur, iniuriáque illis multo minus q̄
(ſi fieri poſſit) æqualibus inferenda. nam hoc pacto cognoſcitur: qui ſuo-
pte ingenio, & non ficte iuſtitiam colit, oditq; reuera iniquitatē. cum ca-
uet quis: ne ijs iniuriam faciat, quibus facile poteſt. & ita de tyranno, om-
77 niq; potentiore aduerſus imbecilliores: recte dici poteſt. ¶ Caſtigandi,
cædendiq; ſemper iure ſunt ſerui: neq; ita monēdi, vt liberi, ne molliores
fiant. verum allocutio omnis ad ſeruos: quodāmodo imperium. neq; io-
cus vllus cum ipſis, ſeu fœminis ſeu maſculis, habeatur. alioqui domi-
ni ipſi difficiliorē ſibi viam ad imperandum, & illis ad obediendum red-

dunt. ¶Quisq; & numero & facultate hoc pacto seruos ad vitæ ministe- 78
ria aptos habeat. ¶Cum noua ciuitas cōdenda est:vrbs tota in circulum 79
in locis sublimibus deducatur, vt & munitior sit, & mundior. ¶Tem- 80
pla circa forum statuātur,& circa hæc magistratuū iudiciūmq; palatia:ex
quibus quasi sacratissimis, iustam & accipiēt,& ferent sententiam. ¶Ibi 81
etiam iudiciaria domicilia: in quibus de homicidijs & capitalibus iniu-
rijs iudicabitur,statuātur. ¶Spartiatarum more:muri in solo iacere fa- 82
cile patiātur,& poëticum illud approbetur: quo æneos,& ferreos magis
muros quàm terreos condere admonemur. nā id ridiculum in nostra re-
publica nimirum esset:q̄ nostri iuuenes quotannis in agrum emittātur,
qui caueis,foueis, ædificijsq; confectis longe hostes à finibus arceant,&
muros nostræ vrbi circūdemus. quæ res primum ad sanitatē ciuitatibus
nihil confert: & quæ deinde animos ciuium demollire, & eneruare cōsue
uit.nā sæpe intra eos se recipientes:hostes minime fugant,putantq; se nō
diurna non nocturna custodia vigilantes, sed murorū septo & vallo dor-
mientes,saluos fore,quasi homines ad desidiam nati. ¶Si muris aliqui- 83
bus muniendi homines sunt:sic ab initio priuatæ domus quæq; condan-
tur,vt tota vrbs æqualitate & similitudine vnus sit murus, habeātq; do-
mus omnes:sic totum ad vias aditum. nam hæc dispositio, & intuētibus
erit grata, cum domus vnius figuram,tota ciuitas habeat: & erit ad custo-
diæ facilitatem longe omniū cōmodissima. ¶Hæc à principio cōstrui ci- 84
ues maxime curent,& ædiles etiā prouideāt:& qui negligunt mulcta cō-
pellant. ¶Curent vt vrbs quàm mundissima sit: nec vnquam patiantur à 85
priuatis aut fodiendo aut ædificando publicū quicq̄ occupari. ¶Aqua- 86
rum etiā pluuialium (vt facile defluant) curā habeant: cæteraq; ordinent
in ciuitate & extra docti vsu,legum custodes,quæcunq; desunt,& videāt
ordināda,vt circa forum gymnasia, & theatra spectantium,& docentiū,
discentiūmq; domicilia,& reliqua id genus omnia. ¶Qui sponsas duxe 87
runt:non minus nec aliter alijs tēporibus quàm ante nuptias in comessa-
tionibus viuendū. ¶Vt viri comessationes publicas cōmunesq; habent: 88
ita quoque & inter se mulieres. ¶Cupiditates cibi,potus,& rei venereæ, 89
quarū duæ primæ animalibus statim natis insunt,& tertia quę ingens &
acutissima ad propagationē generis posterius innascitur ardētissimo fu-
rore,& maxima petulantia homines vrit & agitat, ad id quod iucundū
dicitur rapientes:timore,lege,& vera ratione à iucundo ad id quod opti
mum est vertantur.nā in quibus recte ducentur,virtus:sin contrà,vitiū
innascetur. ¶Sponsus ad sponsam,procreationemq; liberorū animū ver- 90
tat:& sponsa similiter ad sponsum atq; ad opus,in eo tempore præcipue
quo adhuc non genuerunt. nam cogitare omnino sponsus & sponsa de-
bent:quo pacto quàm pulcherrimos,& optimos ciuitati liberos poterūt
procreare.homines enim qui cōmuniter aliquid operātur: quandocunq;
& ad seinuicem,& ad opus ipsum intendunt animū,bene & pulchre cō-
ficiunt omnia.sin secus: perperā.quapropter idem faciāt: ad cōmune ge-

91 nerationis opus oportet. ¶Mulieres quędam, prout principibus placue-
rit: electæ, harum rerum curam habeant. tertia enim horæ parte in æde ſa
cra cõmorantibus alię nuncient ſi quem virum, mulierémve illorum qui
matrimonij copula aſtricti ſunt, gignendi habent facultatem, aliò intẽde-
re animum videant, quàm ad ea quæ in ſacrificijs nuptiarum ſunt iuſſa.
92 ¶Hæc obſeruatio procrationis liberorum: decenniũ non excedat, quan-
93 do aſſit generandi fœcunditas. ¶Si quæ ad id tempus infœcundæ perſe-
uerauerint: conſilio cum propinquis & mulieribus harum rerum cura-
94 tricibus habito, prout commodum vtriſque eſt diſtinguantur. ¶Si qua
de vtriuſque commodis acciderit altercatio: decem de legum cuſtodibus
95 delecti (quos ipſi voluerint) cognoſcant. ¶Mulieres iuuenum domos in-
greſſæ, ſi à modeſtia diſcedunt: partim monitis, partim minis ab inſcitia
ipſos, & delicto depellant. quod ſi nequeant: legum cuſtodibus nunciẽt,
atque id curent. qui ſi prohibere non potuerint: rem ad populum defe-
rant, & ſcriptis errantium nominibus, iureiurando affirment ſe illos me-
96 liores facere non potuiſſe. ¶Qui ſcripto delatus fuerit: niſi accuſatores
deuicerit, infamis eſto. nec nuptijs, liberiſq; procreandis det operam vlte
97 rius: & ſi tentauerit, liceat cuilibet cædere ipſum impune. ¶Eædem ſint
& mulierum pœnæ. expertes enim muliebrium degant honorum. nec ad
nuptias, partuſque liberorum profectæ recipiantur: ſi in iudicium acce-
98 ſitæ, damnatæ fuerint. ¶Si poſtquã ſecundum leges filios procrearunt:
ſi alienæ vir vxori coniungatur, vel mulier alieno viro, pœnis eijſdẽ ſub-
99 iaceant. ¶Virum vero & mulieres poſt procreationem liberorum caſte
viuentes: in his omnibus ſummopere honorentur. qui contrà: vituperen-
110 tur. ¶Vitæ totius initium primus annus omnibus eſt: quem in ſacellis
patrijs, & viuendi initium tam pueroquàm puellæ ſcriptum eſſe opor-
tet. ſcribatur autem in pariete dealbato, in vnaquaq; tribu: vt qui ad ma-
giſtratus idonei ſunt, annorum numero conſtet. & cuiuſque tribus viuen
tes homines proxime ſcribantur ſemper: & naturæ cedentes, ſimiliter de-
leantur.

TERTII LIBRI HECATONOMIARVM FINIS.

HECATONOMIARVM, CENTVM ALIAS PLATONICAS LEGES CONTINENS, LIBER QVARTVS.

16 NVPTIARVM TEMPVS PVELLAE SIT 1
20 à sextodecimo in vicesimum: idq; sit longissimũ
30 tempus ad id cõstitutum. masculo vero à tricesi-
35 mo: ad quintum & tricesimũ. ¶Magistratus tẽ- 2
40 pus in mulieribus vltra quadragesimũ sit annũ:
30 in viris vltra tricesimum. ¶Belli tempus ab an- 3
20 nis viginti ad sexaginta in viris: mulieribus ve-
60 ro postq̃ filios pepererint vsq; ad quinquagesi-
50 mũ ætatis annũ. ¶Mulier prægnãs: deambulet. 4
& natus infans quasi cera fingatur, q̃diu tener est ac ad biennium vsque institis astringatur. ¶Nutrices (lege alias imposita mulcta) infantulos, 5
vel ad agros vel ad templa vel aliò ad suos, donec per se stare possint, perferant. ac etiam cum stare cœperint: ne ponderis violentia, membra propter mollitiem distorqueãtur, gestent adhuc, quousque trienniũ infantes exegerint. ¶Sint autẽ robustæ quoad fieri potest nutrices: nec vna solum 6
sed plures in his singulis pœna (nisi fiant) legibus sit imposita. ¶AD in- 7
fantium tam animi q̃ corporis cultũ: perpetua, die noctuq;, nutritio, agitatióq; adhibita, omnibus cõfert, & maxime tenerrimis. quare si fieri potest: sic habitẽt, quasi perpetuo nauigent. nã quãdocunq; pueros ad somnũ tardiores, occupare somno matres cupiunt: id nõ quiete, neq; silentio, sed cõtrarijs efficiũt. in vlnis eos portãt, agitãtq; semper, & illos vocis modulatione tanq̃ tibícinio quodã mulcent. quemadmodũ fit in debacchantiũ, furẽtiúmq; remedijs. ¶Puerorũ educatio: neq; in metu cõtinuo, neq; 8
in voluptate fiat, absitq; nimia seruitus, nimięq; delitię. nã infantia in metu enutrita: magis quouis per formidinẽ ferri consuescit, & ad timiditatẽ non ad fortitudinẽ hæc exercitatio fit. & nimia seruitus atq; atrox: cũ abiectos & illiberales, & humana perosos faciat, eos ad vitę cõsuetudinẽ ineptissimos reddit. voluptas vero & delitię: ad mollitudinẽ, & intemperantiam viã parant. cũ hoc, eosdẽ difficiles, morosos, iracundos, imperiosos, & leui de causa irritabundos, efficientes. Quare quoad fieri potest: in his etiã dum tenelli sunt, mediocritas quædã consectetur. ¶Primo triẽnio: 9
ex clamore & fletu & suis oppositis, cognosci potest, quid infantes cupiant ac nõ cupiant, améntq; & odiant. nã vt nutrices offerũt quod cupiunt & amãt: tacẽt. sin minus, aut aliud: clamãtes, plorãtesq; perseuerãt. Quare hoc triennio: vt pacatiore, tranquillioreq; sint animo, nõ id tentandũ vt omnino dolore, metu tristitiaq; minime afficiãtur, sed mediũ potius cõiectandũ: nec omnino voluptates permittẽdæ, nec omnino excludẽdi dolores. hũc enim mediocritatis habitum sequi debet: quisquis hominũ diuinus est futurus. ¶Grauidę mulieres maxime omniũ illo ãno ita regẽdæ 10

sunt: vt nec ad voluptates multas, furiosasq; ferantur, neque doloribus
11 agitentur, sed tranquillam, pacatamq; & mitem degant vitam. ¶ A trien nio ad sexenniũ: sine contumelia in quibus oportebit castigentur, ne ira-
12 cundia efferantur, néve delitiosi reddantur. ¶ Congregentur à triennio ad sex vsq; annos singuli in suæ tribus solennitate: quorum dum tantilli sunt, nutrices modestiam, incontinentiámve obseruẽt. & cuique cœtui & nutricibus vna quædã præsit de mulieribus duodecim, annuo tempore imperatura, prout legum custodes ordinauerint. quam deligãt mulieres
13 nuptiarũ curatrices, in vnaquaq; tribu, quæ ipsis ætate sit æqualis. ¶ Ad hunc magistratum assumpta, in sacrum quotidie eat, iniuriantémq; puniat, seruum quidem & seruã, peregrinũ & peregrinã per vrbanos quosdam ministros. ciuem vero cuius animaduersio in cõtrouersia sit: ad ædilium trahat iudicium. de quo autem non sit controuersia: puniat ipsa.
14 ¶ Post sex annorum ætatem: fœminæ à maribus secernantur, puerique deinceps cum æqualibus maioribus, & puellæ cum fœminis æqualibus cõuersentur. & ad sciẽtias vtriq; se vertant: mares quidẽ ad magistros equorum, arcuum, telorum, & fundæ: fœminæ quoq; ad eadem si cõcedatur Semist.
15 vsq; ad scientiam tantũ, & maxime ad armorũ vsum. ¶ Iuxta Scytharum legem, non solum sinistra arcu & dextra sagitta vtantur: sed vtrisq; simili-
16 ter ad vtrunque. ¶ Principes curam habeant: vt mulieres ludos, alimentaq; considerent, viri vero disciplinas, quibus omnes pedibus manibúsq; vtrinque æque potentes facti per consuetudinem, naturæ non noceant. & disciplina corporis, in saltatione & lucta, gymnastica dicitur: animi vero
17 musica. ¶ Luctationem & discentes & docẽtes alteri beniuole largiãtur, alteri suscipiant gratiose. nã quæ in recta luctatione: à collo, manibus laterũmq; motu, cum victoriæ studio honestóq; adhibentur, & ad sanitatẽ
18 virésque conducunt, & vtilitatem non modicam habent. ¶ Saltationes in choreis: tam viris q̃ mulieribus armatis, fiant, imitenturq; curetarum armatorum ludos, & Mineruæ. nã Minerua ludis choreæ delectata: nõ nudis manibus ludendum censuit, sed armis tota ornata saltandi officio est Stul.
19 perfuncta. ¶ Pueri & puellæ antequã in bellum prodire possint: armis equisq; oportet in deorum omniũ pompis ornatos, modo velociores modo tardiores in chorea & itinere supplicationes fundere. quia hæc in pace & bello vtilia sunt: cæteræ vero corporis exercitationes, quæ horũ gra- Gentilis.
20 tia non fiunt, non sunt liberales. ¶ Iisdem ludis & gestibus ijdem homines quos leges statuerint, eisdéq; apparatibus & supellectile semper vtantur. nam cum mutantur: iuuentus occulte mores mutat. facitq; id: vt prisca vilia, noua vero in honore habeantur. sicq; priscæ leges pereunt irritę.
21 quare: nulla ciuitati pestis est perniciosior. ¶ Summopere cauendum est: ne pueritia in cãtibus, & saltationibus noua vnq̃ audeat imitari, néve vllos pueros voluptatum blandimentis alliciat. Sed Aegyptiorũ more: tripudiorum cantuumq; genera dijs omnia consecrẽtur. quod si quis aliter q̃ constitutũ sit, hymnis, choreisq; vtatur: sacerdotes tã viri q̃ mulieres cũ Gentilis.

legum custodibus,eum sancte ac legitime arceant.& qui repulsus fuerit:
nisi libenter obtemperauerit, per totā vitam volenti cuiq; pœnas impie-
tatis persoluat. ¶Nemo audeat præter publicos,sacrósq; cantus aliquid 22
canere,& præter constitutā iuuentutis choream moueri tripudio.qui pa
ret:indemnis abeat. qui minus: legum custodes, sacerdotesq; tam viri q̃
mulieres,puniant. ¶Si querulam orationem à ciuibus audire quādoq; 23
oporteat:non faustis diuinarū solennitatū diebus,sed nefastis potius con
ueniant, eántq; tunc conducti chori externiq; cantores,quemadmodū in
funeribus fieri videmus,vbi quidā mercede conducti,cum flebiles mœ-
stiq; sint,lugubris quoque vestis Caricæ gentis instar,misere defunctum
ipsum deplorāt. ¶Cantuū genus omne:in benedicendo, & feliciter omi- 24
nando versetur, sitq; hæc prima lex.secunda:vt cantu preces dijs quibus
libamus effundātur.tertia vt cum poëtæ preces ipsas, petitiones hominū
à dijs esse non ignorent:diligenter aduertant,ne mala quasi bona postu-
lent.neq; audeat quisq̃ poëtarū:verbis aut cantu præter ciuitatis leges,&
iusta,vel honesta,vel bona,fingere quicq̃,nec quæ cōposuerit vlli priua-
torū ostēdere, anteq̃ cōstituti hac de re iudices: legumq; custodes & vide-
rint & approbauerint. ¶Hymni,laudésq; deorū:precibus mixte canan- 25
tur.atq; ij ciues laudibus exornētur:qui cesserūt è vita,si corporis vel ani
mi viribus,res arduas præclarásque gesserint, & legibus libenter parue-
rint. nam viuentes adhuc laudibus hymnisq; honorare: tutum non est,
prius quàm vita functus quispiam,finem viuendi præclarum fecerit. &
hæc:tam viris quàm mulieribus virtute insignibus,cōmunia sint. ¶Can 26
tus & tripudia ita constituantur. cum multa priscorū sint circa musicam
antiqua poëmata,& saltationum genera: decentia & accōmoda constitu-
50 tæ ciuitati deligantur.delectores autē non pauciores q̃ quinquaginta an-
nos sint nati:qui quæ sufficienter dicta esse videantur,deligant,quæ vero
improbe dicta, reijciant omnino. quæ vero minus sufficienter:corrigant
atque absoluant,& ad legumlatoris voluntatem: saltationem,cantumq;,
& omnem choream prudenter dirigant. ¶Sit musa ordinata atq; tempe 27
rata.nam in quacunq; à primis annis ad ætatem vsq; adultā,versatus fue
rit aliquis:eam iucundam arbitrabitur,oppositam autem odiet,illibera-
lemq; appellabit. iucunditas enim & suauitas: musis omnibus cōmunis
est.at si vulgarem, immoderatámq; semper audire consueuerit: eruditā,
castámq; ac modestam,frigidam & asperam esse ducet. ¶Quod in musi- 28
ca magnificum est, & ad fortitudinē tendit,viris magis: quod autem ve-
nustum modestumq;,magis mulieribus tribuēdum. ¶In ludis: oportet 29
quod studio dignum est studiose sectari, non digna vero nequaquā.deus
enim omni beato studio dignus: homo vero dei ludo fictus,atque id ve-
re ipsius optimū est.nósq; eam vitam studio dignissimā arbitramur:qua
homines instituti,q̃ longissime ac optime in pace vitā agant. ¶Vt gymna 30
siorū,doctrinarumq; publica ædificia tripartito in media vrbe locāda:ita
foris,equorū gymnasia in suburbijs similiter tripartito. ¶Loca insuper 31

ampla ordinanda:vbi iuuentus ad arcum & telorum iactum instruatur,
32 exerceaturq;. ¶Illorum omnium peregrini,magistri precio conducendi:
qui illic habitantes,& ad rem militarem,& ad musicam venientes, instituant.& viri omnes(quoad fieri potest)& pueri, non modo quos parentes volunt,necessario discant. vtpote qui magis ciuitatis sunt quàm genitorum.& quæ pueri discunt ac exercent:eadem quoque fœminæ discant, exerceantq;.nam cum hoc modo in ciuitatibus non fit:omnis ciuitas,pro dupla dimidia fit ex eisdem laboribus atq; tributis. probandaq; sunt innumera circa Pontum mulierum millia: quibus non equorum modo, verum etiam arcuum,cæterorúmq; armorum æqualis cura cum viris,& Semist.
33 exercitatio est instituta. ¶Magistratus & ciues:suis in locis nocte exurgant,& magistratus publicum aliquid exerceāt,patres vero matrésq; familiās in domibus proprijs,rem suam curēt.nā somnus multus:nec corporibus nec animis prodest. & turpe id & illiberale videri debet:si ciuiū aliquis totā per noctem dormiat,nec primus excitetur ac surgat,ita vt id toti familiæ pateat.& ita quoq; si domina videatur ancillis negligentior: segnitie, desidiaq; occupata. id apud seruos, ancillas,pueros,& vniuersam denique domū,turpe. nemo enim dū dormit:alicuius precij est,non magis ac si non viueret.quare q̃ longissimo tempore vigilandum:sola sa-
34 nitatis cōmoditate seruata. ¶Sole surgente:pueri ad magistros proficiscantur.quoniā nec pecudes,nec alia prorsus vlla,sine pastore viuere debent,nec pueri quoq; sine pędagogis sint.nā cum prudentiæ fontem nondum perfectum habeāt: acerrimi,petulātissimiq; sunt omniū bestiarum.
35 quare multis quasi frenis vinciendi. ¶Puer:cum primū à matribus,nutricibúsq; seiungitur, pædagogis ad puerilem lasciuiam regendam cōmittendus.deinde,vt liber:præceptoribus,doctrinarū potissimū gratia.Deinde quasi seruum castiget quicunq; è liberis,si forte qua in re deprehenderit puerum ipsum,in pædagogum & præceptorē delinquere.q; si præ-
36 sens quis,iure non castigauerit: maximo subijciatur opprobrio. ¶Rem hanc:ille qui de custodibus legum ad principatū puerorum electus fuerit,cognoscat:siue ille qui eos deprehenderit non castigauerit cum oporteret,aut non modo quo oporteret secundum leges,ad bonum ipsum di-
37 rigens semper,& conuertens. ¶Primum percipienda quæ ad literas pertinent.deinde quæ ad lyram.præterea quæ ad computationem numerorum spectant.item quæ ad diuinorum astrorum,solis,lunæq; circuitum perquirendum. vt vniuersa ciuitas non ignoret ordinem dierum in mensem,mensiúmq; in annum.atq; ita:tempora,solennitates, sacrificia vt decet disposita,viuam ciuitatē,vigilantémq; reddant.vt & dijs honores tri-
38 buant homines:& ad hæc efficiātur prudentiores. ¶Ad literas: decennes pueri proficiscantur, triennióque insistant. & qui decem egerint annos, lyræ similiter tres annos incumbant: nec liceat ante id tempus discedere, neque vltra detineri.alioqui honores qui disciplina præditis dantur:non
39 consequantur. ¶In his annis: literas donec legere scriberéq; possint,di-

ſcant.at non illis legenda,exponendaq; omnia poëtarum monumenta,in
quibus lyra non vtuntur(qui aut hexametro,trimetro,alijsq; metrorum
generibus ſcripſerunt) ceu aſſerūt multi, vt ex variorum poëtarum peri-
tia,facundi reddantur. ſed leges ipſæ,atque ea quæ ijs leges aut mandāt
aut prohibent ſunt conſentanea: ſiue poëtice ſiue ſoluta oratione ſcripta
ſint,ſiue ſimpliciter dicta.ac primum præceptores lex compellat,hæc di-
cere atque probare: vt eos qui non probent repellat.ijs vero præceptorū,
qui probant: erudiendos, inſtituendóſq; adoleſcentes committat. ¶Qui 40
eos in lyra inſtituent: illos cantus eligant, qui probas animi imitationes
habent.& adoleſcētum auribus concinant:trahántq; eorum animos imi-
tatione quadam perductos,ad virtutis poſſeſſionem. ¶Cum is qui pue- 41
ros in muſica,gymnaſticaq; curabit,nunq̄ otio abundet:lege illi permit-
tatur,vt ad eam curam,quos velit ciuium, & virorum,& mulierum, ac-
cipiat ſocios.& gymnaſias, omnes etiam exercitationes bellicas nuncupa
mus:vt peritiæ luctandi,ſaltandi,ſagittandi,iaculandi,peltaſticę,& om-
nes armatorū dimicationes, acierum ordinationes, ductiones exercitus,
caſtrorum poſitiones, & quæcunq; ad equeſtrem pertinent diſciplinam.
Semiſt. quæ omnia ſcient publici magiſtri à ciuitate conducti : quo ea pueros,
puelláſque,viros & mulieres doceant. nā magno reipublicæ vitio dandū
eſſet:ita mulieres educari, vt ne veluti aues pro filiolis,contra feroces au-
deant beſtias pugnare, moriq; nolint potius, cunctaq; pericula ſubire, q̄
ſtatim ad aras templáq; cōfugere, opinionémq; de hominū genere dare,
COMOEDI omniū ignauiſſimū eſſe animalium. ¶Deformiū corporum, cogitatio- 42
númq; motus, qui ad riſum & comœdiā verbis,cantu, ſaltatione,omni-
búſq; huiuſmodi imitationibus ſpectant: ſerui & peregrini pretio cōdu-
cti imitētur. ſtudiū vero illis nullum adhibeatur:nec adeò liber ſit ciuis,
ſeu vir ſeu mulier, qui diſcere audeat.atque ita ad riſum ſpectātes ludi,
qui comœdiæ appellātur: lege diſpoſiti ſint. ¶Tragœdiæ quæ res ſerias 43
tractāt:niſi meliora tractent,q̄ quæ ex veteri ordinatione ſunt tradita,mi
nime admittantur . nā id haudquaq̄ eſt admittendū vt tragœdi res ſerias
in foro conſtituant,& clamoſos conſtituant hiſtriones:qui altius q̄ magi-
ſtratus exclament ad liberos,ad vxores,ad turbā vrbis omnē,de eiſdē re-
SOPHISTICA bus non eadem ſed cōtraria concionātes. ¶Summæ cautionis cura gym- 44
naſijs eſt adhibenda:ne qui docent,bonarū diſciplinarū loco,prauis inſti
tutionibus adoleſcentū animos corrūpant & inquinēt.nā non graue ad-
modum quiddā eſt & durū rerum omniū imperitia,nec ſummū malum:
ſed multo pernicioſius eſt,male cōparata multarū rerum peritia atq; no-
titia. ¶Aſtrologia eatenus diſcēda:vt de cæleſtibus nihil prophanum lo- 45
quamur,ſed poſtq̄ didicerimus,recte loquamur.nam id verum non eſt:
de ſole & luna, cæteriſq; ſtellis q̄ vnq̄ pererrent.nam vnum quodvis:iter
vnū,non multa peragit,q̄uis videatur per multa ferri. ¶Legis conditor: 46
leges non ſolum cōſcribat,ſed etiam declarationē quandā illis adiungat.
qua:quæ honeſta,turpiáve ſibi videntur,ſignificet. ¶De venatu aquati- 47

lium,volatilium,pedestrium,nec ferarum solum, verum etiam hominũ:
quæ legislator laudabit aut vituperabit ad iuuentutis exercitationem,in
illis iuuenes pareant.vt nec labore nec voluptate reuocati:aliter faciant q̃
legislator consuluit.& magis honorent,quæ cum laude dicta & exhorta-
48 tione proposita sunt:quàm quæ minaci & vindici lege sancita. ¶Quadru
plum venatio:omnium quæ corporis viribus agitur, optima sit. nam id
optandum: vt nunquam marinæ venationis, hamiq; cupiditas homines
alliceret,nec omnino aquatilium per otiosam venationem sagena capien-
dorum,nec pyratæ amor vnq̃ homines per maria,iniquos atrocesq; homi
num venatores efficeret. neq; vnquam furti latrocinij cupiditas: vel in vr-
be vel in regione,in mentes hominum veniret. nec volatilium iucũda ve-
natio,potius seruilis quàm libera, nec dormiẽtium quæ vicibus quibus-
dam interpositis fit,nocturnaq; vocatur,& otiosorum est hominũ.neque
quæ fit in laboris remissione: & quæ retibus laqueisq;,non constantis ani
49 mi viribus,ferarum domat atrocitatẽ. ¶Sacros venatores: vbicunq; ve-
50 nari velint, nemo prohibeat. ¶Venatorem nocturnum, retibus & cani-
51 bus suis fidentẽ:nemo vspiam venari sinat. ¶Auceps: per incultos agros
52 montésque,vagari permittatur. ¶A cultis locis,sacrisq; incultis: à quo-
53 cunque pellatur. ¶Piscator: nec in portubus, nec in sacris fluuijs,palu-
dibus,stagnisq; venetur.in alijs liceat:dũmodo sacrorũ nõ vtatur permi-
54 xtione. ¶Non belli tempus expectandũ:sed ipsa pace,ciues ad rem belli-
cam exercẽdi.& ciuitas:singulis mẽsibus bellicas vires experiatur nõ mi-
nus vno die,sed pluribus etiã si magistratibus visum fuerit,viri simul &
mulieres & pueri, nec hyeme nec æstu vitato.& quandoq; vniuerso edu-
cto populo:pugnæ quædã solennes festiuęq; fiant, bellicas pugnas q̃ma-
xime imitantes. nam id impudentissimũ si non in certamen pugilum nõ
præexercitatũ descendendũ:audere ad maximum certamen,vbi pro vita,
pro liberis,pro rebus suis,pro patria pugnatur,non exercitatum descen
55 dere. ¶Victoribus præmia & laudes,victis contrà vituperationes fiant:
56 prout singuli & in certaminibus,& in omni vita se gesserint. ¶Non pau
ciores annos q̃ quinquaginta natus,sit poëta harũ rerũ: neq; solũ poëticã 50
musam sufficienter possideat,sed etiã aliquid pręclarum & insigne fece-
rit.vt optimus quisq; laudibus efferatur: & vituperatione, cõtrarius de-
57 primatur. ¶Eorum poëmata qui boni viri, honoréque digni in ciuitate
sunt,& res pręclaras gesserunt:etiam si minus musica sunt,decantentur.
58 ¶Huius rei iudiciũ is,qui puerili doctrinæ pręponitur cæteriq; legũ cu
stodes habeant:& probis viris hunc honorẽ tribuãt,vt illis solis libertatẽ
in musis præstent,cæteris autẽ prohibeant.neq; quisq̃ audeat musam ca-
nere(q̃uis Thamyræ,Orpheiq; hymnis suauiorem) horum iudicio non Thamyras Orpheus.
59 probatã. ¶Res militaris quotidie agatur:minori quidem exercitatione
sine armis,choriq;,omnisq; gymnastica ad hãc incitetur. maiori vero ex-
ercitatione,non rarius q̃ semel in mense:vt certent singuli ad capienda vel
retinenda loca, & insidias,omnemq; rem bellicã imitetur,& pila se exer-

ceant, vndiq; se vertentes, ac telis vtantur, ad vera & periculosa tela q̄ pro-
xime accedentibus. nec omnino absque timore ludus huiusmodi inter ci-
ues agatur: sed formidinē inferat: atq; ita qui magno sunt animo quodā-
modo qui've ignauo prodat. ¶ Si autem quis cæde inuoluntaria in his 60
certaminibus moriatur: is qui interfecit, lege expiatus, mundus sit in po-
sterum. nam paucis ita mortuis: cæteri non deteriores futuri sunt. & nisi
timor in his omnibus extinctus sit, multo magis ciuitati malū est q̄ illud.
¶ Non liceat ob rem priuatam: curam reipublicæ præcipuam, ciuem re- 61
linquere. nam cum diuitiarum cupiditate (cæteris omnibus neglectis) ho
mines solummodo rem priuatam curant: ad id incumbens ciuiū animus,
nulli prorsus, nisi pecunijs quotidie cumulandis, dare operam potest. &
artes, & studia, quæ ad lucrum conducunt, libentissime complectuntur
omnes: cætera spernunt. & id causa est: ne ciues quicquam honestum, bo-
númve officium curent, sed insatiabili auri & argenti cupiditate, & hone-
sta pariter & inhonesta artificia complectantur, & quodvis agant, seu fas,
siue nefas habeatur, vt pecunias cumulent. quibus subministrātibus: ve-
luti pecora ventri ac veneri seruiāt. hinc qui natura modesti sunt: ad mer-
caturam, nauigationem, viliaq; ministeria conuertuntur. qui viriles & ge
nerosi: ad furta, latrocinia, sacrilegia, insidias, sceleraq; tyrānica. qui cum
bonis à natura præditi essent dotibus: infelices tamen hac ipsa consuetu-
dine euaserunt. quo pacto enim infelices non sunt: qui cupiditate, vt vehe
menti quadā & perpetua fame, coguntur per omnem vitā suam: animam
cruciare? ¶ His certaminibus quæ ad bellum conducunt, præmia ponā- 62
tur: cætera dimittantur. ¶ Eum qui stadium cursurus est: præco præmiū 63
vocet, ille vero cū armis ingrediatur. nā agilitas corporis: altera manuū,
altera pedum ad bellum conducit. illa in pugnando, luctandóq;: hæc ad
insequendum, declinandúmq;, sed neutra absque armis magno vsui est.
quare nudo absque armis in stadio certatori: præmia nulla ponantur.
¶ Primus stadium cursurus, armatus ingrediatur: deinde qui diaulum, 64
tertius qui equis, quartus qui dolicum, quintus qui leuiore armatura or
natus. quem primum sexaginta stadiorum, ad aliquod templum peruen
turū inuitemus. Alius grauiore armatus armatura: breuius, ac planius
spacium cursurus. Alius sagittarius omni arcuum ornatu munitus cen-
tum stadia, per montes variámq; regionis naturā, ad Apollinis Dianęq;
templum certans perueniat. & certamine cōstituto expectabunt: & victo-
Semist. ribus singulis: præmia dabunt. ¶ Vnum certamen sit puerorū, alterum 65
imberbium, & tertium virorū. viri tripartito, imberbes duplo, & pueri
simplo currāt: & cum sagittarijs cæterisq; armatis cōcertent. ¶ Vltra de- 66
cimumtertium ætatis annum, donec nupserint: non longius vicesimo nec
breuius decimo atq; octauo puellæ ad certamen cursus descendant, quæ
Semist. quidem congruo vtātur vestitu. ¶ Vnius ad vnum, duorum ad duos, & 67
vsq; decem ad decem, armis pugna fiat ad robur augendum: & id cōmu-
ne sit tam viris q̄ mulieribus, ad ætatem vsq; nubilem. inducātúrq; in his

armorum certaminibus periti: vt lege ſanciant quid aliquis non patiens
68 aut faciens vincat,& victum ſimiliter quiſnã ordo decernat. ¶Peltaſtica
vero vniuerſa pugnæ pancratiacæ opponatur:certetúrq; arcu, pelta,lan-
ceis,lapidumq; manu & fundæ proiectione.& qui omniũ optime in his
69 ſe geſſerit:huic lege,honores victoriæ tribuantur.¶Armati in equis con
certent: ſintq; certaminum iudices magiſtri equitum, & tribuni, tam de
omni curſu equorum,q̃ de ijs qui cum armis & aſcendunt & deſcẽdunt.
70 contentio,concertatióq; etiam habeatur:ex equo telum immittere.¶Fœ
minæ ad hæc legibus non cogantur: verum ſi prior diſciplina, conſuetu-
71 dóq; virgines ad hæc incitat,admittantur.¶Certamina muſicæ,viciſſim
fiant:prout athletæ,doctor iuuenũ,legumq; cuſtodes vnà congregati or-
72 dinarint,feſtóſq; dies ſtatuent ciuitati.¶Secundum naturam ad procrea
tionem, homines itidem & mulieres duntaxat Venere vtantur. nam qui
ſecus iſtis vtuntur:genus hominũ, dedita opera,interficiunt,in lapidem
ſeminantes, vbi radices agere quod ſeritur nunq̃ poterit. & qui corpus
amat,eiuſq; formã:quaſi fructum quendam eſuriens,is ſatiari duntaxat
quærit, nullumq; animo amati, præbet honorem. ſed qui minus de cor-
pore curat,& animo conſiderat potius q̃ deſiderat: cum ipſum(vt decet)
animum diligat, corporis vſum, petulantiam & contumeliã arbitratur.
& cum temperantiã, fortitudinem, magnificentiã,& prudentiã reuerea-
tur & colat:cum caſto amico caſtus viuere volet. imò vero conſtat q̃pluri
mos: q̃uis iniqui ſint,bene & diligenter ac ſponte à pulchrorum coniun-
ctione ſeſe abſtinere, cũ frater aut ſoror eximia pulchritudine alicui ſit,
& à filio & à filia.id'que:quod nihil horum fas eſſe dicitur,ſed apud deũ
odio haberi,& ea turpium omniũ eſſe turpiſſima. Id quoq; in cauſa eſt:
vt ne cupiditas quidem harum rerũ vulgus infeſtet. ita publica fama ſta-
tim ab ineunte ætate hos contra naturã venereos abuſus,nefarios eſſe &
maxime omniũ apud deum odio haberi prædicet:& apud ſeruos & libe
ros,maſculóſq; & fœminas & vniuerſam ciuitatẽ,quaſi ſacrum quoddã
oraculum ſufficienter repellet, prohibebítq; & manifeſtum & furtiuum
horum concubitũ. neque decet homines:auibus, multiſq; beluis eſſe de-
73 teriores. ¶Abſtinendũ etiam ab agro illo fœmineo: vbi ſemen,germina
nolit producere.hæc ſtabilita lex:ab omni amorum inſania & furore,ab
adulterijs & meretricum amoribus,à nimio potus atq; cibi luxu libera-
74 bit,& vxoribus viros cõciliabit, plurimáq; alia pariet bona.¶Qđ ſi hæc
nefaria conſuetudo barbaros aliquos corruperit,& non facile ſit legiſla-
tori q̃primum hanc peſtem depellere: laboribus corporis, veneris robur
infringat,vt aliò vires ſuas conuertant.& palàm fieri prorſus vetet:vt ne-
mo generoſas liberáſque mulieres præter ſuam vxorem tangere audeat,
neq; cum emptis vel alio quocunq; modo acquiſitis congrediatur,niſi ſi-
mul viros omnes mulieréſq; lateat.alioqui infamis lege habeatur:omni-
75 buſq; ciuitatis(ceu peregrinus aliquis)priuatus ſit honoribus.¶Nemo
fines atq; terminos terræ moueat: nec ciuis vicini,nec finitimi peregrini,

ſi agri extrema poſſideat. qui legi obtemperat indemnis eſto. qui deſpexe
rit: duplices pœnas luat. primo quidem deo vindice. deinde lege quæ iu-
bet: vt nemo ſponte vicini ſui terminos moueat. & eum qui mouerit: qui-
cunq; voluerit ad agricolas deferat, agricolæ ad iudicium, à quo damna-
tus: vtpote terminorum, clàm, viq; turbator, reddat. patiatúrq;: prout iu-
dices iudicauerint. ¶Quicunq; fines egreſſus, vicini coluerit agros: dam 76
num reſtituat, & imprudētiæ atque illiberalitatis luat pœnas. duplumq;
loco mulctæ, ipſi deponat cuius agrum coluit. cognitores vero, iudicéſq;
& cenſores huius rei: agrorum curatores ſint. in maioribus quidem, vni-
uerſus duodecimę partis ordo: in minoribus vero, qui cuſtodijs pręſunt.
¶Si quis paſcuis noceat: illi (cognitis damnis) iudicent, atq; condēnent. 77
¶Si quis aliena examina perſequitur, atque æra pulſans delectatione 78
apes ad ſe trahit: damnum reſtituat. ¶Si quis ignem in materiam ſic im- 79
miſerit, vt vicino non cauerit: prout magiſtratibus videtur cōdemnetur.
¶Similiter qui plantando, menſuram vicini agri non reliquerit: ita ple- 80
ctatur, vt à plærisque legumlatoribus ſufficienter dictum reperitur.
¶De aquis priſcæ ſunt leges: & illæ quoque bonæ ſint. ¶Qui aquam 81
ad ſua voluerit ducere: à publicis fontibus ita deducat, vt nullius priua- 82
ti manifeſtum fontem perturbet, & deducat qua velit præterquam per do
mos, aut ſepulchra, aut loca ſacra, nec aliud damnum inferat niſi quod
ab ipſo riuulo efficitur. ¶Si aquæ inopia ſolo inſita in locis aliquibus a- 83
quas ab æthere defluentes non retinet: cum quiſpiam neceſſitate oppri-
mitur, in loco ſuo ad cretam vſque defodiat. & ſi hac in profunditate ni-
hil aquæ inuenerit: tantum à vicinis aquetur quantum neceſſitas poſtu-
lat. ¶Si vicinis vero pauca aqua ſit: aquandi modus, quo vtatur quoti- 84
die, ſibi ab agri curatoribus ſtatuatur. ¶Si aquæ pluuiales abundent, & 85
qui inferiores partes habitant, ita defluxum prohibeant vt ſuperioribus
noceant, aut contrà ſi ſuperiores inconſiderate fluere aquas permittentes
inferioribus noceant, & conuenire non queant: in vrbe quidem ædilis, in
agris qui in agris præeſt, modum imponat. quem ſi quis non ſeruauerit:
inuidiæ, & peruerſitatis pœnas exoluat, & vicino damnum in duplo
reſtituat. ¶Qui vuas aut ficus de ruſticis fructibus ante vindemiæ tem- 86
pus, quod arcturo concurrit, guſtauerit: quinquaginta drachmis, ſi de
ſuo agro, templo dedicandas perſoluat. ſin à vicinis acceperit: minam. ſin
ab alijs: duas minæ partes. ¶Vuas, ficúſque cum commode recondi non 87
poſſunt: quomodo & quādo voluerit ſi ſua ſunt, colligat. ſin aliena: quo-
niam lex eſt, vt nemo moueat quæ non poſuit, qui acceperit (niſi perſua-
ſerit) mulctetur. ¶Si ſeruus quiſpiam non perſuaſo agri domino, eas ac- 88
ceperit: pro ſingulis ficubus vuarumq; acinis, æqualia numero verbera
patiatur. ¶Inquilinus: fructibus emptis ad repoſitionē ineptis, ſi cupit 89
veſcatur. ¶Peregrinus autem: in ipſo itinere, ſi tranſeat ſolus aut cum 90
vno tantummodo, fructus non reponendos ſi velit, hoſpitali cum venia
guſtet. alios autem guſtare (quos ruſticos dicimus) peregrini lege prohi-

91 beantur. ¶ Si repositioni aptos inscius tetigerit: si seruus, plectatur: si liber: dimittatur admonitus, ficus, vuásque solummodo ad repositionem ineptas gustare licere, eas vero ex quibus vuæ passæ & vinum, & caricæ
92 fiunt, minime. ¶ Pyra vero & mala tum alia tum punica cæteráque huiusmodi clàm auferre turpe non sit: at si quis deprehensus fuerit paucio- Stul.
res annos quàm triginta natus, sine vulneribus verberetur, nec pœna vlla
93 propter huiusmodi verbera libero sit. ¶ Aduenæ quoque perinde ac de
94 ijs quos diximus repositioni ineptos: carpere liceat. ¶ Si senior quispiam comederit nec asportauerit: omnium huiusmodi fructuum sit particeps.
95 ¶ Si quis sponte alienam aquam, siue scaturientem è fontibus siue collectam, veneno, aut foueis, aut ablatione corruperit: ad ædiles deferatur. vbi si deliquisse conuincitur: damnum restituat, & fontes aut aquarum
96 vas vt ipsi ad faciendam purgationem iudicauerint, ita purget. ¶ In aduectione omnium, quę in agris colliguntur: liceat cuique res suas qua velit aduehere, modo aut nulli damno sit, aut sibi triplum proueniat lucrū eius damni, quod vicino infertur. horum cognitores, magistratus sint, & cæterorum omnium quæ per iniuriam sponte quis, aut vi aut clàm, vel per se, vel per illa quæ possidentur, aut ab eo in personam aut in rem tu-
97 lerit. ¶ Horum omnium: ad magistratus, si damnum tres minas non excedit, si maius sit, ad constituta publice iudicia causa deferatur, & qui in-
98 iuriam intulit puniatur. ¶ Si magistratuum aliquis iniuste de damno alicuius duplum ei, qui passus est iniuriam, debeat, & omnino si quid per iniuriam fecerint magistratus: causa ipsa à quolibet volente in publi-
99 co iudicio agitetur. ¶ Nullus ciuis opificio vllo detineatur: sed nec seruus quidem ciuis alicuius. nam arte magna, quæ exercitatione longa, multisq́; doctrinis indiget occupatus est ciuis: cum communem ciuitatis ornatum procuret. & duas artes, aut duo diligenter studia exercere humana natura non potest: neque etiam quisquam potest satis arti quidem
100 vni vacare, & alterius artis opifici præsidere. ¶ Hinc in ciuitate nemo ærarius simul & lignarius faber sit: nec lignarius faber fabris ærarijs, magis quàm opificio suo præsideat. sed singuli artifices singulis artibus vacent: & ab eis victum acquirant.

QVARTI LIBRI HECATONOMIARVM FINIS.

HECATONOMIARVM, CENTVM ALIAS PLATONICAS LEGES CONTINENS, LIBER QVINTVS.

HANC LEGEM ITA AEDILES OBSERVARI 1
procurēt: vt si ciuis aliquis, ad artem aliquam magis q̄
ad virtutis curam declinauerit, opprobrio atq; infamia
notatũ, ad cursum suum conuertãt. ¶ Si peregrinus ali- 2
quis duabus artibus vacet: vinculis, mulcta, expulsio-
ne, vnam tãtum complecti cogatur. ¶ De mercede opi- 3
ficum, de operis ipsorũ approbatione aut improbatione, de iniuria quã
patiuntur aut inferũt: ædiles vsq; ad drachmas quinquaginta cognoscãt,
maiora vero ad publica iudicia delata, secundũ legem iudicentur. ¶ Ve- 4
ctigal importandarum aut exportandarum rerum: nullum sit penitus.
¶ Thus vero, & cætera huiusmodi quæ dijs incenduntur, peregrinaq; 5
sunt, purpurã similiter & colores alios qui à regione non producuntur,
& omnia deniq; peregrina, nisi necessaria sint: nemo adducat, nec rursus
quod regioni necessarium sit: nemo exportet. ¶ Hæc omnia legum custo- 6
des duodecim, qui reliqui sunt exceptis quinq; senioribus: procurēt, atq;
cognoscãt. ¶ Arma vero & instrumenta bellica: si aduectícia arte est opus 7
conuehantur, & quæcunq; ad hæc idonea sunt. & horum magistri equi-
tum, & ductores exercitus curã habeant: vt ciuitas, inuehendi exuehen-
diq; facultate cum opus fuerit non priuetur. de quibus legum custodes:
sufficiẽtes, decentésq; leges ferent. ¶ Nulla in re, colligendæ pecuniæ gra 8
tia: vel in vrbe vel in vniuersa regione, cauponatio fiat. ¶ Annona quę ex 9
agris percipitur: in duodecim partes ab omnibus distribuatur similiter
consumenda. & duodecima pars quæq;: vt tritici, ordei cæterarumq; fru-
gum & fructuum, venalium quoq; omniũ animalium tripartito & con-
uenienti ratione dispẽsetur. & pars vna liberis, altera seruis, & tertia opi-
ficibus ac omnino aduenis, tribuatur. & hæc tertia omnium necessario-
rũ pars: venalis semper, ac necessario sit. de duabus vero partibus: nihil,
necessario vendatur. ¶ Cum tres partes sint: quo ad hoc nemo plus ha- 10
beat, nec dominus, nec seruus, nec aduena, sed æqualis eademq; similiter
sit omnibus distributio. ¶ Quilibet autem ciuis cum duas partes accepe 11
rit: seruis ac liberis quot & qualia velit suo arbitratu distribuat. ¶ Om- 12
nium animalium quibus victus à terra præbetur: ita fiat distributio.
¶ In singulis duodecim partibus: duodecim vici sint, & in singulis duo- 13
denis vnus in medio, in quo rerum venaliũ loca & templa cõsecrata sint,
& custodum ædes, vndique munitissimę. ¶ Reliqua regio: opificibus in 14
tredecim partes distribuatur, & pars vna in vrbe habitet, per duodecim
vrbis partes diuisa, aliæ exteriorem vndiq; teneant locum. atque in singu
lis vicis opifices ad agriculturæ cõmoditatem idonei habitare cõpellan-
tur. & horum omniũ magistratus ij qui agris pręsunt, curam habeant: &

quot quibúsve singuli opificibus egent,& vbi habitãtes opifices impedimẽto agricolis non sint,sed magnã ipsis afferãt vtilitatem. vrbanorũ vero opificum:curam ædiles habeant. ¶Res venales:curæ censoribus sint,
15 ro opificum:curam ædiles habeant. ¶Res venales:curæ censoribus sint, qui primo rem sacram curent, deinde ne quis vendendo emendóve iniuriam faciat vehementer prouideãt,& immoderatos contumeliosósq; om-
16 nes compescãt. ¶Primo vero mensis cuiusq; die:ciues,eorúmq; ministri, duodecimã tritici partem & similium ad id seruatorum emendã peregrinis proponant:emántq; peregrini pro totius mensis tempore triticum, & reliqua necessariorum,quæ primo foro venduntur. decimo vero die:ven-
17 ditio emptióq; mensi sufficiens statuatur. ¶Vicesimotertio: animalium vẽditio quibus homines egent,supellectiliúmq;, vt corij ac vestium & similium fiat.& in his omnibus:nec dominis,nec seruis cauponari liceat.
18 ¶In peregrinorum tamen foro peregrino:liceat opificibus,eorumq; seruis,vinum cibumq; cõmutare ac vendere, carnésq; coctas.quæ res:à plæ-
19 risque cauponatio nominatur. ¶Materiã vero ignis vniuersam:quotidie peregrinus ab ijs qui in agris id curant,emere possit,cæterisq; peregrinis
20 prout velit & quando velit iterato vendere. ¶Cæterarum rerum omniũ & supellectilium quibus vtuntur: in cõmuni foro,venditio fiat, in locis determinatis,vbi legum custodes,censorésq; vnà cum ædilibus locum designarunt,& pretia venalibus imposuerunt,& illic nummi rebus cõmu-
21 tentur, & res nummis. ¶Cõmutet vnusquisq; per seipsum neminẽ committens: quod si cõmiserit, siue receperit,siue non,quiescat oportet.nam
22 nullum talium commutationum:iudicium sit. ¶Si quid venditum,emptúmq; pluris minoris've est,q̃ lex iusserit,qua rerum venalium mensuræ & pretia constituta sunt:apud legum custodes,plus illud cõscribatur, & contrariũ deleatur.& ita de cõscriptione bonorum quæ ab incolis per-
23 egrinisq; possidẽtur fiat. ¶Liceat cuiuis,certa conditione ad vrbem migrare:& hoc ita, vt artem aliquam exerceat. nec plures q̃ annos viginti: à die conscriptionis permaneat.quo in tempore nullum incolendi vectigal soluere cogatur:nisi frugalitatis exemplum.nec emptionis,venditionísq; gratia ærario quicq̃ debeat.cum vero viginti anni exacti fuerint:accipiat
24 rem suam & abeat. ¶Q̃ꝫ si magnum aliquod beneficiũ,intra viginti annos ciuitati contulerit,velitq; pluri tempore aut etiã per vitam in ciuitate manere:fiat illi quod petierit,ratumq; habeatur,si modo consilio,con-
25 tioniq; persuaserit. ¶Incolarum filijs,si ipsi quoq; similiter opifices sint: post quintũdecimum ætatis annũ,ita coloniæ tempus incipiat,vt viginti postea maneant annos,deinde quò velint proficiscãtur.& si manere voluerint:maneãt,postq̃ similiter persuaserint.qui vero discedit,obliterata de-
26 scriptione quæ apud magistratus erat conscripta,abeat. ¶Qui deprehensus in sacrilegio erit:si seruus peregrinus've fuerit,in facie ac manibꝰ calamitate ipsius literis inusta, verberatus prout iudicibus videbitur,nudus extra fines pellatur.nam hoc supplicio:continentior forsitan efficietur,euadetq; melior.nullum enim suppliciũ à lege factũ,ad malum ten-

dit:ſed ad alterum duorum,aut vt melior,aut minus prauus qui pœnas
dedit efficiatur. verum cui talis ſuboritur in animo cogitatio: intelligat
id malum à priſcis atq; inexpiatis flagitijs,ſibi innaſci. & ideò ad expia-
tiones confugiat: & ad ſacrificia ſupplex,& ad conſortia bonorum viro-
rum,vbi partim audiat partim diſcat iuſta honeſtaq; ab omnibus eſſe co-
lenda,& malorũ conſuetudines apprime fugiat.ſi ceſſauerit morbus: be-
ne ſecum actum eſt. aliter mori ſatius arbitratus:optandum illi deſinere
viuere. ¶Si ciuis quiſpiã aliquid tale in deos,in parentes, aut in patriã 27
perpetrare & ad maximam iniuriam induxiſſe animum deprehendatur:
hunc iudex(quia ex puero bene doctus,educatúſq; à maximo ſcelere nõ
abſtinuit)ſanari nõ poſſe exiſtimet,pœna huic mors malorum minimũ.
vituperatus autem (vt alios exemplo iuuet) extra fines perdatur. Cum
enim inſanabiles,vita priuantur:id dupliciter cæteris prodeſt.nã horum
exemplo,à peccato cæteri deterrẽtur,& improbis hominibus ciuitas ipſa
mundatur.filijs vero eius,& generi vniuerſo,ſi mores paternos fugerint:
quia nati ex malo fortiter virtutẽ ſecuti ſunt,honor exhibeatur, & laus.
¶Nullius iſtorum:pecuniæ in fiſcum redigãtur,in ea republica, in qua 28
ſortes eaſdem ſemper & æquales manere oportet.ſed quãdo quis,ea quæ
pecuniarum mulcta luenda ſunt:quod ſupra ſortem poſſidetur,id impẽ-
datur,ſors integra maneat. cuius rei exactam veritatẽ:à deſcripto cenſu,
legum cuſtodes ſemper iudicibus deferant,ne quis vnꝗ propter indigen-
tiam pecuniarũ, ſua ſorte priuetur. ¶Q; ſi quis maiore damno dignus 29
videatur,nec fideiuſſore liberalitateq; amicorũ liberetur:manifeſtis,diu-
turnisq; vinculis,& cæteris opprobrijs puniatur. ¶Peccatum nullũ im- 30
punitum ſit:neq; profugus vllus,& impunis abeat.ſed aut morte plecta-
tur:aut vinculis,aut verberibus,aut ignominioſe ſedendo ſtandóq; in ſa-
cris ad extremitates regionis perductus.aut ea ratione quæ dicta eſt:pe-
cunijs mulctatus,pœnas luat. ¶Iudices capitalis criminis, ſint ipſi legũ 31
cuſtodes:& optimi quique ex eorum numero delecti,qui anno proxime
præterito functi magiſtratibus fuerint. ¶Coram accuſante,defendẽteq; 32
ꝙproxime ſeruata ipſorum dignitate, iudices ſedeant: vbi ciues qui otio
abundant,aſſint omnes, taliaq; iudicia diligenter audiãt.in quibus cum
prima oratio ab accuſatore habita fuerit:defenſor alterã dicat. deinde ſe-
nior de iudicibus : quæ dicta ſunt (omni adhibita diligentia) ſufficienter
examinet. poſt eum cæteri omnes cõſiderent.& qui nihil diſcuſſione ſua
dignũ cenſet:alteri examinationẽ ſuam relinquat.quæ tunc concluſa fue-
rint:ſcripta(inſertis omniũ iudicum ſignis)in ſacrario deponãtur. ſequẽ-
ti die ſimiliter examinent:appoſitisq; ſignis deponantur.& tertio die vbi
ſimili modo fecerint:ſacrum ſinguli ferentes ſuffragium,iureiurando af-
firment,ſe vere iuſteq; pro viribus iudicaturos, atq; ita huic iudicio finẽ
imponãt. ¶Qui principatũ ad hominis arbitrium redigit,eiq; leges ſub- 33
igit, atq; ita ciuitatem ſubijcit factionibus,& vi adhibita contra leges ſe-
ditionibus eam replet:hic vniuerſæ ciuitati hoſtis omniũ maximus iudi-

34 cetur. ¶Secundus hostis reputetur: qui non amplissimis fungatur in ea
respublica magistratibus, eas coniurationes nō animaduertit, & si anim-
35 aduertit timiditate quadam, patriæ non succurrit. ¶Vnusquisq; vir qui
alicuius pretij ciuis esse studet: eiusmodi reipublicæ hostes, in iudiciū tra-
hat. huius autem sceleris & parricidij ijdem sint iudices, iudiciúmq; simi
liter peragatur: & suffragia, quæ multitudine vincunt, morte condēnent.
36 ¶Peccata patris non luant filij: nisi pater, auus ac proauus deinceps mor
tis supplicium debeant. hos autem cum bonis suis (sorte semper excepta)
in antiquā ciuitas patriā mittat, & de filijs ciuium quibus plures q̄ vnus
sunt: non pauciores q̄ decem annos nati, eos sorte deligāt quos patres aut
aui paterni materni've nominauerint. & qui oraculo approbabitur: huic
37 feliciore fortuna, sors, & domus destituta reddatur. ¶Damnatus quis-
piam furti: si vltra sortē bona sua sufficiunt, duplū reddat. aliter in vincu-
38 lis detineatur: donec illi persuaserit cui debet, aut reddiderit. ¶Si publi-
cum furtū fuerit: tum demū à carcere liberetur, cū ciuitati persuaserit, vel
39 duplum reddiderit. ¶Legislatores: solum de honesto bono, iustóq; scri-
bere debēt. & cum ab eis leges scriptæ sunt: cæteris omnibus scriptis, ma
xime omniū præferendæ sunt: cæterorum vero scripta, probari: si illis cō-
40 sona sunt. sin minus: derideri. ¶Legislator, patris matris've personā ge-
rat: scriptáq; charitatis ac prudentiæ virtutē habeant, potius q̄ domini,
tyranniq; imperium imitantis, scribentis tantū, rationemq; nullā assignā-
41 tis. ¶Si quis aliquid simile eorum quæ aut sacrilegi, proditores, aut le-
gum corruptores cōmittunt ob insaniam, vel morbo vel senio pressus, vel
in ætate puerili constitutus, ita vt ab istis nihilo differat, admiserit: iudi-
cibus declaratus, & ipso, aut defensore referente, quòd sic affectus id com
miserit, damnū quod intulit, simplex omnino restituat, cætera sibi remit
tantur. nisi forte mundus adhuc à cæde non sit, homine prius interfecto.
42 nam tunc aliò profectus: annum peregrinetur. ¶Si autem prius q̄ consti
tutum à lege tempus præterierit, reuersus fuerit, aut etiā intra fines de-
prehendatur: in publico carcere biennio, à legum custodibus detineatur.
43 posthac liber à vinculis esto. ¶Si quis in certamine, publicisq; gymnasijs
non sponte amicum hominē interfecerit, siue confestim siue postea ex vul
neribus secuta mors sit, vel in bello similiter, vel in exercitatione bellica à
magistratibus instituta, siue nudis corporibus, seu ad imitationē veri bel
44 li armatis: secundū legem à delphico Apolline latā, mundus sit. ¶Om-
45 nes, medici qui curantes, non sponte occiderint: mundi sint. ¶Si manu
quispiā, non sponte, siue nudo corpore siue instrumēto, vel telo, vel cibo,
potúve, ignis frigoris've & fluctus adiectione, aut priuatione spiritus ali
quem interfecerit: omnino vt manu propria interfector existimetur, atq;
46 ita plectatur. ¶Si quis alienum seruum interemit, suumq; putauerit: do
mino damnū restituat, vel duplū pretij reddat. quanti vero fuerit seruus:
à iudicibus statuatur. purgationibus pluribus, maioribusq; vtatur: q̄
qui certādo aliquem interfecerit. sin vero seruū suum interfecerit: purga-

tus secundũ legem, sit absolutus. ¶Si liberorum quis non sponte homi- 47
nem interfecerit: iisdẽ purgationibus vtatur, quibus qui seruũ peremit,
& interfecti hominis gratia, integro anno exul à patria, omniq; ea regio-
ne, procul vitam agat. nam ferunt vi interfectum hominem, qui libere vi-
xit: interfectori statim post mortem proximo tempore irasci, ac propter
violentam mortẽ interfectorem ipsum, si inter suos degit (vim ad hoc sup
peditante memoria) cunctis viribus terrere, atque turbare. ¶Si is qui in- 48
terijt peregrinus fuerit: à patria quoq; peregrini, annuo tempore homici-
da pellatur. his legibus qui obtemperant genere proximi interemptis il-
lis, veniam præstent: qui etiam illis reconsiliati & æqui omnino erunt. sin
minus (cum immundi sint) templa deorum petere vel sacrificare audeãt:
genere proximi interemptis, id iudicibus deferãt, eósq; de cęde accusent,
& dupla omnia sumãt ab eis supplicia. quòd si proximi neglexerint: qua-
si scelere in ipsos reuoluto, à quolibet volẽte accusentur, & quinq; annos
patria carere cogantur. ¶Si peregrinus non sponte peregrinũ in ciuitate 49
occiderit: à volente quocunque, iudicibus deferatur, & similiter iudice-
tur. ¶Si incola id fecerit: anno exulet vno. ¶Q; si peregrinus omnino 50
peregrinum, siue incolam siue ciuem necauerit: vltra purgationem, tota 51
etiam à regione, in qua leges huiusmodi dominantur, omnem exulet vi-
tam. ac si contra leges redierit: morte à legumlatoribus puniatur. & bona
si qua possideat: proximo interfecti tradãtur. ¶Quòd si non sponte quis- 52
piam eorum, in eam regionẽ delatus fuerit, tempestatis quidem vi, & flu-
ctu maris depulsus, nauigandi oportunitatẽ pedibus mare tangens, ex-
pectet. vi autem per terram adductus: à magistratu, cui primo res delata
fuerit, soluendus est, & intactus in exilium retrudendus. ¶Qui per irã, 53
sua manu liberum hominẽ interfecit absq; voluntate interimendi, vt ver-
beribus, vel quouis modo, ita vt confestim post impetũ pœnitentia sequa
tur: simplex cædes ita facta ponatur. ¶Qui vero contumelia vel ira laces- 54
situs, in vindictæ cupiditate perseuerans, postea volens interficit, nec pœ-
nitet ita fecisse: duplicis cædis per iram factæ, reus habeatur. nam maiora
supplicia illis decet imponere: qui cõsulto per iram interfecerint, illis con
trà, qui repente, & inconsulto, leuiora. ¶Qui manu propria liberum ho 55
minem, ira concitus inconsulto occiderit: cætera quidem eadem patiatur
mala, quæ & homicidæ, qui non per iram occiderit, debẽtur. sed duobus
omnino ad iram suam coërcendã exulet annis. quòd si ex insidijs & con-
sulto occiderit: cætera quoq; similiter ac primus cogatur facere. at nõ bien
nium tantũ: sed trienniũ exulet, vt ira eius diuturnior, diuturnius punia-
tur. ¶Cum restituendorũ tempus aduenerit: legũ custodes duodecim, 56
ad fines regionis mittant, qui diligenter cõsideratis omnibus per id tem-
pus exulum actionibus, pudoris eorum receptionisq; iudices fiant. illi
vero: horum magistratuũ iudicio acquiescant. ¶Si post restitutionẽ, al- 57
teruter horum, ira commotus similiter peccauerit: perpetuo exulet. & si
rursus redierit: non aliter q̃ peregrinus, rediens puniatur. ¶Si seruus ira 58

concitus,dominũ ſuum necauerit: occiſi hominis cognati, quomodo velint ipſum interficiant,mundiq; à crimine ſint,dũmodo viuum non conſeruauerint.& ita ſi ſeruus alium liberum per iram interemerit:traditus à domino ſuo interempti cognatis, quo modo voluerit ipſum interficiãt.
59 ¶Si pater aut mater filium vel filiã quouiſmodo verberibus interficiat: perinde ac cæteri homicidæ purgetur,& triennium exulet. & poſt ipſam reſtitutionem maritus ab vxore vxòrq; à viro ſeparentur : nec ſimul am-
60 plius liberis procreandis operam dent. ¶Nullus habitet cum eo: cuius filium vel fratrem occidit. nec vnà cum eo,ſacris cõmunicet.& qui his le-
61 gibus non paruerit:impietatis reus à quolibet accuſetur. ¶Si vir vxorẽ, aut vxor virum per iram necauerit: purgetur ſimiliter,& triennium exulet.cùmque redierit: nec ſacris cum liberis ſuis communicet,nec vna men
62 ſa vtatur.alioqui vtrique:à quocunq; volẽte impietatis accuſentur. ¶Frater ſi fratrem,aut ſororem,aut contrà,ira occiderit:non aliter quàm parẽtes qui liberos interfecerunt purgetur, & exulet.nec poſt reditum:ſacris, & menſa cum illis communicet,quos fratribus aut ſororibus filijs've priuauit.hanc autem legem tranſgreſſus: vt impietatis reus condemnetur.
63 ¶Cum quis adeò victus ab ira fuerit, vt inſano iracundiæ furore parentem interemerit, ſi parens antequam mortem obiret, ſponte interfectorẽ ſuum à cæde liberauit:purgatus ſicut qui non ſponte cędem cõmiſerunt, mundus ſit. ſin vero non liberauit : multis legibus reus ſit qui necauit. nam vltimis ſupplicijs cædis impietatis ſacrilegij ſubiectus erit. quia ſacrilegio:genitoris animam abſtulit.quare ſi poſſibile eſſet ſępius aliquem
64 mori:iuſtiſſimum eſſet ſæpius parricidam interfici. ¶Si filius à parentibus interfici tentabitur: nulla lege illi conceditur, vt pro defenſione ſua parentes à quibus in lucem æditus eſt interimat. ſed omnia potius ſuſtinere præcipitur, quàm quicquã huiuſmodi committere. quod ſi fecerit:
65 parricidium,morte pietur. ¶Si orta contentione,vel quouiſmodo frater fratrem in ſe impetum facientem,& in defenſione ſua interimat:quaſi hoſte perempto purus ſit. aut ſi ciuis ciuem,aut peregrinus peregrinũ, aut peregrinus ciuem,aut contrà,aut ſeruus ſeruum:ſimiliter mundus ſit.
66 ¶Si ſeruus liberum ſe defendẽs interimat:ijſdem legibus quibus & par-
67 ricida, ſit ſubiectus. ¶Attamen quicunq; antequã moriatur,ſponte interfectori dimiſerit, ſeu frater fratri,ſeu dominus ſeruo, & ita de cæteris omnibus:quaſi non ſponte cæde commiſſa,purgetur qui interfecit,& an-
68 num exulet vnũ. ¶Qui conſulto conciuem ſuum per iniuriã manu propria interfecerit:primũ à templis,à foro,à portubus,& ab omni cœtu cõmuni, ne præſentia ſua hæc maculet, procul abſit, ſiue quis adeſſe interdixerit,ſiue nullus.nam lex ipſa interdicit,atq; ita id vetat:vt pro vniuerſa ciuitate interdicere ſemper & interdictura eſſe videatur. Deinde qui eum non perſequitur vt decet de interfecti cognatione, vſq; ad patrueles & cõſobrinos: primũ ſcelus,deorũq; odia in ipſum vertãtur.deinde reus cuiq; ſit,interfectũ vlciſci volẽti.qui autẽ perſequi volet,quę vel deluendi

críminis obſeruatione,vel de alijs quibuſcunq; deus inſtituit:pergat,ho-
micidámq; ſecundū legem pœnas dare cogat. ¶Iudíces harum rerum illi 69
ſint,quibus ſacrilegij puniendi data eſt authorítas : quí autem condem-
natus fuerit,morte pœnas luat.& quoniā non impie ſolum,ſed & impu-
denter fecit:in regione interfecti ſepeliri non debet.quod ſi fugerit,neque
iudicium ſuſtinuerit: perpetuo exulet. ¶Si vnq̃ citra fines fuerit depre- 70
henſus: qui prius illi obuius erit cognatorum interfecti,vel ciuium, im-
pune interimat,aut vinctū magiſtratibus tradat, huius rei iudicibus oc-
cidendum. ¶Si quis hunc defenſurus acceſſerit:pro eo fideiubeat quem 71
tutatur,treſq; is fideiuſſores,quos iudices ſufficientes putauerint,addu-
cat,qui iudicio illum ſe daturum promittāt. ſi id facere noluerit,aut nō
potuerit: vinctus à magiſtratibus, iudicio reſeruetur. ¶Si non propria 72
manu,ſed voluntate,conſilio,inſidijsq; hominē interfecerit:cū ipſe cauſa
cædis ſit,animóq; impurus,ſi in ciuitate habitet,condēnatus ſimiliter pu
niatur. non tamen fideiuſſores præbebit: & condēnatus ipſa non carebit
ſepultura. ¶Hæc eadem peregrinis aduerſus peregrinos & ſeruis aduer 73
ſus ſeruos:ſi conſilio & inſidijs non propria manu cædem cōmittant,effi-
ciantur. ¶Si ſeruus liberū ſponte,ſiue propria manu,ſiue cōſilio intere- 74
mit,condēnatuſq; fuerit:trahatur à publico lictore atq; vindice ad interfe
cti monumentū,vel vnde illud cernere queat,verberatuſq; prout iudicio
eum conuicit,ſi ita cæſus adhuc viuat,ad necem vſq; cædatur. ¶Si quis 75
ſeruum nihil iniuriantem , timens ne turpe quid à ſe factum indicet, vel
alia huiuſmodi cauſa inductus, morti tradat : quaſi ciuem necauerit, ſic
puniatur. ¶Si quis in tam miſeram calamitatē inciderit,vt patrem,ma- 76
trem, fratrem, filiūmve ſponte atq; conſulto, vita priuauerit: à publicis,
ſacriſq; locis arceatur,& vades requirantur.& qui huiuſmodi cædis con-
demnatus fuerit:tam à iudicū miniſtris,q̃ à magiſtratibus occidatur,tra
haturq; extra vrbem, in ſtatutū triuium nudus, vbi ſinguli magiſtratus
pro vniuerſa ciuitate, in mortui caput lapidem mittāt,atq; ita ciuitatem
omnē purificent. deinde vltra regionis fines portatū:inſepultum eijciāt.
¶Ei qui ſibi mortem conſciuerit:ſepultura ſolitaria fiat,vbi alius nemo 77
condatur.& in ijs locis ſepeliatur:quę de duodecim regionis partibus vl-
tima,deſerta,innominataq; ſunt. ſic obſcurus: vt nec ſtatua, nec inſcripto
nomine,ſepulchra notentur. ¶Si iumentum aut aliud animal hominem 78
interficiat, niſi in publico certamine:interfecti hominis propinqui,id iu-
dicibus deferant,& damnatū extra regionis fines interficiant. ¶Si quid 79
inanime præter fulmen,aut aliud telum diuinitus miſſum,anima homi-
nem priuauerit: genere propinquus interfecto, proximum in vicinia ad
hoc conſtituat iudicem. & quod damnatum fuerit(vt de animalibus di-
ctum eſt)exterminetur. ¶Si quiſpiam vita priuatus reperiatur, & igno- 80
tus homicida ſit,nec diligēti inquiſitione reperiatur:in foro,publico prę
conio prędicetur,vt qui hunc vel hūc necauit(quia cędis reus ſit)ſacra lo-
ca nō ingrediatur,& vniuerſam deſerat regionē,alioqui deprehēſus occi-

81 detur,& insepultus extra regionis fines eijcietur. ¶Qui noctu furem,do
82 mum suam ingressum interimit:mundus sit. ¶Qui spoliatorem in defen
83 sione sua vita priuat:similiter mundus sit. ¶Qui mulierem liberam, aut
puerum ad rem veneream vi subigit:impune,non ab eo solo cui vis illata NOTA
84 est,verum etiā à patre,fratribus,filijs,vita priuetur. ¶Si maritus eum,
85 qui vim vxori infert,perimat:lege mundus sit. ¶Si quis voluerit,cogita-
ueritq; amicum hominē ex iis quos lex prohibet,interficere,vulnerauerit
autē nec interficere potuerit:in vicina ciuitate,per totā vitam exulet,nul-
lo rerum suarū omniū,fructu carens,dāno prius restituto si quid obfuit
86 vulnerato,quod à iudicio eius rei fuerit constitutū. ¶Iudices sint:qui cæ
87 dis essent,si vulneratus obijsset. ¶Si parētes filius,aut seruus,dominū cō
88 sulto vulnerauerit: ita fecisse cōuictus,morte scelus luat. ¶Si frater fra-
trem,aut sororē,aut cōtrà,vir vxorē,vxórve virū interficiendi cōsilio vul
89 neret: perpetuo exulet. ¶Si filij,filiæ've pueri sint, adhuc exulanti: rem
eius familiarē tutores administrēt,qui eos orbos tutentur.sin adulti:res
90 ipsas habere permittantur, alere tamen exulem non cogantur. ¶Si quis
vero liberis carēs,in huiusmodi calamitates inciderit:cognati eius vsq; ad
sobrinos,consobrinósq; tam ex virorum,q̄ ex mulierū parte conueniāt.&
vnà cum legū custodibus,sacerdotibúsq; cōsilio habito,in exulātis domū
vnamquidem,de quinq; milibus & quadraginta domibus ciuitatis,hæ-
redem constituant. oportet enim vt ciuitas q̄ sanctissimas, & felicissimas
pro viribus domos possideat. Ideóq; primo domus secundū legem expie-
tur: & ex præstantissimo, fortunatóq; genere, in quo plures adolescentes
sint, quorū vnum quasi filium adoptent, deúmq; precati felicioribus pa-
trisfamiliās auspicijs, prolis propagatorē, successorē domus,hæredémq;
secundū legem constituāt. eum vero qui peccat: sine nomine,sine liberis,
91 sine sorte vlla, iacere patiātur. ¶Vulneris ira facti qui cōdemnabitur,si
sanabile fuisse vulnus,euentus ipse monstrabit:duplum damni restituat.
sin vero insanabile: quadruplum.quod si sanabile etiam fuerit,at vulne-
92 rato ingentem afferat deformitatē:quadruplum soluat. ¶Si quis non so-
lum obfuit vulnerato, verum etiā patriæ nocuit, quòd milite ipsam ad-
uersus hostes priuauerit: similiter puniatur, ac præterea damnū ciuitati
restituat,& vltra eam quā debet militiā, pro vulnerato etiam militet, &
quicquid illi gerendū erat in bello,ipse agat.alioqui reus sit,cuilibet vo-
lenti eum accusare neglectæ militię:& triplum quadruplúmve,prout vi-
93 sum fuerit iudicibus,restituat. ¶Si germanus germanū similiter vulne-
rauerit:cōtribules & cognati vsq; ad sobrinos cōsobrinósq;,ex viris simul
& mulieribus conuenientes,tam viri q̄ fœminæ, iudicent,genitoribusq;
ipsum tradant,vt ipsi secundū naturā puniāt.ꝙ si punitio ambigua fue-
rit:propinqui ex parte viri determinēt.si ipsi tandē non possint:ad custo-
94 des legū,causam deferāt. ¶Si nati,nepotésve tale quid genitoribus intu-
lerint solum:ij iudicent qui annū sexagesimū trāsegerint,quibus veri non
adoptiui liberi sint.& condēnatus: aut morte,aut grauiore,aut nō mul-

to minore supplicio puniatur. nec quisquam de genere suo, etiam si æta-
tem à lege præscriptam transegerit: iudicet. ¶Si seruus liberum ira con- 95
citus vulnerauerit: à domino tradatur vulnerato, vt arbitratu suo, iniuriā
vlciscatur, nisi malit damnum recuperare. ¶Si id serui, vulneratiq; ma- 96
litia per compositionē factū fuisse quis ambigat: ad iudices deferat. quod
si id non conuicerit ita esse: triplum damni restituat. sin vero conuicerit:
seruitutis reum habeat eum, qui dolose cum seruo egit. ¶Qui nō spon- 97
te aliquem vulnerauit: simpliciter damnum persoluat. nā nullus legūla-
tor imperare fortunæ potest. & iudices sint: à quibus quantum damnum
fuerit, declaretur. ¶Quilibet seniorem, & re, & verbo colat. nam existi- 98
mandum cunctis semper est: seniorem non paruo interuallo iunioribus
præponendum, & apud deos, & apud homines, qui feliciter victuri sint.
¶Si viginti annis minor est: quasi patrem, si vir fuerit, aut matrem si mu- 99
lier, reuereatur. ¶Peregrinū audentem ciuem cædere: si qui cæditur pu- 100
niendum censet, ad tribunos plebis perducat, nec ipse verberet, vt eo ma-
gis à cędendis ciuibus abstinendum esse demonstret, quando etiam à per-
egrinis se cōtinet. tribuni autem diligenter inquirant: & si peregrinus in-
iuria ciuem percusserit: verbera totidem illi publico flagello reddantur,
ne quid tale amplius impudenter audeat. sin vero innocens peregrinus
videbitur (minis eo castigato qui perduxit) ambos dimittant.

HECATONOMIARVM QVINTI LIBRI FINIS.

HECATONOMIARVM, CENTVM ALIAS PLATONICAS LEGES CONTINENS, LIBER SEXTVS.

SI AEQVALIS AEQVALEM VEL PAV- 1
lo maiorem, qui nondum pater sit, neq; vtriq; se-
nes sint, verberibus cædant: secūdū naturā nu-
dis manibus se defendant. ¶Si quis annos vltra 2
quadraginta natus: siue alium inuadendo, siue
resistendo cædere quenq̄ audeat: seruilis, rusti-
cusque habitus, hoc opprobrio satis punitus vi-
deatur. ¶Qui viginti annis vel pluribus natu 3
maiorem pulsauit: qui forte interfuerit, si nec mi
nor, nec æqualis sit, prohibeat. & si non prohibuerit: secundum leges
improbus habeatur. & qui monitis obtemperauerit: modestus, atque
mansuetus, siue æqualis, aut minor verberato sit: eum vt fratrem, aut pa-
trem defendat. ¶Iudicio subiectus sit: qui seniorē verberauit. & si dāna- 4
bitur: non minore q̄ annuo tempore vinciatur. imò etiā maiore: modo id
iudicibus videatur. ¶Si peregrinus vel incola viginti annis vel pluribus 5
seniorē pulset: præsentes modo consimili opitulentur. & qui condēnatus

fuerit:si peregrinus est,non vrbis incola, bienniũ vinciatur.si autem inco
la:vt qui legibus non obtemperat,trienniũ,nisi iudices iudicauerint diu-
tius detinendum.qui vero præsens fuerit nõ opitulatus,de primo censu:
mina damnetur. de secundo drachmis quinquaginta.de tertio:triginta. 50
de quarto vero: viginti. & horum iudices sint ductores exercitus,præfe- 30
6 cti ordinum,tribuni, equitúmq; magistri. ¶Si quis non furiosus patrẽ 20
aut matrem,eorúmve superiores pulsare ausit: primũ quidem, qui præ-
sentes erunt opem ferant, & incola vel peregrinus si opitulabitur,in pu-
blicis certaminibus tanq̃ præses præponatur.sin minus:à regione vniuer
sa exterminetur.sin autem incola non sit:auxiliatus quidem laudem, nõ
auxiliatus vero vituperiũ consequatur.seruus opitulatus: liberetur.non
opitulatus:centies publico cędatur flagello,& si in forò id contigerit:ibi-
dem à venalium rerum curatoribus puniatur.in alijs autem vrbis parti-
bus:ab ædilibus qui præsentes fuerint.extra vero vrbem si id factum fue
rit: ab ijs qui curandis agris tunc præsident, & si quis ciuium seu vir seu
mulier, adolescens aut senior affuerit : defendat protinus ,scelus procla-
mans. quòd si auxiliari noluerit: malorum imprecatione secundũ legem
7 prematur. ¶Cum vero pulsasse parentes condẽnabitur: primum perpe-
tuo exulet, & à sacris omnibus arceatur . à quibus si minus abstineat : à
principibus agri,verberibus,& omnino vtcunq; voluerint plectatur. & si
8 ab exilio reuertatur:morte peccata luat. ¶Quicunq; liber cũ huiusmodi
homine comedet aut bibet,aut aliquo pacto vnà quicq̃ geret, aut tanget,
aut sponte loquetur:is neq; templum ingrediatur,neq; in forum,nec om-
nino per ciuitatẽ proficiscatur anteq̃ mundetur.nã putare debet:scelerati
9 se cõmercio contaminatũ. ¶Q; si non obtẽperauerit:quicunq; magistra-
tus id senserit,si non cõfestim punierit,maximarũ iniuriarũ reus habea-
10 tur. ¶Si seruus liberum hominẽ siue ciuem siue peregrinũ pulset:præsen
tes quilibet auxilium afferãt,pulsatóq; succurrãt,vinciantq; pulsantem.
vinctum tradãt illi cui fecit iniuriã:qui in cõpedibus teneat,eumq; vt vo
let,verberibus pulset.ita tamen vt nullum inferat damnum.deinde domi
no secundũ legẽ reddat. si seruus ipse pulsato suaserit solutione se dignũ
iam esse: præsentes autem si non opem tulerint, prædicta secundũ census
11 mulcta puniantur. ¶Qui superiorũ indignationẽ non timet,nec inferio-
rum supplicia veretur,quasi sciens quæ nescit dicta à priscis despiciens:is
vltimo vt auertatur,expieturq; indiget supplicio.nã legum aliæ ad bono-
rum hominũ doctrinã ponuntur: vt per eas intelligãt,quo pacto inter se
amice versentur.aliæ ad cõpescendã illorum pertinaciã:qui indomiti na-
tura, spretáq; omni disciplina, nulla ratione mouentur, quin ad omnem
ruant improbitatẽ.& hi:vltimo ad eorum expiationem, indigent suppli-
cio.mors tamen vltimum non est: sed extrema magis sunt inferorum sup
plicia.quæ licet verissime narrentur:auertere tamen huiusmodi scelerato-
rum animos nequeunt.quoniã si auerterẽt:nulli qui parẽtes scelerate pul
12 sarẽt,vnq̃ reperirẽtur. ¶Nemo ferat, asportétq; rem alienã:aut vicini re

vlla vtatur, nisi possidenti antea persuaserit. hinc enim mala omnia, quæ narrata sunt, dependerunt: pendentq; iam, ac in posterum dependebunt. & horum quinq; sunt genera. Primum: quãdo publica sacra, sanctáq; tolluntur. Secundũ: quando sacra priuata, atq; sepulchra violantur. Tertiũ: in res parẽtum. Quartũ: quando cõtemptis magistratibus, rem illorum abducit, illâ ve vtitur, anteq̃ illis persuaserit. Quintũ: cum ciuis alicuius, ciuilis dignitas læditur, quę læsio omnino vltionẽ poscit. ❡Si quis impie 13
quicq; agit, loquitúr ve in deos: qui præsens fuerit, defendat, magistratibúsq; significet, qui ad harum rerum iudices deferãt. qui autem audiens non significauerit, aut significatum non detulerit: impietatis reus habeatur. & qui velit: pro vltione legum prosequatur. impij igitur cõdemnati: pro singulis quibusq; impie cõmissis, singulis afficiãtur supplicijs. à deo enim nullus vnquã seu bonus siue malus sit, negligitur: nec si ita paruus sit vt in terræ profundũ ingrediatur, nec si vsqueadeò sublimis fiat, vt pennis eleuatus in cælum volet. sed iniquus cõuenientia supplicia dabit: siue hic manens, siue ad inferos profectus, siue ad remotiorẽ aliquem inaccessibilẽmq; locum trãslatus. Qui igitur ex paruis in magnos viros per magna scelera euasisse cernuntur: nec id deum negligere putẽt. imò cum felices esse credantur, cum reuera sint miseri: dabunt acerbas suæ miserię pœnas. ❡Tres sint carceres. vnus in foro rerum venalium. vbi multi ne fu- 14
giant, custodiãtur. Secundus vbi cœtus eorum fit, qui nocte cõgregatur, appelleturq; correctionis carcer. Tertius: in media regione, vbi q̃maxime desertus syluestrisq; locus est, appelleturq; supplicij carcer. ❡Impios qui 15
nõ malis moribus, sed amentia quadã tales facti sunt: in correctionis carcerem, non minus q̃ quinquenniũ permãsuros, iudex conijciat. quo in tẽpore: nullus cũ ipsis ciuium colloquatur, præter eos qui nocturni cœtus participes sunt. illi vero admonentes: ad salutẽ animæ eorum colloquantur. & cum vinculorũ tempus exactum fuerit: qui modestior factus fuerit, cum modestis habitet. q si rursus impietatis crimine dãnabitur: morte plectatur. Sunt enim hi impij: qui deũ diuinaq; esse non credunt. tamẽ propter iustum aliquẽ naturæ affectũ: malos oderunt. & odio quodã aduersus iniustitiã moti: ab iniurijs abstinent. iniquos fugiunt: iustos vero homines diligunt. at id malum habent: q aduersus deos, aduersus sacrificia, & iusiurandũ, plane obloquuntur. fieriq; potest: vt ita alios deridendo, multos sibi similes impiósq; reddant, nisi puniantur. ❡Impij, qui pa- 16
riter sceleratis sunt moribus: in carcerẽ supplicij conijciantur. Qui igitur hoc impietatis genere maculãtur: à carcerũ vinculis nunq̃ eximantur, nec vllus liber vnq̃ ad eos accedat. sed statutũ ipsis à legumlatoribus cibũ: serui afferãt. & vita functi: extra regionis fines, insepulti iaciantur. si quis liber sepelierit: impietatis crimine accusetur. Sunt enim illi: qui deorũ pręsentia, destituta credunt omnia, eósq; nusq̃ esse. quiq; ad dolores fugiendos, voluptatésq; prosequendas: proniores sunt, & ingẽti acumine & memoria pollentes. nã hi dolis & insidijs pleni sunt: & ex his multi sortilegi

Videtur hic Plato alludere ad versũ psalmi, si ascendero in cælum tu illic es: quasi ipsum aliquãdo aut legerit aut audierit.

IMPII NOTATE

fiunt,omnia temeritati, & fortunæ tribuentes, ad omne veneficij malefi-
cijq́; genus prompti.nōnunq̃ ex his tyrāni fiunt exercituū duces:nonnū-
quā cōcionatores,& qui per ſolennitates,priuatis inſidiātur.homines ſo
phiſtarū more captiunculis decipientes: & hac diſſimulatione ſcelera pa-
17 riunt.& hi non vna tantū morte ſed pluribus digni ſunt. ¶Similiter qui
deos eſſe credunt,ſed aut negligere hominū facta putant,& nullam illis
curā eſſe prouidere,aut ſi curāt facile victimis & oblationibus ſuarū iniu
riarum placabiles: mediterraneorū carcerum vinculis condēnentur: vt &
18 ij,qui dei præſentia,deſtituta omnia credunt. ¶Conſimili mulctæ,dāna
tioniq́; ſubiaceāt:qui quomodocūq; deos credunt,ſed defunctos ſe trahe-
re:conſulereq́; dicunt.quiq́; profitētur ſe deos ipſos cātibus,ſacrificijs,vo
tisq́; mulcere:& hoc lenocinio conantur domos,& ciuitates vniuerſas,pe
19 cuniarū gratia perdere. ¶Sacella nemo in priuata domo,ſed ad publica
ſacrificaturus accedat:& ſacerdotibus hoſtiā præbeat,qui curam harum
caſtiſſime gerunt,quibuſcum & ipſe oret: & quicūq;,cum eo ſimul orare
velint. Sic enim non erunt paſſim domus & vici:à mulierculis & imbecil
lioribus,aris,ſacellis,ſtatuiſq́; repleti.ſolent enim vbi indigent & in peri-
culis, & vbi remedia ſingulis afferre conātur: ſemper conſecrare hoſtias,
ibi vouere,& ſtatuas polliceri.præterea impiorum cauſa, id faciendū ne
putent(cum in infinitū iniuſtitiā augeant:ſacella & aras ſuis in domibus
20 ſtatuentes)deos clàm votis,ſacrificijsq́; placare. ¶Qꝫ ſi quis,priuate ſa-
cra habuiſſe,ſacrificaſſeq́; alibiq̃ in publicis deprehendatur: qui ſenſerit,
ad legum cuſtodes deferat.qui ſeu vir,ſeu mulier,nihil vltra magni ſcele
ris admiſiſſe deprehendatur : iubeatur priuata ſacra ad publica deferre.
21 ſi vero non deferat:mulctetur donec deferat. ¶Si quis nephariam impie-
tatē ſeu priuatā ſeu publice ſacrificando cōmiſerit, & non puerilem erro-
rem:morte,vt impure ſacrificans,mulctetur. an vero error puerilis ſit,an
22 nepharia impietas:cuſtodes legum iudicēt. ¶Nec tua quiſq̃ pro viribus
tangat,nec moueat tuorum quicq̃ etiam minimū:niſi tibi perſuaſerit.atq;
23 idem cū mentis cōpos fueris:alienis in rebus efficias. ¶Theſaurum quē
quicūq; & ſibi & ſuis depoſuerit,qui tuorū parentū non erat:nec reperire
vnq̃ optaris.nec ſi repereris:moueas.nec ariolis,depoſitū accipere conſu-
lentibus:credas.& vt vno pene verbo dicatur:quæ non depoſuiſti ne tol-
las.nā quæ immobilia ſunt: mouere(vt publicę famę credendum eſt)nec
24 vnq̃ generationi liberorū prodeſt. ¶Qꝫ ſi quis eorū quę nō depoſuit tol-
lat:qui primus viderit,iudicibus indicet,ædilibus quidem in ciuitate,in
agro agrorū curatoribus, in foro curatoribus venaliū rerum . & quid ex
oraculo tam de pecunia q̃ de eo qui ſuſtulit dictū fuerit:ciuitas cōfirmet.
25 ¶Qui indicauit:ſi liber fuerit,in virtutis veniat opinionē.ſin ſciēs celaue
rit: in opinionē vitij.ſi ſeruus indicauerit:ciuitas eū,pretio eius domino
26 dato,liberet.ſi ſciens celauerit:morte plectatur. ¶Si quis rem ſuā alicubi
volens,aut etiā nolēs reliquerit:non tāgat qui forte repererit.ꝙ ſi quis in
domū ſuā aſportauerit:ſi ſeruus fuerit,à quolibet obuiā facto,ānos vltra

triginta nato, verberibus multis pulsetur. si liber: illiberalis, præuarica-
torq; habeatur, & decuplum rei quam mouit ei qui reliquit, restituat.
¶ Cum quis aliquid rerum suarum ab altero teneri conqueritur, quod 27
alter habere quidem fatetur, sed eius qui petit esse negat: si res apud ma-
gistratus conscripta est, secundũ legem vocetur is, qui tenet ad magistra-
tus. réq; ex conscriptione patefacta: si alterius de aduersarijs res esse de-
prehendatur, ille habeat. si vero neutrius sed absentis cuiusdã si sufficien-
tem fideiussionẽ non dederit qui tenet, absenti rem traditurum: dare co-
gatur. ¶ Si apud magistratus res de qua agitur conscripta non sit: apud 28
tres inter magistratus seniores, vsq; ad latam sententiam deponatur. & si
animal est de quo ambigitur: is qui è causa exciderit, lata sententia magi-
stratibus ipsis impendium alimẽtorum restituat, & tribus diebus id iudi-
cium absoluatur. ¶ Mentis quilibet compos: seruũ suum ducat quo ve- 29
lit, honeste ipso vsurus. ducat etiam & amicorum quos velit: vt fugitiuũ
recipiat ad gratiam. ¶ Si quis aliquem, vt seruum ductum, ad libertatem 30
vendicet: dimittat quidem qui sustulit. qui vero ita ductus est: si tres fide-
iussores fide dignos prębuerit, sic iure sit ereptus. aliter si abduxerit: vim
intulisse videatur, damnatúsq; duplum damni ei restituat, à quo abstulit.
¶ Suum quisq; libertum ducere possit: si ab eo non colitur, aut non suffi- 31
cienter colitur. ¶ Cultus est: primum vt ter domini domũ mensibus sin- 32
gulis veniat, paratúmq; se ostendat facere quicquid honestum, possibileq;
sibi est. deinde vt de matrimonio faciat quicquid domino visum fuerit:
nec sibi liceat, maiores diuitias comparare, q̃ ille possideat qui liberauit.
quicquid autẽ plus habuerit: domino detur. ¶ Libertus sicut & peregri- 33
ni: vltra viginti annos in ciuitate non maneat. sed post id temporis: bonis
suis acceptis abeat, nisi domino quondã suo, & magistratibus persuase-
rit. ¶ Si liberti aut peregrini alicuius bona, tertiũ censum excesserint: tri- 34
cesimo die, postq̃ id deprehensum sit, rebus suis acceptis, recedat, nec vlla
illi vlterius manendi facultas à magistratibus concedatur. qui huic legi
non obtemperauerit: morte plectatur, & bona sua in publicum redigan-
tur. ¶ Hæc tribuum iudices cognoscant: nisi prius per vicinos & arbitros 35
litigantes conciliati sint. ¶ Si quis animal, aut rem aliam, suam esse dicit: 36
qui id habet ad eum referat qui vendidit, aut qui legitime, sufficientérq;
donauit, aut alio modo iure tradidit. & si is ad quem retulit: ciuis sit, aut
vrbis incola: veritas, intra triginta dies inueniatur. sin extraneus sit: intra
menses quinq;. ¶ Quæcunq; emendo, vendendóq; commutatur: in statu- 37
to fori loco permutetur, dando, accipiendóq; vltro citróq; rem, & rei pre-
tium ilico. nec alicubi alibi: nulláq; emptio aut venditio, ad terminũ fiat.
¶ Si aliter, aut in alijs locis permutatio facta fuerit: nullum sit secũdum 38
legem de ipsa iudicium. ¶ Nec de collatione: cum nonnulli ad aliquid in- 39
ter se agendum pecuniam vel quoduis aliud conferunt, iudicium redda-
tur. ¶ Venditor qui pretium rei venditæ non minus q̃ triginta drachmas 40
accepit: decem dies in ciuitate necessario expectet, nec diuersorium eius

41 emptor ignoret. ❡Si quis seruum vendidit phrenesi,vel calculo,vel strã-
guria,aut alia quauis plurimis occulta,& lõga & insanabili corporis aut
animi ægritudine laborantem: si medicus emit, aut gymnasticus,redde-
re non liceat.sed nec etiam quando venditor emptori cuiuis:veritatẽ prę-
dixerit.at si artifex aliquis,huiusmodi rerum peritus,ignato ac rudi cui-
piam tale aliquid vẽdidit:qui emit,citra sex menses aut annum,vbi mor-
bus ad annum haberet paroxismũ, reddere possit.iudicium vero harum
rerum apud iudices agatur,quos cõmuni consensu litigantes elegerint.
& qui condemnatus fuerit:duplum pretium quo vendidit,emptori per-
42 soluat. ❡Si imperitus imperito vendiderit: redditio, iudiciumq; fiat.&
43 qui conuictus fuerit:simplex pretium deferat. ❡Cum quis homicidam
vendidit:si sciens quidem scienti,non reddatur. si nesciẽti:tunc reddatur
cum sciuerit emptor. & id iuniores de legum custodibus,quinq;:cogno-
scant. q̃ si non ignorasse inuenietur:emptoris domum primo secundũ le-
gem interpretũ, à piaculis venditor purget.deinde pretij triplum:illi de-
44 ponat. ❡Qui nummũ pro nummis,aut quæuis alia quęcunq; cõmutat:
nec afferat aut accipiat adulteratũ quicquã, legẽmq; istam diligenter ob-
45 seruet. ❡Nemo dijs inuocatis,mendacium dicat,aut decipiat,aut adul- NOTA
terare verbo vel re quicq̃ audeat: nisi deo velit odio esse. deo enim primũ
odio est:qui falsò iurat.nam ipsum paruipendit.secundò:qui corã maio-
ribus se mentitur. maiores autem sunt seniores, parentes, & reipublicæ
46 principes.qui id enim facit:nec deum veretur,nec homines colit. ❡Qui
vendit in foro aliquid: nunq̃ suæ rei venalis, duo pretia dicat.& laus rei
venalis,& iuramentũ longe absit. & cum simplex pretium imposuerit: si
non vẽdiderit,referat iterum,& eadem die nec maius nec minus pretium
47 petat. ❡Eum vero qui hanc legem transgreditur:quilibet ciuis non pau-
ciores quàm triginta natus annos,cum iurantem audierit impune verbe-
48 ribus cædat. quod si non fecerit: legum proditor habeatur. ❡Qui legi
non obtẽperauerit,remq; adulteratã vendiderit,quicunq; aduertit,ac po
test,arguat:& si seruus,aut inquilinus coram magistratibus redarguerit
rem adulteratã,aut re,aut verbo,mendacio,aut iuramento,secum aspor
tet.ciuis vero si accusare neglexerit:improbus habeatur.Sin accusauerit,
conuiceritq;:sacræ ædi dedicet.venditor autẽ non solum reipsa priuetur:
verũ etiam tot verberibus publice cædatur,quot drachmas vẽdebat,præ-
49 conum voce, causa cur verberetur,declarata. ❡Vendentium omnẽ mali-
tiam,adulterationẽsq; rerum venalium:curatores, custodesq; legum, ab
hominibus harum rerum peritis,diligenter inquirant.& in columna cõ-
scriptas in foro proponant: vt plane ex his pateat, quid oportet,& quid
non,vendentes facere.sic & in columna,primæ ædilium constitutiones,
& quæ ipsi ædiles cum legum custodibus habito concilio suppleuerint,
50 conscribantur. ❡Danda opera,vt q̃ minimo cauponum genere in ciuita
te vtamur:atque his hominibus cauponandi artes cõmittendæ sunt,qui-
bus corruptis,non magnum ciuitas detrimentũ incurrat. attamen,quo-

rum animi non facile impudentia, atq; illiberalitate repleantur. ¶Nul- 51
lus eorum, qui de quadraginta & quinq; milibus domorum sunt: cau-
po, mercatorq́; nec sponte nec inuitus fiat. nec priuati cuiusquam fiat mi-
nister: qui non ex æquo in eadem sorte sibi respondeat, nisi patris ac ma-
tris, aliorúmq; maiorum, cæterorúmq; seniorum qui liberi sunt, & libere
uiuunt. ¶Liberum & non liberum discernatur ab optimatibus. ¶Eum 52
qui illiberali cauponationi in aliqua arte operam dederit: volens quili- 53
bet ad optimates virtutéq; primos, quasi generi suo dedecori sit accuset.
& si paternam domum indigno studio maculasse deprehendatur: ab hoc
opere, vinculis vnius anni arceatur. & si iterum lapsus fuerit: bienniũ vin
ciatur. ac deinceps quoties peccasse deprehendetur: duplo tẽpore semper
detineatur. ¶Peregrini duntaxat, & aduenæ: cauponarias artes sequan- 54

CAVPONES TABERNARII

tur, vt rerum adæquatio fiat. nam cauponatio in ciuitate: nõ nocendi gra
tia, sed contrà, omnino naturaliter adinuenta est. nũmularius enim, mer-
cator, mercenarius, & hospitalis diuersorij magister: rem pecuniariã im-
moderatã & inæqualẽ, ad æqualitatẽ modũq; redigũt & indigentiã sup-
plere, rebusq; æqualitatẽ præbere conantur, modo mediocritatẽ excessui
anteponãt. verũ vulgus cõtrà omnino facit. immoderata enim cupit: & cũ
mediocriter lucrari liceat, inexplebili lucri cupiditate vexatur. & nunc in
desertis locis, ad quæ multæ longæq; ducunt viæ: cauponandi gratia do-
mos ædificant. optatóque diuersorio, viæ erroribus fessos aut tempestate
pulsos suscipiunt: & caloribus pressos recreãt vt amicos. deinde non tanq̃
amicos, hospitalibus muneribus donatos, remittunt: sed vt inimicos atq;
captiuos, crudeliter eos se redimere cogunt, rebusq; omnibus spoliant.
hæc turpiter facietes: vt huiusmodi studia quæ indigentibus opem ferãt,
calumniæ sint subiecta. quocirca, omnia hominũ genera, quæ in caupo-
natione, mercatura, diuersorióq; versantur: calumniæ, & opprobrio sub-
iacent. ¶Peregrini illi, vel aduenæ: aut q̃ optimi, aut q̃ minime mali sint. 55
nam in his artibus versantur: quibus ad improbitatẽ, facilius impellun-
tur. quos iccirco custodes legum obseruare oportet: ne à probitate dimo-
ueantur. ¶Cum cauponatio multiplex sit atq; varia: custodes legum, cũ 56
peritis singularum rerum conueniant. & quæ ciuitati necessaria videbun
tur: ea fieri primo constituãt. deinde impendio & emolumento diligẽter
examinato: quid mediocre cauponi lucrum sit, videant. & tam impendiũ
q̃ emolumentũ cõscribãt. sic enim ferme: cauponãdi artes singulis prode-
rint, & minime oberint. ¶Si quis non videatur pacta seruasse: vbi vicini 57
aut arbitri non prius reconciliauerint, tribuum iudices cognoscant, nisi
lex aut decretũ prohibeat, aut necessitas & vis illata coegerit, aut inopi-
natus casus inuitum detinuerit. ¶Si artificum aliquis, in tempore sta- 58
tuto, opus per malitiam non absoluerit: primo, deo pœnas dabit, quem
minime vereri videtur, & reus factus operis quod in tempore non fecit,
mercedem persoluat, ac ab initio rursus ab eodem spatio temporis, opus
gratis efficiat. ¶Quod venditori, de rerum venalium pretio lex mandat: 59

idipsum & opifici,ne pluris quàm æquũ est ipse suum liceatur opus, sed
ꝗ simplicissime & vt dignũ est licitatio fiat.non enim ignorat artifex: quo
pretio opus suum dignũ sit. nec decet in ciuitate artificem:arte sua rudes
60 decipere. ¶Qui operis accepit mercedem & quo tempore pactus est nõ
obtulerit: duplum reddat.& si annus prӕterierit (quãuis pecuniæ acce-
ptæ mutuo:sine vsura reddi debeãt)hic tamen pro singulis drachmis,sin-
gulas sextas drachmæ partes mensibus singulis det.& harum rerum cau
61 sas,tribuum iudices cognoscant. ¶Qui liberos habet & testamentũ con-
dit:primo hæredem de filijs vnum,quẽ dignum putauerit constituat.de-
62 inde quẽcunqꝫ aliorum adoptandum alijs dederit:conscribat. ¶Si filio-
rum aliquis superest nulla hæreditate munitus,quem secundũ legem in
coloniam profecturum sperat:huic liceat patri de alia pecunia quantũ ve-
lit legare,paterna sorte semper excepta & omnibus quæ ad illã pertinent.
63 quòd si plures sint:eis quæcũqꝫ vltra sortem sunt,vt velit distribuat. ¶Si
alicui eorum iam domus est:ei pecunias non tribuat, neqꝫ filiæ similiter
64 quæ viro sit desponsata.si autem desponsata nõ fuerit:tribuat. ¶Si filio-
rum filiarúmve alicui,sors aliqua in regione,post conditum testamẽtum
65 aduenerit:ipsius testatoris hæredi relinquatur. ¶Si autem nõ filios,sed
filias habet,qui testatur: cuius filiæ velit virum hæredem sibi,ac filium
66 fore cõscribat. ¶Si alicuius filius,seu naturalis siue adoptiuus,anteq̃ to-
gam virilem assumat decesserit: has etiã fortunas suas,testator significet.
& quem velit: loco illius(melioribus auspicijs)filium sibi fore declaret.
67 ¶Si quis absque liberis omnino, testamentũ condit:decimã partem fun-
di vltra sortem acquisiti,leget cuicunqꝫ voluerit.cætera omnia futuro per
adoptionem filio, benigne sine querela,& secundũ legem tribuat.neqꝫ li-
ceat(tametsi id antiqua lex scripserit)cuique vtcunqꝫ velit,cũ moriturũ se
suspicatur,simpliciter sua disponere.nam nos,resqꝫ familiaris omnis:nõ
tam nostra quàm generis nostri prҽteriti,atqꝫ futuri,& multo magis vni-
uersæ ciuitatis.quæ cum ita sint: si quis assentatiunculis in morbo & se-
nio quempiam aggressus,prҽter honestum testamentũ condere persuase-
68 rit,nunquam id fieri lex permittat. ¶Si cui liberi tutoribus indigent,&
idem moriens testamento tutores quoscunqꝫ & quotcunqꝫ velit constitue-
69 rit,qui tutandi officium suscipere velint: ita fiat,sicut descripserit. ¶Sin
vero intestatus,naturæ concesserit,vel tutores non conscripserit:qui gene
re proximi sunt,duo ex parte patris,duóqꝫ ex parte matris,atqꝫ vnus ex
70 mortui amicis tutelam suscipiant. ¶Q uindecim cæteris seniores ex le-
gum custodibus: orphanorũ omnium quinquennio curam sic habere vo
lumus,vt terni pro dignitate singulis annis curent.& exacto quinquen-
71 nio similiter quindecim alios, atqꝫ id,pro viribus nunquã deficiat. ¶Si
quis nihil testatus decesserit, filiósqꝫ tutela egentes reliquerit: ijsdem le-
72 gibus ac superiorum consimilibus,filijs eius prouideatur. ¶Qui inopi-
nata fortuna ex intestato decesserit,filiásqꝫ reliquerit:frater eius ex patre
aut matre si absqꝫ sorte sit,mortui filiã & sortem suscipiat.ꝙ si frater non

extat:eius filius(nisi ætas obstet)suscipiat.post hos:sororis filius.post:pa
tris frater.quinto loco:eius filius.sexto:paternę sororis filius.& similiter
per fratres,consobrinósq; (generis semper propinquitate seruata) ita pro-
cedatur,& in eodem genere:mares fœminis anteponãtur. ¶Si ad fratrũ 73
vsq; auorúmq; filios, cognatorum penuria sit:quemcunq; ciuium sponte
puella cum tutorum consilio diliget,is si voluerit,eam vxorem,atq; insu-
per hæreditatem accipiat. ¶Si in magna eorum penuria qui vrbem habi- 74
tant, aliquẽ in colonia missum puella hæredem facere sui patris optaue-
rit: is si ex eodem genere fuerit,hæreditatẽ secundum legem adeat.sin ve-
ro ciuis,sed non ex eodem genere:ducat eam si voluerit,secundũ tutorũ,
puellæq; electionẽ,& hæreditatẽ domum reuersus adeat. ¶Si quis absq; 75
liberis omnino ex intestato decesserit: mas & fœmina ex eodẽ genere de-
sertam domum ingrediãtur,quibus sors proprie competat.prima:soror.
deinde: fratris filia. tertia: sororis filia. quarta: paterna soror.quinta:pa-
terni patris filia.sexta:paternæ sororis filia.quæ vt fas est:cum iis qui ge-
nere proximi sunt,vitã agant. ¶Si qui testamenti, nuptiarũ,alicuius've 76
aliorum gratia, de legibus querantur, asserántq; legislatorem si viueret,
minime impulsurum hanc ducere,vel huic nubere:ad quindecim illos de
legũ custodibus qui orphanis tutandis relicti sunt, confugiant,eorumq;
iudiciis pareãt.nam cum lex genere propinquum aut propinquã matri-
monio ducere pręcipiat:fieri potest,vt multa impedimẽta reperire queãt,
& potius quiduis perpeti velint quàm ducant,illi've nubant,cui corpus
ægrotum,mãcum've sit, aut insanus animus. ¶Si ad maiora legum cu- 77
stodes vrgere videãtur: rem ad electissimũ iudicium deferãt,expectentq;
sententiã:& qui damnatus fuerit infamia notetur.quod pecuniarũ mul-
tarum mulcta,apud eum qui sapit:longe maius suppliciũ est. ¶Legum 78
custodes orphanis quasi alteri parentes, primis quidem non deteriores:
per singulos annos,tanq̃ suis prouideant.intendantq;: vt priuati parẽti-
bus,q̃minime miserabili calamitate premantur.nam id ignorare non de-
bent :defunctorum animas vim quandã habere,qua de rebus humanis
curam habent.& præcipua eorum cura tenentur: qui ab eis geniti sunt.
& eas deumq; illis infensum esse:qui orphanorum desolationẽ procurãt.

Defunctorũ animæ.

¶Qui aliquem patre aut matre orbatum iniuriis afficit:damnũ duplum 79
restituat,ac si quem,parẽtes ambos habentẽ,læserit. ¶Qui fœminã,ma- 80
rẽmve tutatur,& qui de legum custodibus,tutorem obseruare constitu-
tus est: non minus orphanos,q̃ si genuissent, neq; res illorũ peius quàm
suas gubernent,imò etiam affectu melius. & qui huic legi derogauerit:
condemnatus, duplo damno afficiatur. id autem damnũ: sententia iudi-
cum æstimetur. ¶Si tutor negligere aut malitiose agere propinquis,aut 81
cæterorum ciuium alicui videbitur : in idem iudiciũ adductus,quadru-
plum dãni restituat.cuius pars altera puero: accusatori altera deferatur.
¶Postq̃ ad pubertatem orphanus venit:si male secum egisse tutorem exi- 82
stimauerit, ad quinquenniũ vsq; ab exacta tutela, in tutorẽ sibi agere li-

ceat.si tutor condemnabitur: quid pati daréve debeat, à iudicibus decer-
natur.& ita si magistratus aliquis, ob negligentiam orphano offuisse vi-
deatur: quid ipsi restituendū sit, iudices statuant. & si per iniuriam: non
solum damnum restituat, verum etiam magistratu custodiæ legum, pri-
83 uetur.& alius pro eo:ciuitati regioniq́;,à populo creetur. ❡Liceat patri,
si velit:publico præconio filium abdicare,ne amplius secundum legem fi
lius sit. priuatus autem hoc pacto patre: aliò abire cogatur.nam cum ad
quadraginta & quinq; millium domorum nullam accedere possit: non à
84 patre solum,sed à genere vniuerso depelli necesse est. ❡Cum quispiā in-
felici indignatione cōmotus, cupit eum à cognatione eijcere quē genuit,
educauitq́; : nō liceat leuiter,subitóq; id efficere.sed primum genere sibi
propinquos,vsq; ad patrueles, propinquos item consimiliter matri con-
uocet,apud quos accuset filium, ostēdatq́; dignum esse qui à propinquis
suis omnibus depellatur. deinde filio causam suam dicendi potestatē con
cedat, quòd videlicet,talis non sit,vt reijci debeat:deinde exclusis paren-
tibus & filio,propinqui vtriusque sexus omnes, suffragia conferant,nisi
ætas impedimento sit.& si plura q̄ dimidiæ partis suffragia patri suffra-
85 gētur:liceat ei filium abdicare,aliàs minime. ❡Si quis ciuium abdicatū,
adoptare voluerit:nulla id lege vetetur.nam iuuenum mores:in dies,va-
riéque mutantur.si autem citra decennium nemo adoptare curet:curato-
res prolis supra modum adauctæ, prouideant, vt coloniæ particeps effi-
86 ciatur. ❡Liceat filijs,parentes morbis vel senio turpiter affectos:amen- Stul.
87 tiæ accusare. ❡Si quis morbo aut senio, aut morum acerbitate, aut his
omnibus exagitatus,in dementiam incidat,lateatq́; id omnes præter do-
mesticos,ille vero tanquā dominus rem familiarem dissipet,& filius,de-
mentiæ patrem accusare formidet:primo filius ad seniores legum custo-
des profectus, calamitatem patris enarret. qui (re satis conspecta) accu-
sandus nécne pater sit consulant: si accusandum decreuerint, testes simul
& adiutores sint accusanti.si pater accusabitur:nec minimum quidem de
rebus suis in posterum disponere queat.nec tanq̄ paterfamiliàs amplius:
88 sed quasi filius ac puer habitet. ❡Si vir & vxor, propter morum acerbi-
tatem inuicem non conueniant:decem viri de legum custodibus qui me-
dij sint,& decem mulieres de connubiorū curatricibus prouideant.quo-
89 rum sententiam: si ita consiliati fuerint, valida & stabilis habeatur. ❡Si S
autem illorum animi vehementius etiam iracundia fluctuent : facto di- T
uortio, illos pro viribus quærant, qui vtrisque conueniant. & acerbiori- V L
90 bus ingenijs:maturiora mitioráq; ingenia accōmodentur. ❡Qui sine fi- T
lijs sunt, aut paucos procreauerunt, dissentiuntq́; procreandorū libero- E
91 rum causa:coniugium rursus quærere compellantur. ❡Si filios non pau
cos habeant,atque dissentiant:senectutis curandæ gratia(diuortio facto)
92 aliud coniugium ineant. ❡Si mulier liberis maribus,fœminisq́; relictis
mortua est:lex virum non cogat quidem,sed suadeat filios suos educare,
93 adducta nouerca. ❡Si defuncta vxor,filios non reliquerit:duci alteram

cogat. ex qua tum familiæ suæ, tum ciuitati quantũ satis est, prolem pro-
creet. ¶ Si vir sufficiẽtes reliquerit filios: mater ipsos vidua educet. ¶ At 94
si iunior esse videatur, q̃ vt sana sine viro viuere possit: propinqui eius, 95
cum mulieribus connubiorum curatricibus consilio habito, quod sibi il-
lisq; videbitur, id exequãtur. ¶ Si liberis egeant: liberorum quoque gra- 96
tia ducant, nubántve. liberorum autem sufficiens numerus secundum le-
gem, mas & fœmina. ¶ Serua si seruo, aut libero, aut liberto coniuncta 97
peperit: seruę domino, natus detur. si autem ex seruo libera peperit: serui
dominus, nati similiter dominus esto. ¶ Si quispiam ex serua sua, natũ 98
susceperit, aut quępiam ex seruo pepererit proprio, id'que pateat: natum
quidem ex serua & libero, mulieres in aliam regionem cum patre simul
emittant. natum vero ex libera & seruo: legum custodes, vnà cum matre
extra fines expellant. ¶ Quorum pater & mater aut horum parentes se- 99
nio confecti, quasi thesaurus quidam domi iacent: ij putent, nunq̃ aliud
sibi tale simulachrum magisq; efficax domui suæ affuturũ. nam nullum
apud deos, magis honorandũ simulachrum nos habere possumus quàm
patres, & auos senio confectos, matrésq; similiter. quibus honoratis: deus
gaudet. probisq; viris: seniores parentes pro magno quæstu habentur, si
ad senium vsque peruenerint. sin iuniores decesserint: valde desiderãtur.
mirabilius enim parentum simulachrum: quàm inanimes imagines. nam
quæ animam habent: quando coluntur à nobis, pro nobis orant, fauentq;
quotidie. quando vero despiciuntur: contrà. & immanifestum non est: pa
rentum orationes multis sæpe profuisse, imprecatus etiam complurimis
obfuisse, illis quidem à deo exauditis. ¶ Si quis minus quàm decet parẽ- 100
tes colat, nec magis eos quàm filios, nepotésque, ac seipsum diligat, præ
cæteris eorum voluntati in omnibus obsequens: qui ita negligitur, per se
vel per alterum, ad tres de legum custodibus seniores, rem deferat, & ad
tres similiter de connubiorum procuratricibus. qui re inuestigata: in eos
qui iniuriam intulerunt animaduertant. in viros quidem si tricesimum
annum non excesserint: & in mulieres si quadragesimum, vinculis atque
verberibus. prouectiores vero: iudicent ciues, qui omnium ætate sunt se-
niores. & condemnatus, soluat patiatúrque quod iudicio statuetur, ita vt
nihil prætermittatur quod soluere aliquis pati've possit.

HECATONOMIARVM SEXTI LIBRI FINIS.

HECATONOMIARVM, CENTVM ALIAS PLATONICAS LEGES CONTINENS, LIBER SEPTIMVS.

1 SI QVIS È PROGENITORIBVS CVM afflictus sit deferre non potest: quicunque liber audierit, magistratibus nunciet, aut improbus habeatur, & à volente quocunque, damni illati accusetur. si autem seruus detulerit: liber esto. qui si affligentis vel afflicti seruus sit: in libertatē à magistratibus vendicetur. sin autē alterius ciuis seruus: pretium domino publice persoluatur. & curæ magistratibus sit: ne quis ei qui detulerit no-
2 ceat. ¶ Qui non ad mortem hominis, sed pecorum, aut examinū veneno vtitur, siue etiam vt aliter q̄ morte bestijs noceat: si medicus sit, & veneficij reus fuerit iudicatus, morte supplicium luat. sin vero medicinæ igna-
3 rus, iudiciū, quid pati, dare've ipsum oportet, constituat. ¶ Quādo quis, nodis, inductionibus, cantibus, similibusque veneficijs, ad nocēdum paratus deprehensus fuerit: si aruspex, aut prodigiorum interpres sit, occida-
4 tur. sin vero non: iudicium, de ipso statuat. ¶ Qui clàm aut vi nocuit: magna reddat si in magnis nocuit, minora si in minoribus, & in omnibus tātum reddat: vt damnum exęquetur. & in singulis iniurijs (vt punitus moderatior efficiatur) mulcta afficiatur. leuiore quidem, si propter iuuentutis imprudentiam aliena malitia fuit impulsus: grauiore, si dementia sua immoderatis voluptatibus & doloribus, timore, inuidia aut iracūdia in-
5 sanabili. ¶ Nemo furiosus, palàm in vrbe cernatur: sed furiosum, propinqui domi quomodocunque possunt custodiāt. quod nisi fecerint: mulctentur. qui maximi cēsus sunt: drachmis centum, siue seruum siue liberum, minus diligenter custodiant. si secundi: quatuor de quinque minæ parti-
6 bus. qui tertij: tribus. & qui quarti: duabus. ¶ Nemo in aliquem conuicietur. nam qui sibi inuicem verbis turpibus maledicunt: muliebres habentur. & in primis ex verbis quę certe leuissima res est: odia grauissima, & inimicitiæ persæpe nascuntur. & is qui per disciplinam antea excultus fuerat: tantūdem per iracundiā animi partē exacerbatus efferatusque difficilem sibi reddit viuendi rationē, hanc amaram ab ira gratiam suscipiens.
7 ¶ Eum qui in hoc deliquerit, aut in tēplo, aut vbi publica sacrificia, vel certamina peraguntur, aut in rerum venalium foro, aut iudicio, aut alio quouis cœtu cōmuni, magistratus harum rerum præsens, libere puniat. quod si non fecerit: quasi legum proditor, nunq̄ ad publici cuiusquā mu-
8 neris certamen quasi de virtute certaturus, ascendat. ¶ Si quis alijs in locis, maledicto, vel prouocando vel respondendo vtatur: quicunque senior præsens fuerit, pro legum defensione hunc verberet. & eos qui ita alieno
9 malo concitati sunt, comprimat: alioqui puniatur. ¶ Ioco, conuitijs, sali-

bus,dicacitatibusq; vti liceat:vt ridiculum absq; ira dicatur.concitato ve-
ro per iram animo:nemini aliquid tale liceat. ¶Poëtæ comico,vel iambi- 10
cę musicę've melodię actori:nequaq̃ verbo,imagine,aut persona cuiquã
ciuium detrahere liceat. eum qui secus fecerit: præmiorum præsides,eo-
dem die exterminent.alioqui minis tribus mulctẽtur:deo in cuius hono
rem certatum fuerat,consecrandis. ¶Huius rei cognitio,cõmunis iuue- 11
num disciplinæ curatori cõmittatur.& quod probauerit:proferre in me-
dium liceat. quod reprobauerit:hoc neq; ipse vlli vnq̃ ostendat, neq; aliũ
quenq̃ doceat. si contrà fecerit:prauus,legúmque contemptor habeatur.
MENDICI
¶Nullus in ciuitate nostra mendicus sit: sed quicunq; id tentauerit,vi- 12
ctúmq; inexplebilibus precibus colligere cœperit,à rerum venaliũ cura-
toribus è foro pellatur,ab ædili vero magistratu ex vrbe eijciatur,ex to-
ta deniq; regione ab agri magistratu,exterminetur.vt ab huiusmodi ani-
mali: omnino vniuersa regio munda sit. nam mirum profecto esset: eum
qui temperãs esset, & virtute alia aut virtutis parte præditus,in extremã
paupertatem deuenire,vt fame vel re alia consimili premeretur,& ita ne-
glectum esse,siue liber,siue seruus in ciuitate moderate gubernata. talis
profecto si calamitate,vel sorte aliqua vexatur,misericordia dignus existi
mandus est.non qui fame,vel re consimili pressus: precibus victum quę-
ritat. ¶Si seruus,seruáve,alienę rei offecerit,siue imperitia seu immode- 13
rato aliquo vsu, nec qui damnum passus est causam tribuerit: dominus
eius aut satisfaciat,aut seruum,seruámve illi qui damnum passus est tra-
dat. ¶Si cõmuni quadam nocentis patientisq; astutiã,vt seruus sibi au- 14
ferretur dominus contendat: de malitiæ crimine agat aduersus eum qui
de seruo conqueritur.si conuicerit: pretium serui à iudicio constitutum,
à damnato duplicatum accipiat.conuictus autem:damnum restituat,&
seruum insuper tradat. ¶Si iumẽtum,equus,canis,aut domesticũ aliud 15
animal proximi rem attriuerit:animalis dominus similiter rem restituat.
¶Si quis sponte testimoniũ ferre noluerit:citetur ab indigente,citatúsq; 16
tempore idoneo assit, & testimoniũ prout sciuerit afferat. si nescire dixe-
rit:iureiurando se nescire affirmet ac abeat. ¶Qui ad ferendum testimo- 17
nium , citatus non venerit: damnum ei qui citauit,secundũ legem depo-
nat. ¶Si iudex aliquis in testimonium citatus fuerit: testimonio allato, 18
nullam in eadem causa sententiã ferat. ¶Mulieri liberæ,si quadraginta 19
annos excesserit: tam ad testandum,q̃ ad dicendum, interesse iudicio li-
ceat.imò etiam & ad agendum:si sub viro non sit.viuente vero marito te-
stimonium perhibere,solummodo liceat. ¶Seruo,serue,& pueris:de ho 20
micidio solum dicere, testariq; liceat,si idoneum fideiussorẽ dederint se
ad latam sententiã permansuros, si forte falsi testimonij fuerint accusati.
¶Si quis falsum testimoniũ bis dixisse inueniatur:nõ cogatur tertio te- 21
stari.si ter:nullomodo postea testimoniũ dicere liceat.q; si testari vlterius
ausus fuerit:à volente quolibet,ad magistratũ deferatur, & à magistratu
tradatur iudicio.si conuictus fuerit:moriatur. ¶Quando in lite,falsa te- 22

ſtimonia interceſſerint, per quæ aduerſariũ ſuperaſſe videri quis potuit: ſi plures q̃ medietas teſtiũ condẽnati fuerint, iudiciũ ſecundũ illa, nullum procedat. quod ſi ſecundũ illa: quodcunq; iudicatũ fuerit irritum habea-
23 tur, & iuſtum hoc pacto lis conſequatur finem. ¶ Si quis iuſtitiæ vires, in animis iudicũ in cõtrariũ vertere conatur, ac prẹter oportunitatẽ multa litigia mouet, aut mouẽtibus adeſt: agat in eum quicunq; voluerit, male agendi aut inique defendendi crimine, iudiciũmq; huiuſmodi apud electos iudices agitetur. nam in talibus peruerſa calumnia: bonũ artis ſubit nomen. quæ artificiũ in litibus inueniſſe aſſeritur: quo agenda & dicẽda, ſiue honeſta ſiue turpis ſit cauſa, ſuperare facile quis poſſit, victoréſq; eos facere, quibus ipſa, circũuentionis ſuę rationibus fauet, ſi pro artis ipſius beneficio pecunia dabitur. verũ danda opera eſt: hæc, ſiue ars, ſiue artis
24 expers exercitatio ſit, ne in ciuitate aditũ habeat. ¶ Si quis aut dicẽdi aut defendendi calũnię dãnatus fuerit: ſi cõtentionis ſtudio factũ ſit, certũ illi tempus iudices præſcribant, in quo neq; pro ſe neq; pro alio agat, dicátve cauſam. ſi auaritia: peregrinus à regione, nunq̃ rediturus abito. & ſi redierit: moriturus. ſi ciuis id auaritia feciſſe deprehẽdatur: quoniã pecuniam tanti fecit, omnino moriatur. quod ſi ambitioſa contentione, bis tale quid
25 feciſſe iudicatus fuerit: idipſum ſupplicium ſubeat. ¶ Si legatus aut prę-co, falſò quæ ſibi commiſſa ſunt nunciauerit, dicendá ve tacuerit, vel quæ ab hoſtibus amicis've accepit, ea rediens aliter q̃ acceperit retulerit: in iudiciũ deferatur, & iudices pro magnitudine rei quid pati, daréve ipſum
26 oportet, ſi condemnatus fuerit, ſtatuant. ¶ Si quis aliquid publicum furatus fuerit, ſiue paruum ſiue magnum id ſit: pari ſupplicio puniatur. nã qui rem paruam ſuſtulit: & ſi minori vi quàm qui magnam rapuit, æqua tamen cupiditate rapuit. q̃ ſi lex alterum minus puniendũ cenſet: id non eſt furti paruitate, ſed eo forſitan q̃ alterum ſanabilem alterũ inſanabilem
27 putat. ¶ Si ſeruus, aut peregrinus publice furti accuſatus & dãnatus ſit: tanquã qui ſanari quodammodo poſſe videatur, quid pati, quid've dare debeat, iudicio ſtatuatur. ciuis vero ita deprehenſus: tanquam inſanabi-
28 lis, mortis ſupplicio condemnetur. ¶ In ijs quæ pertinent ad militiam: neque mas, neque fœmina, ſine magiſtro ac principe, quicq̃ agant. ſed ad principem, magiſtratúmq; ſemper reſpiciant: & eum quocunque ſequantur. atq; ita ad eius nutum ſuam vitam inſtituãt: vt nullus omnino ciuis, ſiue ſerio, ſiue ioco quicq̃ facere ſolus, & ſuo arbitratu conſueſcat. ſed vel minima quæq; à magiſtratu gubernatus, faciat. ſtet iuſſus: rurſus iuſſus proficiſcatur, exerceatur, lauetur, comedat, ſurgat nocte, cuſtodiam agat, det ſigna, & viciſſim accipiat in ipſo prælio. nec inſequatur vnq̃, nec cedat: niſi princeps, & magiſtratus ſignificauerint. nemóq; penitꝰ cognoſcat quid ſit ſeorſum ab alijs agere: ſed ſimul ſemper cõmuniſq; omnibus vita ſit. nã nihil hac re melius: nihilq; pręſtãtius, artificioſiúſq; ad ſalutẽ, & vi-
29 ctoriã bello parandã. ¶ In pace quoq; idẽ, ab ipſa pueritia obſeruetur: & ſoluta licẽtia è vita penitus expellatur, nõ hominũ ſolũ, ſed etiã beſtia-

MALI PATRONI

rum quæ ſub hominibus ſunt. Omnes choreæ: ita vt bene geratur bellũ,
celebrẽtur. omnisq; dexteritas, facilitas, & promptitudo eius rei cauſa cõ
paranda. eius rei cauſa: cõſueſcant à cibo & potu abſtinere, frigus æſtúmq;
& cubilis duritiam pati. & in primis capitis pedumq; virtutẽ alienis te-
gmentis nõ corrumpere: neq; pileorum, calceorumq; à generatione dato-
rum naturã perdere. nam extremitates iſtæ, cum naturã conſeruant ſuã:
maximas toti corpori vires præbent. contrà vero: contrarium. ℂMilitet 30
quicunq; conſcriptus eſt: aut parti alieni deputatus. ℂSi quis vero pro- 31
pter ignauiam, abſq; imperatoris permiſſu deſit: cũ redierint ad ſuæ ſor-
tis belli principes, accuſetur. iudicent autem: qui militarũt omnes. pedi-
tem: pedites. & equitem: equites. Condemnatus vero: in certamen quod-
cunq; poſtea deſcendere prohibeatur. & aliũ liceat neglectæ militiæ accu-
ſare: & quid dare, pati've ipſum oporteat iudices ſtatuãt. ℂSimile iudi- 32
ciũ ferat is, qui militiã ſecutus: anteq̃ principes dimiſerint abierit. ℂIis 33
qui præclare certaſſe deprehendẽtur: primo, ſecũdo, & tertio loco coronis
ex frondibus arboris perpetuo virentis donentur. quas cõſecuti: in ſacris
vtcunq; placuerit cũ inſcriptione tituloq; ſuſpendãt, vt teſtimoniũ virtu-
tis ſit diuturnum. ℂSi quis ab hoſtibus circũuentus, cum armatus eſſet, 34
non defendit ſe, ſed arma ſponte dimiſit, aut abiecit, turpémq; vitã fugæ
celeritate cõparare ſibi maluit, q̃ fortitudine honeſtã felicémq; mortem:
de huiuſmodi armorũ proiectione iudiciũ habeatur. eius autẽ qui ſe de-
fendens, arma perdiderit: iudiciũ non habeatur. nam mali, ignauiq; ſem-
per puniendi: vt meliores, fortioréſq; ſemper euadãt, infortunati vero mi
nime. ℂQui arma ſponte proiecerit, vſqueadeo viuẽdi cupidus: deinceps 35
nullum periculum ſubeat, ſed reliquã vitã, & quidem longiſſimã, impro
bus & cũ dedecore viuat. neq; eo imperator, aut præfectus aliquis pro mi
lite vtatur: nec in aciem recipiat. alioqui repetundarũ iudex: id cognoſcat,
& maximi cenſus præfectus minis decem, ſecundi quinq;, tertij tribus, &
quarti vna condẽnet. proiector autẽ ob naturæ eius ignauiã: non ſolum à
virilibus periculis arceatur, ſed primi cẽſus minis decem, ſecũdi quinq;,
tertij tribus, quarti vna condẽnetur. ℂSingulis annis, poſt æſtiuale ſol- 36
ſtitium, ad locũ ſacrum ciuitas vniuerſa conueniat: vt tres eligantur viri.
eligãtq; vnuſquiſq; præter ſe quem iudicabit optimũ: qui nõ pauciores q̃
quinquaginta annos ſit natus. Electorũ ſi in numero pari electi fuerint:
dimidia pars eorum qui à pluribus prælati fuerint, præferatur. ſi vero in
impari numero: vnus cui pauciora ſuffragia contigerunt, relinquatur. &
reliquorum dimidiam (vt prius) præferant partem. Quòd ſi in ea parte
media ſint æqualia habẽtes ſuffragia: iuniores poſtponantur. & reſiduo-
rum rurſus per noua ſuffragia: tres inæquales obtineant. & qui primo lo-
co, qui ſecundo, qui tertio loco declaratus fuerit: corona ex ſemper viren-
tis arboris fronde contexta, coronetur. & præconio declaret Magneſio-
rum ciuitas (deo duce) tres ciuium ſe nactam optimos viros. qui quot-
annis donec ſingulis ſeptuageſimus quintus exactus ſit annus: duo-

Pilea & calcei à generatione dati: ſũt capilli & callus plantæ.

Leges Platonis pro Magneſijs.

37 decim repetundarum rationum examinatores constituant. ¶Hi omni li-
bera examinatione iudicaturi: habitent tempore quo rationes sibi reddū-
tur, in loco vbi electi fuerint. & tum per se solum quilibet, tum cōmuni-
ter omnibus diligēter perquisitis: de singulis magistratibus publice per-
38 scribant, quid pati, daréve ex repetundarū iudicum sentētia deceat. ¶Si
quis magistratus, horum iudicio nō recte damnatum se esse queritur: ad
electum iudicium, repetundarum iudices deferat. si absoluatur: accuset
eos si velit. sin autem: ibi quoq; damnetur. atque qui antea ab ipsis repe-
tundarum iudicibus morte fuerit cōdemnatus: quēadmodum necessitas
exigit, moriatur. sin alia mulcta: quadruplā hic persoluat si in bonis ha-
39 beat. sin minus: duplum soluat. ¶Iis qui totius ciuitatis consensu prępo
siti sunt: donec vixerint, primi consessus semper in omnibus solennitati-
bus præbeantur. & quandocunq; ad cōmunia Græcorum spectacula, sa-
crificiaq; ac iudices ac præsides aliquos à ciuitate mitti necesse est: ex istis
mittantur. & hi soli in ciuitate corona laurea coronentur, & sacerdotio
fungantur. & singulis annis pontifex etiam summus ille sit: qui superio-
40 re anno cæteris excelluisse sacerdotibus iudicabitur. ¶Horum nomini-
41 bus: quousq; ciuitas habetur, tempora distinguātur. ¶Defunctis sacer-
dotibus funera, & sepulchra excellentius q̄ cæteris ciuibus: indumenta
quælibet in funere alba sint. luctus ploratúsq; absit. chori quoque: vnus
puellarum, alter totidem puerorum feretro vndiq; circūdato, vicissim de-
functum sacerdotem carminibus laudent, felicitatémque eius per totum
diem decantent. Mane vero ad monumentum: feretrum iuniores ferant,
qui gymnasijs operam impendunt, quos defuncti hominis propinquio-
res delegerint. primiq; cælibes quasi ad pugnam armati præcedant: cum
equis equites, & cum leuibus armis pedites, cæteriq; similiter. pueri vero
ante feretrū patrium cantum concināt: post quos puellæ, ac mulieres iam
effectæ, sequātur. postremo vtriusq; generis antistites. q̄uis ab alijs monu
42 mentis arceātur. ¶Monumentū huic, sub terra sit fornix quędā longior,
ex durissimis pulchrísq; lapidibus: vbi lapidei lectuli vtrinq; sint, illic bea
tum illum sepeliāt arboréśq; in circuitu plātent, vna excepta solū parte vt
sepulchrū augeri possit. deinde singulis ānis: musico, gymnico, equestriq;
certamine hos viros vita functos, honorēt. quorum de relatis rationibus:
43 iudicia damnata non sunt. ¶At vero si quis honorū iudicio abutēs, natu
ræ humanæ fragilem cōditionē secutus, lapsus videlicet in errorem postq̄
egregius habitus est: à volente quolibet accusetur. & primo custodes legū
assint: deinde accusati ipsius collegę, pręterea electi iudicij iudices. si dāna
bitur: magistratu, sepulchro, cęterisq; magistratui pertinentibus præmijs
44 careat. ¶Si accusator, quintā suffragiorum partē non habuerit: primi cē-
45 sus duodecim, secūdi octo, tertij sex, & quarti duas minas persoluat. ¶Iu
dex iudicaturus iuret: & ij qui magistratus reipublicæ suffragijs consti-
tuēt. Chorę quoq; iudex: & omnis musicę, gymnicorū etiā equestriumq;
munerū in certamine præsides atq; datores. & summatim in quibuscunq;

secundum hominum opinionem: nulli emolumento periurum sit. ❡In 46
iudiciorum executione: iusiurandũ prohibeatur. & tam accusatoris intẽ-
De iureiurando. tio, quàm defensoris deprecatio sine iureiurãdo in iudicijs conscribatur.
nam nunc alij deum esse negant: alij res humanas curare non putant. alij
vero & pessimi: vilibus hostijs, multisq; blanditijs: ita cõciliari sibi deum
existimãt, vt impune liceat grandem pecuniam extorquere. itaq; si iuran
di licentia in ciuitate dabitur, vbi plura quotidie ad iudices deferuntur:
omnes pene periuri erunt, præsertim cum frequentibus conuiuijs, aliáq;
consuetudine, ac priuata necessitudine cõiuncti erunt. ❡Qui iudicaturi 47
sunt: nullo modo litigantes permittant aut iurare persuadendi causa, aut
sibi, generiq; suo imprecari, aut turpiter supplicare, aut commiseratione
muliebriter vti. sed vt quod iustum putant: mansuete doceant, & docentẽ
audiant. ❡Peregrinis inter se litigantibus: si velint liceat iurare. nã cum 48
in ciuitate consenescere non debeant: formidandum non est, ne alios cor-
rumpant. ❡Si quis liberorum hominũ, ad choream vel ad pompam ce- 49
lebrandã non venit, vel aliam huiusmodi rem cõmunem, vt si ad ministe-
rium sacrificij, pacifica sacra, vel belli tributum non contulit: in his omni-
bus q̃ primum damnũ restituatur, aut pignus ei, cui ciuitas léxq; cõmi-
serit deferatur. exactóq; tempore, pignore vendito: pecunia in ærariũ con
feratur. q; si maiore mulcta opus est: magistratus singuli, pertinaces ho-
mines in iudicium vocent: & debita mulcta imposita, legibus parẽre com
pellãt. ❡Ei qui pauciores annos quàm quadraginta natus est: nullo mo 50
do peregrinari liceat. priuato quoque: nemini liceat. publice autem præ-
conibus, legatis, atque exploratoribus: liceat. ❡Spectatores quoque, qui 51
otio abundantes, aliorum res hominum cõsiderare cupiunt: ex legum cu
stodum instituto lex nulla peregrinari prohibeat. nam ciuitas bonorum,
malorúmve hominum ignara, & externæ consuetudinis expers: nunquã
satis humana, perfectáq; esse potest. existúntq; vel in vulgo & multitudi-
ne homines quidã diuini, quãuis pauci: attamen digni, cum quibus con-
suetudinem habeas. & hi non magis in bene gubernatis ciuitatibus: q̃ in
alijs oriuntur. ❡Eorũ qui in ciuitate bene gubernata incorrupti erunt: 52
à patria profectus vestigia, mari, terráque sequatur. vt tandem reuersi le-
gum patriarum alias probent alias si qua in re deficiunt corrigant. nam
sine hac inspectione, inuestigatióneque: nunquam optime ciuitas perma-
nebit, neque etiam si male inuestigetur. ❡Qui spectandi gratia peregri- 53
natur: natus sit annos plures quàm quinquaginta, in bello, cæterisq; pro-
batus. vt exemplum: alijs ciuitatibus relinquat. is vltra sexagesimum an-
num non amplius vagetur. ❡Constet cœtus, quo mane quotidie donec 54
sol oriatur, conueniant sacerdotes decem de legum custodibus seniores,
censor disciplinæ vniuersæ magistratum gerit, qui'que gesserunt, quis-
que cum iuniore aliquo quem delegerit à tricesimo ad quadragesimũ an-
num nato: hiq; de legibus semper, & de republica disserant, conferántque
inuicem, si quid de his excellens audiuerint, & de disciplinis ad id con-

ducentibus colloquantur.& ad hunc cœtum,qui aliorum mores & leges
inspexit: proficiscatur. & si quid de ferendis legibus, aut disciplina, aut
educatione apud alios repererit exponat. & si quid etiā ipse inuenit:cœ-
55 tui vniuerso declaret. ¶Si nec peior nec melior reuertisse videbitur:lau-
detur.quia quod potuit libēter effecit.si multo melior: & viuus magnis
honoribus,& defunctus ab omni cœtu decoretur. sin corruptus redie-
rit:priuatus absque honore viuat,& cum nemine neq; iuniore neq; senio-
re audeat se imiscere.quod si ausit de legibus & disciplina disputare:cō-
56 demnatus,iudicij contemptum,mortis supplicio luat.¶In eorum cœtu
qui leges examinant: quæ seniores probauerint, magno studio iuuenes
perdiscant. & qui se recte in his gesserint:tota ciuitas honoret, atq; obser-
uet.qui vero peiores alijs se reddunt: maiori q̄ alij dedecore afficiātur. q;
si adductus videbitur iunioribus indignus: totus cœt⁹ exprobret ei qui
57 adduxit.¶Aduenę:benigne suscipiantur apud quos ciues & probi sint,
& probi esse videantur.nam nullos recipere aduenas, nec aliò proficisci:
tum impossibile, tum crudele atque superbum,cæteris hominibus vide-
ri necesse est.qui ciuitatem turpi vocabulo notēt: peregrinorum hostem,
difficilem,atq; inhumanam appellantes.neq; oportet vnquā paruifacere,
vtrum probus an improbus alijs videaris. quādoquidem multi(tametsi
improbi sint)qui tamen probi & qui improbi iudicāt. nam prauis quoq;
hominibus,diuina vis quędam conijciendi inest:per quam multi vel pes-
simi,recte tum opinione tum verbis, à melioribus deteriores distinguāt.
quocirca vtiliter ciuitatibus præceptum est: vt bonam apud multos exi-
58 stimationem non paruipendant. ¶Aduenæ qui semper æstiuales sunt,
& quasi aues per mare vt plurimum pecuniæ acquirendæ gratia, æstatis
tempore ad alias deuolant vrbes: hos foro, portubus, publicisq; domi-
bus,extra vrbem in ipsis suburbijs illorum locorum præfecti suscipiāt,
obseruantes ne quis eorum noui quippiam moliatur.iudicia etiam eis il-
lic,iuste reddantur:ita vt in nullo plusquā necessitas cogat,cum illis fami
59 liaritas habeatur,& id est primum aduenarū genus. ¶Qui spectaturi ve
niunt, ciuitatis disciplinas audituri: omnes diuersoria iuxta templa ha-
beant,quæ suscipiendis hospitibus cōmodissima sint.quorum curam ge-
rant sacerdotes,& æditui: quo queant sufficienti tempore permanere, &
videre,audireque illa,quorum gratia venēre, & tandem sine detrimento
& suo & aliorum,pedem ad suos reuocare.& hoc:secundum aduenarum
60 genus. ¶Si quis eorum iniuriam cuiq̄ intulerit, aut contrà iniuria affe-
ctus sit:vsq; ad drachmas quinquaginta sacerdotes cognoscāt.crimina ve
61 ro grauiora: ad curatores rerum venalium deferantur. ¶Cum aliunde
quispiam publica causa missus aduenerit: hunc imperatores, magistri e-
quitum,tribuni militum, soli suscipiant, & is apud quem diuertit: cum
62 principibus consilij curam huius habeāt. id tertium genus. ¶Si aliunde
aliquis spectatoribus nostris reciprocus aduenerit, si quinquaginta an-
nos impleuerit,si ea mente venerit vt vel cōsideret quæ apud alios pręcla-

ra habetur, vel sua doceat: recipiatur, & diuitum sapientúmq; ianuas in-
iussus adeat cum ipse huiusmodi sit. & quasi hospes: disciplinæ præfecti
domum, recte petat, non dubitans hospitalem eam, propter virtutis con-
iunctionem sibi futuram. cumq; ab alijs didicerit, atq; docuerit quæ di-
scenda, docendaq; putauit: honore sibi congruo, muneribusq; affectus, vt
ab amicis amicus abeat. & id: quartum aduenarum genus. ¶ Fideiussor 63
quilibet, palàm fideiubeat: totumq; negocium conscriptũ coram tribus,
nec paucioribus testibus fateatur, si citra mille drachmas fideiussio fiat.
sin vltra mille: quinq; testes ad minus adhibeantur. ¶ Fideiussor sit qui 64
prius vendidit eius de quo an iure possit vẽdere dubitatur, atq; eius qui
videtur minus ad promissa sufficere. similitérq; tam qui præuendit q̃ qui
vendit: tanquã obnoxius, iudicio subijciatur. ¶ Si quis in domo alterius 65
quærere quippiam tanq̃ suum velit: is primo iureiurãdo affirmet, sperare
quod quærit, ibi se inuenturũ. deinde nudus, aut interula indutus: ingre
diatur pręcinctus. prębeaturq; sibi domus, & supellectilia signata simul,
& non signata. alioqui prohibitus (pretio amissæ rei statuto) accuset eum
qui depulit. & ille si dãnatus fuerit: duplum restituat. ¶ Si dominus do- 66
mus absuerit: non signata solũmodo, à præsentibus præbeantur, signata
vero ipse quoq; obsignet, & custodem ad quinq; dies relinquat. quo in tẽ-
pore si patronus nõ venerit: ædilibus secum acceptis, obsignata resignet.
& cum ante oculos domesticorum & ædilium quæsierit: rursus obsignet.
¶ In domibus & agris proscriptio locũ habere non videbitur: cum in ijs 67
proscriptionis tempus determinandũ sit rebus, quæ ambiguæ existunt.
¶ Aliarũ rerum si qua à quoquã habetur, isq; in vrbe, foro, sacris, aperte 68
anno integro re illa vsus fuerit, atq; hunc non occuluisse constet, nec quis-
quam interea q̃uis quęrens eam, exegerit, nemini liceat deinde rem illam
quasi suam reposcere. ¶ Si non in vrbe, sed in agris manifeste vtatur, nec 69
in annis quinq;, rei dominus cõpertus sit: quinquẽnio exacto, repeti ne-
queat. ¶ Si in vrbe domi vtatur: ad trienniũ vsq; apprehendere possit qui 70
amisit. si in agris occulte: vsq; ad decenniũ. si extra regionẽ: semper, quan-
docunq; inuenerit, apprehendat. ¶ Cum aliquis, vi eum qui litigat, aut 71
testes venire in iudicium prohibuerit: si seruus ille sit, siue suus siue alte-
rius, nullius momenti sententia lata sit. sin liber: sententia sit irrita, & an-
no vno vinciatur qui prohibuit. & si quis latrocinij eum accusare volue-
rit: fas esto. ¶ Si quis aliquem secum in certamen musicum, gymnicum, 72
vel aliud quodcunque facultatis alterius vi descendere prohibuerit: quis-
quis voluerit, munerum declaratoribus id significet. qui procurent: vt
quilibet liber certare possit. alioqui si prohibitor vincet: victoriæ mune-
ra prohibito dentur, & ipsius tanquã victoris nomen, in quibuscunq; ve-
lit templis subscribatur, prohibenti vero nec nomen inscribere nec victo-
riæ offerre insignia liceat. ¶ Si quis rem furto sublatam, sciens receperit: 73
in eadem culpa sit, qua ille qui furatus est. ¶ Qui exulem, seu queuis hu 74
iusmodi fugientẽ susceperit: moriatur. nã quem ciuitas amicũ sibi, vel ho-

75 ſtem decreuerit: eundem ſibi quiſq; exiſtimare debet. ¶Si quis conſilio
ſuo abſque authoritate cõmuni pacem iniuit, aut bellum mouit: vltimo
76 ſupplicio condẽnetur. ¶Si pars aliqua ciuitatis id tentauit: huius rei au-
thores, à militię imperatoribus tracti in iudicium, & damnati, morte ple
77 ctantur. ¶Qui patriæ in aliqua re miniſtrant: nullo modo munera reci-
piant. neq; ſibi ſuadeant: in rebus bonis ſuſcipienda eſſe, in alijs vero non.
78 nam nec cognoſcere facile eſt: nec vbi cognoueris continere. ¶Si quis mi-
79 nus obtẽperaſſe damnatus fuerit: moriatur. ¶Rerum omniũ cuiuſcũq;
80 ciuis cenſus habeatur. ¶Tribules annuos fructus, ad agri magiſtratus
deferant: vt cum duo tributa ſint, reſpublica poſſit vti, ſcilicet vel vniuerſi
cenſus, vel annui fructus parte. nam quę ad alimenta tribuantur: ſemper
81 excipiantur. ¶Donaria templis moderata: à moderatis hominibus offe
rantur. aurum enim & argentũ, & priuatim, & in templis: inuidioſa poſ-
82 ſeſſio eſt. ¶Arbitri iudices, quo litigantes elegerint locum habeant: qui
83 conſultores commodius quàm iudices, appellari poſſunt. ¶Apud hos ſi
reconciliati non fuerint: maiori damno apud vicinos, & cõtribules ſecun-
dum partem duodecimam diſtributos litigent. vbi ſi debitor iterum con-
84 demnabitur: quintã debiti partem perſoluat. ¶Qui ab hoc quoque iudi
cio prouocat, ac tertio certare vult: electos iudices petat. & ſi ab his condẽ
netur: quantũ debitum ipſum eſt & dimidiã ſupra debitum partem, affe-
85 rat. ¶Si accuſator, à primo iudicio repulſus non acquieuerit, ſed in ſe-
cundo iudicio iterum certare voluerit: ſi vicerit quintam partem acci-
86 piat, victus vero tantundem amittat. ¶Si tertios petit iudices: debitor
victus, debitum, & debiti partem mediam victori deponat. accuſator ve-
87 ro victus: partem dimidiam. ¶Aequus futurus iudex, legum conſtitu-
tiones ante omnia diſcat, & mente firmiter teneat. nam ad efficiendum
eum virum qui didicit, bonum: ſcripta legum præ cæteris doctrinis (ſi re-
cte ſe habent) maxime conferunt. idcirco lex: menti nomen proximũ poſ-
ſidet. νόος enim mentem, νόμος legem ſignificat. & remedium ac medelam νόος νόμος
aduerſus aliarum orationum venena: probus iudex ſemper tenebit, qui-
bus ſeipſum, ciuitatémq; emendabit. bonos cõfirmabit atq; extollet: pra-
uos ex ignorantia, incontinentia, timiditate, & (vt ſummatim dicatur) ex
iniuſtitia vniuerſa (ſi ſanabiles erunt) reuocabit. ſin inſanabiles: qui eos
morte afficiunt, apud omnes laude digni iudices iudiciũmq; principes,
88 non iniuria ſępius dici poſſe videntur. ¶Magiſtratus qui iam iudicium
exercet: debitoris dãnati pecuniam petitori omnẽ tradat, neceſſarijs tan-
tum ad vſum relictis. idq; ſtatim poſt lata ſuffragia fiat: nunciante præco-
89 ne, & iudicibus audiẽtibus. ¶Si ſecundus à lata ſententia aderit menſis,
neq; victori victus, ſponte iuſte perſoluerit: iudices qui ſententiã tulerũt,
90 cunctam debitoris pecuniam, victori tradant. ¶Q; ſi præſentia non ſuf-
ficiunt, nec minus q̃ drachma deficit vna: non liceat debitori prius alium
quenq̃ in iudiciũ trahere, q̃ debitũ creditori totum reſtituat, trahi vero ab
91 alijs poſſit. ¶Si quis in iudicio damnatus, iudices ipſos lęſerit, aut quicq̃

eorum iniuste abstulerit: iidem ipsi iudices, ad custodes legum deferant.
à quibus si criminis illius damnabitur: quasi ciuitatem omnem, legésque
euerterit, moriatur. ¶ Nullum in loco fœcundo, & agro ad culturâ apto 92
sepulchrum fiat: sed is locus corpora defunctorum recipiat, qui ad cæte-
ra inutilis est, & ad id tantum commodus, viuentes minime lædit. ¶ Ag- 93
ger sepulturæ, nô altior sit illo cumulo: quem viri quinque, diebus quin-
que construere possint. & lapides superstruantur: non maiores quàm vt
possint defuncti laudes, quatuor solum heroicis versibus æditas, compre
hendere. ¶ Elationes non breuiori aut longiori tempore ab intro fiant: 94
quàm vere mortuus significari, cognosciq; possit. & triduana elatio ad se-
pulchrum: mediocris videtur. ¶ Qui maximi census: ad funus & sepultu 95
ram non plusquam minas quinque impendat. qui secundi: tres. tertij: du-
as. quarti: vnam. ¶ In ciuis cuiusque decessu: vnus custodum legum, quê 96
mortui hominis coniuncti elegerint, funus totum obseruet, prouideatq;
vt bene moderatéque omnia non contrà, gerantur. & hoc illi decori: secus
autem dedecori sit. ¶ Lachrymis mortuos decorare, aut non: legum la- 97
tor non prohibeat. plangere vero, & extra domum vociferare prohibeat.
¶ Cadauer: manifeste per vias vrbis frequentiores efferre, & palàm eiu- 98
lare, aut ante diem extra vrbem se afflictare, non liceat. ¶ Legislator vir- 99
tutem præcipuam habeat: ad quam omnia dirigat. nam nunc mirum nô
est: si ciuitatû leges longe aberrêt. in qualibet enim ciuitate: alia ad aliud,
& alia ad aliud respicit. & alijs iustorum finis esse videtur: vt aliqui, siue
meliores illi quidem, siue peiores, in republica dominentur. alijs vt diten
tur: siue seruiant, siue non. aliorum studium vertitur ad libertatem. Alij
leges ad duo condunt: vt & ipsi liberi sint, & alias vrbes subigant. qui ve-
ro sapientissimos se putant: ad huiusmodi omnia simul. vnum vero prin-
cipium: ad quod omnia dirigant, non habent. verum virtus vnicum est:
ad quod semper respiciendum. ¶ Sanciat legislator quæ discenda erunt. 100
nam quæ discenda sunt: ea nec discere facile, & inuentoris discipulum fie
ri arduum, & quando. non enim possunt qui discunt, cognoscere: quid &
quando opportune discatur. id nanque officium est eorum: in quorum
iam animo, rei ipsius scientia est. Igitur his legibus qui paret, non modo
indemnis sed & laudabilis esto: qui vero non paret, ab omnibus vt com-
muniter videbitur, puniatur.

REIECTITIORVM CAPVT, FINI HECATONOMIARVM ADIECTVM.

PRodunt medici corpus humanum quatuor humores continere necessarios: pituitam, sanguinem, biles duas flauam atque atram. pituita quæ & flegma, digeritur in sanguinem. sanguis autem: nutricat. flaua bilis: quod hebes est & obtusum acuit, & densum subtiliat. atra vero bilis: egerendis subministrat ac subseruit. nos itaque atrę bilis, virulenti'que fellis, aut excrementorum loco, hæc reiectitia Socratis Platonis & Aristotelis in fine collocamus vt in ignobiliori extremo, quo cætera intelligantur digniora: & potiora à deterioribus secernantur. Prima igitur reiectitia lex Socratis hæc esto.

¶ Fas esto magistratum gerêtibus mentiri. ¶ Liceat nudas cum vetulas 1
2

tum iuuenes, cum viris ad palæstræ certamen descendere. vt solent viri in SO
gymnasijs: cum vnà exercentur, licet rugosi, veternosiq́; sint. & ita circa ar CRA
maturam, equestrémq; facultatem se habeant. cum enim ratione id iudi- TI-
catum fuerit optimum: oculis ridiculum minime videbitur. Sed sane in- CAE
anis is homo est: qui deridendum quicquam præterq̃ quod malum est, LE
3 existimat. ¶Custodum mulieribus nudandum erit corpus: quandoqui- GES
dem pro vestibus virtutẽ induent, cõmunicandúmq; in bello, & alia om- AB-
ni ciuitatis custodia, atque tutela, neq; aliud agendum. horum tamen of- SVR
ficiorum: leuiora, propter generis imbecillitatem, mulieribus tribuenda. DAE
4 ¶Mulieres hæ, horum virorum omnes omnium cõmunes sint, nulláque
priuatim alicui adhæreat: ac rursus filij cõmunes, neq; pater filium no-
5 scat, neq; filius patrem. ¶Cõmunes habeant ædes, comessationes cõmu-
6 nes: nihil habentes proprium. ¶Vbi vero ex cõmuni habitatione cõgres-
sionéve in gymnasijs, ac reliquo conuictu ex innata necessitate ad mutuã
trahentur cõmixtionem: se sine ordine denudari inter se, aliud've quip-
piam tale facere, neque sanctum sit in beatorum ciuitate, neque iudices
7 permittant. ¶Optimorum proles nutriatur: deterrimorũ vero minime.
& dum hæc aguntur omnes ignorent, præter principes. sic enim armen-
tum custodum: seditione carebit, & deteriores illi: fortunam, non princi-
8 pes culpabunt. ¶Quare necessarium fore videtur: vt frequenti mendacio
& deceptione vtãtur principes ad subditorũ vtilitatem. huiusmodi enim
9 omnia pharmaci, medicinæq; loco necessaria sunt. ¶Qui nascẽtur ex de-
terioribus, aut ex quibusvis sed membro aliquo manci: in abditis vt de-
10 cet locis abscondantur. nam purum decet esse custodum genus. ¶Cum
mulieres & viri ætatem generationi aptam egressi fuerint: liceat viris cui-
cunque voluerint, præterq̃ filiæ atque matri, & filiarum natis, matrisq;
maioribus commisceri. sed & mulieribus liceat copulari præterquã filio
aut patri, ac superioribus atque inferioribus eorũdem. sed partus si quis
contigerit: prohibeatur in lucem educi. si autem prodatur: ita ponatur vt
11 eius nulla nutritio fit. ¶Qui autem egregie sese exercens, excelluerit: pri-
mo quidem in ipsa expeditione, ab ijs qui vnà militant adolescentibus ac
pueris, sigillatim à quolibet coronetur, & illi dexteras iungant, & à quo-
libet osculum accipiat, atque det. vt quoad in expeditione fuerit: nemini
renuere liceat, quemcunq; osculari ipse desiderauerit. vt si alicuius amore
captus fuerit, aut maris aut fœminæ: acrior sit ad victoriam consequen-
dam. & huiusmodi bonos viros maxime honorari fas habeatur. quo ma-
gis excelluerint: hymnis & quæ modo diximus honestẽtur, sedibus item
& carnibus, plenisq; pateris, vt vnà viros præstantes, mulieréśq; exercea-
12 mus. ¶Qui cum in militia strenue gesserint obierint: primũ aurei gene-
ris esse dicantur. deinde qui ex hoc genere decedunt è vita: dæmones effi-
ci, sancti terrestres, optimi expulsores malorum, custodésq; mortalium.
& consulendum erit oraculum quo pacto beatos, diuinósq; viros condi-
re deceat, & quibus insignibus præcipue decorare, atq; ita condiantur vt

oraculum iusserit, reliquum tempus, eorum sepulchra, veluti dæmonũ, colentes atque adorantes. & modus idem circa eos qui cum pręcipua bonitate in vita pollere iudicati fuerint, senio aut alio quouis modo è vita cesserint obseruetur.

¶Hæ duodecim ex republica Platonis: quæ ideò attribuuntur Socrati, ꝙ illa respublica Socratica dicitur. sequentes autem 16: ex libris Platonis de legibus sumptæ sunt.

PLATONICAE LEGES ABSVRDAE

¶Ludi choriq; puellorum & puellarum simul fiãt, nudatis corporibus 1
quatenus modestus pudor patitur, vt cum ratione in ætate conuenienti
conspiciant alterutrum atq; conspiciantur. quæ omnia curent, ornéntque
chori principes: & cum legum custodibus conditores, vt quæ etiam dicta
non sunt suppleant. ¶Diues diuitis, aut potens potentis societatẽ non 2
admittat. & animo velociores cum tardioribus, & tardiores cum velocio-
ribus copulentur. nam ciuitas similis esse debet paterę: in qua merũ quod
primo infusum est bullit, statim autem aquæ sobrietate castigatum atque
optime temperatũ, bonus & moderatus potus efficitur. adde quòd id fa-
ciat ad temperatã & æqualem filiorum procreationem: quam multo plu-
ris facere oportet, quàm opulẽtissimę affinitatis æqualitatem, atque eum
qui in connubio pecunijs inhiat non lege scripta arcere, sed opprobrijs &
increpationibus absterrere. ¶Bibere ad ebrietatem vsq;, neq; alibi vnq̃ 3
decet, præterq̃ in solẽnitatibus eius dei qui largitus est vinum. ¶Vt viri 4
comessationes publicas cõmunésq; habent: ita quoq; & inter se mulieres.
¶Belli tempus ab annis viginti ad sexaginta in viris: mulieribus vero 5
postq̃ filios pepererint vsq; ad quinquagesimũ ætatis annum. ¶Post sex 6
annorum ætatem: fœminæ à maribus secernantur, pueriq; deinceps cum
æqualibus maioribus, & puellæ cum fœminis æqualibus cõuersentur.
& ad scientias vtrique se vertant, mares quidem ad magistros equorum,
arcuum, telorum, & fundæ: fœminę quoq; ad eadem si cõcedatur, vsque
ad scientiam tantũ, & maxime ad armorum vsum. ¶Saltationes in cho- 7
reis: tam viris quàm mulieribus armatis fiant, imitenturq; curetarum ar-
matorum ludos, & Mineruæ. nam Minerua ludis choreæ delectata: non
nudis manibus ludendum censuit, sed armis tota armata saltandi officio
est perfuncta. ¶Quæ pueri discunt ac exercent: eadem quoque fœminæ 8
discant, exerceantq;. nam cum hoc modo in ciuitatibus non fit: omnis ci-
uitas, pro dupla dimidia fit ex eisdem laboribus atque tributis. proban-
dáq; sunt innumera circa Pontum mulierum millia: quibus non equorũ
modo, verum etiam arcuum, cæterorumq; armorum æqualis cura cum
viris, & exercitatio est instituta. ¶Cum is qui pueros in musica, gymna- 9
sticáq; curabit, nunquã otio abundet: lege illi permittatur, vt ad eam cu-
ram, quos velit ciuium & virorum & mulierum, accipiat socios. & gym-
nasias, omnes etiã exercitationes bellicas nuncupamus: vt peritiæ luctan
di, saltandi, sagittãdi, iaculandi peltastice, & omnes armatorum dimica-
tiones, acierum ordinationes, ductiones exercitus, castrorum positiones,
& quæcũq; ad equestrem pertinẽt disciplinam. quæ omnia sciant publici

magistri à ciuitate conducti:quo ea pueros,puellásque,viros & mulieres
doceant. nam magno reipublicæ vitio dandum esset: ita mulieres educa-
ri, vt ne veluti aues pro filiolis, contra feroces audeant bestias, pugnare,
moriq; nolint potius,cunctáq; pericula subire,quàm statim ad aras tem-
pláque cõfugere, opinionémq; de hominum genere dare,omnium igna-
10 uissimum esse animalium. ¶Vltra decimumtertium ætatis annum, do-
nec nupserint:non longius vicesimo nec breuius decimo atq; octauo puel-
læ ad certamen cursus descendant,quæ quidem congruo vtantur vestitu.
11 ¶Vnius ad vnum,duorum ad duos,& vsque decem ad decem,armis pu
gna fiat ad robur augendum:& id commune sit tam viris quàm mulieri-
bus,ad ætatem vsq; nubilem. inducãturq; in his armorum certaminibus
periti:vt lege sanciant quid aliquis non patiens aut faciens vincat, & vi-
12 ctum similiter quisnam ordo decernat. ¶Pyra & mala tum alia tum pu-
nica cæteraq; huiusmodi clàm auferre turpe non sit. at si quis deprehen-
sus fuerit pauciores annos quàm triginta natus sine vulneribus verbere-
13 tur: nec pœna vlla propter huiusmodi verbera libero sit. ¶Liceat filijs,
14 parentes morbis vel senio turpiter affectos: amentiæ accusare. ¶Qui si-
ne filijs sunt,aut paucos procreauerunt,dissentiúntq; procreandorum li-
15 berorum causa:coniugium rursus quærere compellantur. ¶Si filios nõ
paucos habeãt,aut dissentiant:senectutis curandæ gratia(diuortio facto)
16 aliud coniugiũ ineant. ¶Nullus in ciuitate nostra mendicus sit:sed qui-
cunque id tentauerit, victúmq; inexplebilibus precibus colligere cœpe-
rit, à rerum venaliũ curatoribus è foro pellatur, ab ædili vero magistra-
tu ex vrbe eijciatur,ex tota denique regione ab agri magistratu, extermi-
netur.

¶Sequentes duæ ab Aristotele septimo Politicorum positæ sunt.

1 ¶Nihil orbatum natura fore educandum. ¶Si mores,institutáq; ciui- 7 Politi-
2 tatis prohibeãt natos exponere:determinanda profecto erit procreando- corum:
rum multitudo.quòd si quibusdã ad procreandum copulatis,prӕter hæc 84
euenerit:priusquam sensus vitaq; insit abortionem procreare oportere. 85

SEPTEM LIBRORVM HECATONOMIA-
RVM ET EARVM LEGVM QVAE
MAXIMOPERE REIICI-
ENDAE SVNT
FINIS.

PRAEFATIVNCVLA IN SEQVENTES LIBROS.

PLutarchus in vita Aristotelis Oeconomicorum duos dūntaxat libros illi ascribit. Quare cum duo credantur à Leonardo traditi, qui supra recogniti sunt: nolui hunc quasi tertium illis adijcere. quāuis etiam in codice græco: hic secundi locum obtineat. verum malui calci operis illum reseruare: quòd minorem reliquis dignitatem (maxime vbi subintratur historia) retinere visus est. neque opus esse commentario etiam visum est: tum quòd satis ex se pateat, tum ꝙ machinamenta & ad nummorum aucupia tyrannicos astus plurimos contineat. Quapropter (vt in principio admonet Aristoteles) qui hanc publicam dispensandi suscipit prouinciā: oportet natura ingeniosum esse, laborum patientem, atque iustum. nam quæcunq; harum partium (vt recte inquit) defuerit, complura peccabit. Titulus publicarum œconomiarum id est dispensationum (quo vocabulo hic frequenter vtitur Aristoteles) libro præfixus est: ne (vt dictum est) tres œconomicorum libri videantur. Qui igitur legent, eo id faciant ingenio: vt bona sequantur & probent, tyrannica vero & quæ his erunt similia, cautius deuitēt, & damnent cognita. & has publicas œconomias: explanatio Leonardi in superiores œconomicorum libros, proxime assequitur.

OECONOMIARVM PVBLICARVM ARISTOTELIS LIBER VNVS.

CVM QVISPIAM DEBET ALIQVA 1
debito modo dispensare: locorū circa quæ
negociatur minime debet inexpertus esse,
sed suapte natura ingeniosus, & sponte la
borum patiens atq; iustus. quæcūq; enim
harum defuerit partium: complura pecca
bit, circa id quod sibi parat negocium.
¶ Dispensationes autem sunt quatuor vt 2
est rudi Minerua diuidere (nā alias cum
his coincidere cōperimus) regia. Satrapi
ca quæ & præfectoria. ciuilis. & priuata.
Harum autem maxima & simplicissima: regia est. maxime euarians & fa
cillima: ciuilis. minima autem itidem & admodum varia: priuata. pro
miscua quidem illis multa esse necessarium est. at quæcunq; maxime per
se vnicuiq; earum accidunt: illa nos considerare operepretium est. ¶ Pri 3
Oeconomia regia. mitus igitur consideremus regiam. est autem ipsa potens omnino, species
habens quatuor: circa nummū. circa ea quæ exportāda sunt. circa ea quæ
1 sunt inferēda. & circa sumptus. Horum autem vnūquodq; vt circa num
2 mum dico: qualis, & quando multo pretio, aut vili faciendus. Circa autē
inferenda efferendáq;: quādo & qualia à præfectis in regno vt rex ipse vti
3 litatem suscipiat, disponenda sunt. Circa autem sumptus: quales dispar
4 tiendi, & quando. & vtrum erogandi nummi ad ipsos sumptus parādos,
Oeconomia prætoria. aut ea potius quæ nummo cōparantur. ¶ Secundo autem loco prętoriā 4
consideremus. Eius vero species sunt sex: prouentuum à terra. ab ijs quæ
in regione peculiaria nascuntur. ab emporijs. à tributis. à pascuis. & à cæ
1 teris alijs. ¶ Harum autem specierum prima & optima ea est: quę à ter

ta suscipit prouentum.hæc autem est quam ij quidem oblationē,illi vero
decimam appellant. ¶Secūda autem est quæ ab ijs quæ regioni peculia- 2
ria sunt prouenit.aliquo enim in loco peculiare est aurum,alibi argentū,
alibi ęs,alibi autem quodcunq; fieri contingat.¶Tertia vero est quæ ab 3
emporijs & mercatu rerum prouenit.¶Quarta quæ fit à tributis earum 4
rerum quæ terra profert, aliquo pretio comparandarū. ¶Quinta vero, 5
quæ à pecoribus & frugibus:quæ & decima vocatur. ¶Sexta porrò quæ 6
est ab alijs à capite & manu nuncupata quòd capitatim aut pro dignita-
5 te manuatim exigatur.¶Tertio vero loco ciuilem dispensationem discu- Oeconomia ciuilis.
tiamus.huius autem optimus prouentus est is,qui est à peculiaribus ea- 1
rum rerū quæ in regione proueniunt.deinde ij qui ab emporijs, & mer- 2
cibus quæ in limitibus regionis & circumcirca habitantibus afferuntur.
6 ¶Quarto autem & vltimo loco:ea inspicienda est,quæ est priuatæ curæ. Oeconomia priuata.
hæc autē est irregularis: ob idipsum, q non decet eam ad vnam intentio-
nem dispensare. minima vero propter id est:quia prouentus & impensæ
in ea modicæ fiunt.huius autem optimus prouentus:qui à terra proue- 1
nit.secundus autem is:qui ex ijs quę aliorum culpa negliguntur suscipi- 2
7 tur. Tertius autem is qui à nummo. ¶Præter autē hæc quod omnibus 3
cōmuniter curandum est dispensationibus,& quod perquirere par est:id
minime superuacaneum putetur. Maxime autem hoc pacto:si sumptus
8 non maiores ipsis prouentibus fiant.¶At vero quoniā diuisiones attu-
limus: post hoc rursus intelligendū, vtrū prouincia aut ciuitas circa quā
negociamur: habeat ea quæ diuisimus, aut plurima horum afferre pos-
9 sit,atque his vtendum.¶Hæc igitur circa Oeconomias id est dispēsatio-
nes atque partes earum diximus.Quæcunq; vero nonnulli priorum fe-
cerunt:facultate rerum potius quàm arte aliqua illa prosecuti sunt.quo-
rum quæ enarratu digna esse censemus:colligimus. neque enim hanc hi-
storiam inutilem arbitramur futurā.fieri enim potest:vt quispiam ijs ac- HISTORIA.
10 commodet,qualiacunq; ipse efficienda susceperit. ¶Cypsellus Corin- Cypsellus.
thius vouit Ioui,si dominus ciuitatis fieret, quæ Corinthiorum essent,
omnia se oblaturum.potitus autem dominio:præcepit eos describi.cum
autem descripti fuissent:decimam partem à singulo quoq; suscepit,at ve-
ro ex reliquis partibus præcepit vt operarētur.exacto subinde anno:idē
quoq; fecit.Quare euenit vt in decem annis ille cuncta habuerit,quęcūq;
11 sacrificaturū se vouerat,Corinthij autem reliqua possederint. ¶Lygda- Lygdamis
mis Naxius expellens profugos:quia nullus eorum res nisi vili mercari
voluit, eisdem profugis vendidit, & sacra & reliqua ipsorum quæcūq; in
officinis imperfecta relicta erant,etiam vendidit eisdem,& aliorum cuili-
12 bet volenti,ita tamen vt describeretur ementis nomen.¶Porrò Byzantij Byzantij.
indigētes pecunijs templa publica vendiderunt,& fructifera aliquo tem-
pore,infructifera vero perpetuo,& ea quę ad societates,& ad patriā per-
tinebant,& quæcunq; in locis priuatis iacebant.quorum hoc quidē mul-
titudinis,illud autem alterius erat possessio.& aliarum rerum quæcunq;

erant societatibus publice, aut circa gymnasium, aut forum, aut portum, aut vbicunq; quis quippiam vendebat, & capturæ maris, & venditionis salinarum, & admirandarum rerum, artificũmq; & vatum & pharmaca vendentium, & aliorum cõsimilium modorum, tertiam quidem partem contribuere ordinarunt. & nummorum commutationem vni campsoriæ mensę cõmiserunt: & penes nullum alterum potestas erat aut dare aut accipere. sin minus: rerum suarũ priuatione mulctabatur. ¶Cum lex ip- 13
sis esset: ne quis admitteretur ciuis qui nõ esset ex ipsorum vtroque ciue. ipsi pecuniarum indigentia: sanxerunt, eum qui ex vno ipsorum esset soluendo libras triginta, fore ciuem. ¶In rei frumentariæ inopia, facti in- 14
opes pecuniarum: reduxerunt naues ex Ponto. tempore autem facto mercatoribus moleste ferẽtibus: tributũ dederunt illis fœnus sesquidecimũ, vendentibus etiam statuerunt vltra pretium dare totius partem decimã. at vero cum nõnulli incolatũ fœnerati fuissent super possessionibus suis: decreto statuerunt vt quicunq; tertiam debiti partem afferre vellet, libere

Hippias. possessionem suam haberet. ¶Hippias Atheniensis eminentias superio- 15
rum tabulatorum in vijs publicis, & ascensus, & præclausuras, & portas quæ aperiebantur foris, vendebat. comparabant igitur ij quorũ possessiones erant. sicq; collectæ sunt pecuniæ multæ. ¶Nummum insuper qui 16
Atheniensibus in vsu erat: fecit improbum. & pretium ponens, iussit ad se ferri. cum autem cõuenissent ad signandam pecuniam nouo caractere: dedit idem argentum. ¶Quicunq; etiam nauis pręfecturã habere, vel tri- 17
bunatum, vel impensas suppeditare, aut aliquam aliam publicã curam gerere deberent: pretium ponens moderatum, pręcipiebat vt is qui vellet id pretij persoluere, describeretur inter publicos administratores. ¶Sa- 18
cerdoti præterea Palladis quæ degebat Acropoli: præcepit pro quolibet mortuo mensuram afferre ordei, & alteram mensuram tritici, & obolum vnum. atq; simili modo pro quolibet puerulo nato illud idem fieri iube-

Atheniẽses bat. ¶Athenienses in Potidea habitãtes, cum pecunijs ad parandum bel- 19
lum indigerent: instituerunt vt omniũ facultates describerẽtur quæ apud vnumquẽq; in populo confuse, inordinatéq; erant, sed & quo in loco vnaquæq; possessio erat: vt pauperes possent erogare. cui autem possessio deerat: corpus condemnabatur. itaq; ab illis quod descriptum fuerat, vnus-

Antisseus. quisque ciuitati saluum afferebat. ¶Antisseus etiam cum ciuitas indi- 20
geret pecunijs, & ciues consueuissent splendide celebrare dionysia in quibus, variáq; & multa consumebant quotannis atq; præparabant: appropinquante hac festiuitate persuasit illis, vt Baccho vouerent duplicia ijs, quæ nuper collegerant, sequenti anno se daturos, illa autẽ congregantes vicinis vrbibus venderent. quæ cum ita fecissent: ipsis collectæ sunt pecu-

Lãpsaceni. niæ ad eorum vsum non modicæ. ¶Lampsaceni cum expectarent trire- 21
mes multas ad se venturas, & modium farinæ quatuor drachmis veniret: præceperunt vt emptoribus vẽderent modium sex drachmis, & olei choe mensurã drachmis quatuor ac tribus obolis, & vini & aliarũ rerum pre-

tia similiter posuerunt. antiquum autem pretium priuati recipiebant: at
22 quod plus erat vltraq; pretium, ciuitas. quare pecunijs abũdauit. ¶He- Heracleotæ.
racleotæ mittentes naues quadraginta tyrannis qui erãt in Bosphoro, nõ
habentes pecuniarũ copiam: cõparauerunt à mercatoribus vniuersum tri
ticum & oleum & vinũ & alias merces, & tempus definierunt in quo ipsi
pretium essent persoluturi. mercatoribus autẽ probe visum est ꝙ non ad
mensurã distribuerent, sed simul onera expedirent: illis autem quòd vbi
semel dedissent, nihil amplius de mercede esset præstandũ. verum cõside-
rauerunt empta, & virum vnum dispensatorẽ in vnaquaq; nauium consti
tuerunt. cum autẽ peruenerunt ad locum hostium: milites ab eis compa-
rabant omnia. cum vero prius aggregatum fuisset argentũ, dederunt du-
cibus nauium: duces autẽ rursus mercedem soluerunt. quo factum est vt
23 argẽtum eis non defecerit: quousq; ad propria remeassent. ¶Lacedæmo- Lacedæmonij.
nij Samijs rogitantibus pecuniã eis ad regressum dari: cõsilio decreuerũt
vnã diem & se & seruos & animalia ieiunare, & quantũ expendisset quis-
24 que, tantũ dare Samijs. ¶Carthaginenses frequentibus in ciuitate apud Carthaginenses.
ipsos factis peregrinis, mercedem debentes quã dissoluere non poterant:
proclamari fecerunt si quis ciuium vel inquilinorũ prædam habet ex ci-
uitate aut ex priuato, aut habere vult: describatur. descriptis autẽ cõplu-
ribus miserunt naues quę adnauigabant Pontum rationabili prætextu,
ad prædandũ, statueruntq; tempus in quo rationem pro ipsis dicebãt se
facturos. collectis autem complusculis pecunijs milites dimiserũt: & pro
prædarum exigentia diuiserunt. & si qua erant ex iniusta præda: ciuitas
25 ex prouentibus restituit. ¶Cyzicenis etiã adinuicem diffidentibus: ob- Cyziceni.
tinuit populus. & diuitibus captis: qui debebant pecuniã militibus, sta-
tuerunt non interimere captos, sed vbi pecuniam dedissent expellere.
26 ¶Chij etiam cum illis esset lex, describi debita in publico, & pecunia in- Chij.
digerent: statuerunt vt debitores quidẽ ciuitati debita assignarent, ciui-
tas vero de redditibus vsuras fœneratoribus dissolueret, quousq; ad anti
27 quum ditesceret morem. ¶Mausolus Cariæ tyrãnus (mittente rege ad Mausolus.
eum, pro tributo) congregans ditissimos regionis dicebat: regem poscere
tributum, se autem non esse soluendo. præparati autem ex industria viri
pollicebantur ei quandam summã quam quisq; allaturus esset. his autẽ
hoc agẽtibus: ditiores partim verecundia moti, partim vero timẽtes, mul
28 to plura q̃ illi promiserunt atq; obtulerunt. ¶Iterum pecuniarũ egens:
in contione vocatis Mylassensibus, inquit, metropolis (cum sua esset ciui
tas) muris immunitã esse, regem autem aduersus eum bellum decernere.
qua de causa iubebat vnumquenq; Mylassensium: immodicã afferre pe-
cuniam, afferens se, & eos qui attulissent, & reliqua eorum bona serua-
turum. quę vbi oblata fuere: multã sibi coaceruauit pecuniam. at inquit
29 deo non videtur in præsenti, mœnia ædificanda esse. ¶Condalus Mau- Condalus.
soli præfectus: quando ei per regionem proficiscenti offerebat quispiam
aut ouem aut porcum aut vitulum, describebat dantem, & tempus, præ-

cipiebatq; vt in domum reduceret, nutriretq; quousq; reuerteretur. at ve-
ro cum tempus satis illi effluxisse videretur: computans & quod nutrien-
dum dederat, & quicquid fructus inde prouenerat, repetebat. ¶ Arborū 30
autem quæcunq; porrigerentur aut deciderent in publicas, regiásq; vias,
vsumfructum vendebat. ¶ Militum si quis moriebatur elationem corpo 31
ris drachma vendebat: & hinc quoq; simul argētum percipiebat, simulq;
neq; eum fallere duces poterant, cum quispiam militum è vita demigra-
ret. ¶ Intuens etiā Lycios amantes cæsariem ferre: dixit epistolas huc ve- 32
nisse à rege quæ iuberent mittendas esse comas ad proscomia. igitur sibi
iniunctum esse à Mausolo: vt detonderet eos. verūtamen si vellent capita-
tim taxam aliquam dare: se è Græcia comas transmissurum. qui libenter
Aristoteles Rhodius. dederunt. sicq; plurima pecunia à numerosa turba collecta est. ¶ Aristo- 33
teles Rhodius Phoreæ princeps pecunijs indigens: videns duas esse fa-
ctiones Phoreorum, alterā partem seditionis secreto allocutus dixit, ali-
os sibi velle pecuniam dare: vt illis negocia ciuitatis cōmitteret, ipse autē
malle ab ipsis accipere, atq; eis ciuitatis administrationē tradere. quæ au-
dientes: ilico pecuniam quantam præcepit in promptu dedere. At vero
ille rursus alijs ostendit quæ ab his acceperat: qui dixerunt se non minus
daturos. sumens autem ab vtrisq;: conciliauit eos inuicem. ¶ Conspiciēs 34.
etiam ciues multas inter se agitare causas, magnásq; longo ex tempore in-
iurias, quæ per bellum illis obtigerant: iudicium statuens edixit. quicū-
que definito tempore non essent sententiā assecuti: legem posuisse, non vl-
terius fore præteritorum delictorum iudicia. tunc autem à multis offe-
rentibus pecuniam propter breuitatem temporis, & obtinendam iusti-
tiam, multis etiam multam offerentibus vt prolongaret tempus: à singu-
Clazomenij. lis suscipiens, immodicam congessit pecuniam. ¶ Clazomenij in fru- 35
menti penuria, pecunia indigentes: statuerunt vt si qui priuatorum habe
rent oleum, mutuarent ciuitati ad fœnus. nascitur enim hic fructus: mul
tus in regione. quibus mutuantibus: conducentes nauigia, miserunt ad
emporia vnde ipsis veniret triticum habito pacto, de pretio olei. ¶ Insu- 36
per debentes militibus stipendium viginti talenta, & dare non valentes
pēdebant fœnus ducibus annue quatuor talenta. Cum autē de antiquo
debito nihil deduceretur, sed semper frustra consumerent: percusserunt
nummum ferreum, quod argenti haberet rationē viginti talentorum. de-
inde dantes ditissimis ciuitatis cuilibet suo ordine, argentum ab illis re-
ceperunt æquale. quare priuati habuerunt ad quotidianos vsus impen-
sas: & ciuitas à debito liberata. secundū vero ex prouentibus, illis fœnus
restituerunt. semper diuidentes vnicuiq; in parte dabant, illi autem fer-
Selibriani. reos nummos reportabant. ¶ Selibriani pecuniæ laborantes indigentia 37
(lege apud eos posita cum in fame constituti fuissent, non educendū esse
triticum) apud eos autem vetus triticum abundaret: statuerunt priuatos
ciuitati dare triticum determinato pretio, vnoquoq; retinente ad annui
victus sufficientiam. deinde statuentes pretium quod illis recte se habere

38 videbatur: vnicuiq; educere volenti vendiderunt. ¶Abydeni propter Abydeni.
seditionem regione facta vacua, & accolis nihil eis porrigẽtibus, quia
adhuc deberent: statuerunt vt quicunque vellent fœnerarent agricolis,
quo terram colerent, sic ipsis primis allatio ex frugibus fieret, alijs au-
39 tem ex reliquis. ¶Ephesij cum pecunijs egerent: legem posuere, vt mu Ephesij.
lieres aurum non gestarent. quantum vero impræsentiarum haberent
40 mutuarent ciuitati. ¶Pro columnis etiam quæ erant in templo statue-
runt argentum esse soluendum, eius autem qui soluisset nomen esse scri
41 bendum perinde ac si obtulisset. ¶Dionysius Syracusanus volens pe- Dionysius
cunias congregare, contionem faciens dixit: apparuisse sibi Cererem, Syracusa-
iussisseq; vt mulierum ornatum in templum deferret. se vero mulierum nus.
quæ apud ipsum sunt, ornatum obtulisse: atq; hoc idem facere cæteros
hortabatur, ne qua forte indignatio à dea exuscitaretur. qui autem ne-
gligeret: reum fore sacrilegij. afferẽtibus autem cunctis quæ habebant,
quisque propter deam & propter illum sacrificans: deæ ornatum abstu
42 lit, tanquam à dea mutuans. ¶Elapso insuper tempore: cum mulieres
rursus ornatum ferrent, præcepit vt ea quæ vellet aurum ferre, ordina-
43 ta quædã in templo offerret. ¶Debens etiam triremes extruere, agno-
scẽs sibi opus esse pecunia, contionẽ vocans inquit: quandã sibi ciuitatẽ
tradi, ad quam opus erat pecunijs, precariq; ciues vt quisque sibi duos
stateres mitteret. intermittens autem duos aut tres dies, tanq̃ in traden-
da ciuitate error contigisset: ciues laudans reddidit vnicuiq; quod mi-
serat. id autem agens: ciues in gratia fouit. postea vero arbitrãtes, quòd
eam accepturus esset: rursus miserunt, ille vero suscipiens, ad nauium
44 extructionem aptauit. ¶Cum rursus non abundaret argẽto: nummũ
percussit è stanno, & contionem vocans multa super laudato nummo
dixit. illi vero decreuerunt quãuis etiam nollent: vt quisq; haberet tan-
45 quam argentum, non autem tanq̃ stannum. ¶Cum rursus pecunijs
egeret: rogabat ciues vt ei cõtribuerent. illi autem responderunt se non
habere. extrahens igitur Dionysius vasa quæ apud ipsum erant: ven-
debat, quasi id ob indigentiam faciens. Syracusijs autem ementibus:
describebatur quid vnusquisque comparasset. postq̃ autem pretium su-
46 scepit: iussit vnumquenq; vas afferre, quod emisset. ¶Cum etiam ciues
propter tributũ, pecora non nutrirent: dixit, quòd ei tanta sufficerent,
volentes autem nunc acquirere, immunes fore à tributo. multis autem
cito multa comparantibus armenta, tanquam habituri ea essent absque
tributo: oportunum id esse ratus, æstimare pręcepit, imposuitq; tribu-
tum. hac igitur deceptione indignati ciues: illa iugulantes vendebant.
ille vero contra id statuit: quot in die occidi oporteret. at illi iterũ in sa
crificijs immolabant: ille vero vetuit, ne fœminam sacris immolarent.
47 ¶Rursus pecunijs egens: iussit apud se describi pecunias, quotquot
essent familiæ orphanorum. descriptis autem cunctis: illorum bonis

abutebatur, quousq; ad ætatem quisq; peruenisset. ¶ Cũ cępisset Rhegium: conuocato populo dixit: quã ob causam ab eo iuste capti essent. nunc tamen impensas quas in belli vsum consumpsisset percipiens, & insuper ab vnoquoq; minas tres, absolueret eos. Rhegienses vero quæcunq; absconderant in apertũ eduxerunt, & egeni à ditioribus & peregrinis mutuo accipiẽtes, conflarunt summã, quam præceperat: quam ab ipsis accipiens, nihilominus omniũ corpora vendidit. & cunctã supellectilem, vniuersaq; bona, siue occulta siue aperta: diripuit. 48
¶ A ciuibus etiam accipiens pecunias, ea lege vt illas restitueret: cum ab eo repeterent, iussit ad se afferri quantum quisq; possideret argenti, alioqui mortem mulctam indixit. delato autem argento: nummũ percussit nouo charactere, deditq; drachmã duarum drachmarũ valore. sicq; debitum penes ipsum remansit. 49
¶ In Tyrreniam autem centũ nauibus adnauigans: accepit è sacello Leucotheæ id est albæ deæ, aurum quoque & argentum multum, aliúmq; apparatũ immodicum. 50
¶ Cognoscens etiam quòd nautæ q̃plurima haberent: proclamationem fieri fecit, vt quisque dimidium eorum quę haberet deferret ad ipsum, aliud dimidium habiturus. non afferenti autem: statuit pro mulcta mortem. arbitrantes igitur nautæ si ferrent dimidia, reliqua se habituros: secure attulere. posteaq̃ vero illa accepit: præcepit rursus, vt alia afferrent dimidia. 51
Mnedei. ¶ Mnedei, ijs quæ à portubus, & alijs vectigalibus proueniebant: vtebantur ad gubernationem ciuitatis. ex tributis autem quæ ex terra & familijs proueniebant: nihil operabantur. sed obseruabant eos qui illa haberẽt: & cum necessitas pecuniarum ingrueret, reddebant ij qui deberent. lucrabantur igitur ex præterito tempore: pecunijs absq; fœnore vtentes. 52
¶ Bellum item suscipiẽtes aduersus Olynthios cum illis pecuniæ deessent, at adessent mancipia: statuerunt vt relictis cuilibet ciuium mare & fœmina, cætera ad vsum ciuitatis venderent tanq̃ in priuatorum exhibitione pecunias cõmodarent. 53
Callistrat9. ¶ Callistratus in Macedonia cum prouentus portus vt plurimũ viginti talentis æstimaretur, modum inuenit vt duplum cõficeret. nam conspiciens eos qui emebãt semper euadere ditiores: cum oporteret eos dare fideiussores viginti talentorum, proclamari fecit quicunq; emere vellet constitueret fideiussores tertiæ partis, solueret autem quisq; quantũ se posse sibi suaderet. 54
Timothe9. ¶ Timotheus Atheniensis, bellum gerens aduersus Olynthios, argento egens: signauit ęs, & dedit militibus. illis autẽ ægre ferẽtibus, dixit: q illo æque venderent, emerẽntq; omnes, ab ijs qui vẽdunt atq; emunt. ipsis autẽ mercatoribus ante indicauit: vt quisquis ęs illud accepisset, illo rursus emeret ea quę in regione venderẽtur, & spolia quæ afferrentur. q si apud eos ęs remaneret: portẽt ad ipsum recepturi deniq; ęris loco argẽtũ. 55
Corcyra quæ & Cercyra insula ¶ Circa etiã Corcyrã bellũ exercẽs exiliter satisfaciẽs militibus, petẽtibus quidẽ stipendiũ, inobediẽtib9, & ad inimicos deficere se 56

velle asserentibus:cœtum congregauit ac dixit,non posse propter hye- quę & Phe-
mem ad se peruenire argentum, cum tanta esset illi copia. quapropter acia: erat
solutionem trium mensium, quam prius soluerat,se illis dono dare.at olim Phea-
vero illi suspicantes nunquam Timotheum tanta munera eis dare,nisi cũ patria.
reuera ab eo expectarentur pecuniæ: quieuerunt à petendo stipendio,
57 donec voto potitus est. ¶Obsidens item Samum:fructus & ea quæ
in agris erant vendidit Samijs. quare pecunia satis abundauit ad sti-
58. pendia militum. ¶Cum commeatus necessariorúmque ad victum in
exercitu esset raritas ob aduenientes: prohibuit ne venderent triticum
farina comminutum,neque minorem mensuram modio,neque quip-
piam liquidorum minus quàm metretæ mensura.principes itaque or-
dinum,& manipulares comparãtes omnia simul,dederunt militibus,
aduenientes autem sumebant victui necessaria:cum autem discederent
si quid residuum fuisset principibus ordinum,manipulorúmque ven-
debant. atque ita euenit ipsos milites abundare victuum copia, suffi-
59 cienti'que commeatu. ¶Didales Persa milites habens : ex ijs,quæ in Didales.
dies ex bello conquirere poterat illis dabat. non habens autem num-
mos quos elargiretur illis stipendia poscentibus : vbi aduenit tempus
quod illi visum est accommodum, tale quippiam machinatus est.con-
uocans cœtum : ne credatis inquit me pecuniarum penuria laborare,
imò in quodam prædio mihi sufficiens copia est,& pariter locum indi-
cauit,atq; discedẽs illuc profectus est.cum vero loco vicinus esset:præ-
cessit. & quæcunque in templis erant argentea vasa,diripuit: præpara
uitq; multos tanquam argentum,onusti deferrẽt,& vasa illa illis osten
dens ibat.Atqui videntes milites rati cuncta quæ ferebantur esse argẽ
tum : confidebant se stipendium percepturos . ille vero dixit oportere
eos vsq; ad Amison peruenire:illicq; se stipendia percipere. erat autem
plurium dierum iter ad Amison,& tempus hyemis. sicq; illo tempo-
re exercitu abusus est, solum illis commeatum præbens, cum exerci-
tu & artifices, & cauponarios,& commutantes haberet,quorum ope-
60 ra aut nihil aut perparum indigeret. ¶Chabrias Atheniensis: Thao Chabrias.
Aegyptiorum regi gerenti bellum & pecunijs indigenti consuluit, vt
aliquis diceret sacerdotibus, oportere & virorum & mulierum multi-
tudinem sacris initiatorum submouere propter impensam. audientes
autem sacerdotes,& sacerdotiũ penes se manere volentes : singuli pro-
priam dedere pecuniã. postq̃ autem à cunctis accepit: iussit illis præci-
pi,decimã partem expensarum quas prius in templo faciebant, & reli-
61 quorum,regi mutuare:quousque finem bello imposuisset. ¶Ab vna-
quaq; colonia pręcepit omnes quippiam determinatũ afferre:& ab vno
quoq; corpore similiter. ex frumento etiã quod vendebatur: à venden-
te & emente pręter pretiũ pro modio percipiebat obolum.ab vnaquaq;
naue, & officina,& vnoquoq; opus aliquod exercentium: decimã par-
62 tem operis. ¶Illis autem qui ex regione debebant sub eo militare:

&.ij.

præcepit afferre, si quis aut auri aut argenti quippiam non signati haberet. cum vero plurimi attulissent: illo ipse vtebatur. mutuantes autem præfectis classium commisit: vt de ijs quæ abundarent apud eos,
Iphicrates. illis redderẽt. ¶Iphicrates Atheniensis, Coty parante exercitũ: effecit 63
hoc pacto vt compararet pecuniam. præcepit hominibus quibus præerat: seminare sibi tres modios tritici. quo facto: collegit tritici ingentem multitudinem, quam ad emporia mittens vendidit, obtinuit'que
Cotys. pecuniam. ¶Cotys Trax petebat à Pirinthijs sibi mutuo dari pecu- 64
nias, quo suum congregaret exercitum: Pirinthij vero illi dare recusarunt. tunc eos rogauit vt viros è ciuibus illi darent: ad custodiam quorũdam castrorum, quatenus militum opera qui nunc illa custodiunt, vti posset. illi vero ilico id fecerunt: arbitrantes se futuros locorum dominos. missos autem: Cotys in custodia tenuit, præcepit'que eam pe-
Mentor. cuniã dari, quam ab illis mutuo petierat. ¶Mentor filius, Hermiam 65
capiens, & prædia eius obtinens: dimisit eosdem curatores in regione, qui fuerant ab Hermia constituti. cum vero securi iam essent: quæcunque absconderant secum, accepere. Mentor vero omnes capiens: diri-
Memnon. puit vniuersa quæ habebant. ¶Memnon Rhodius qui Lampsaci do- 66
minabatur, pecunijs egens: scripsit ditissimis Lampsacenorum, vt aliquam magnam argenti summam ei conficerent, quam recepturi essent ab alijs ciuibus, quibus commissum erat illam afferre. atqui cum illis alij ciues afferrent: iussit eandem sibi mutuo dari, vsque ad certum tem
pus, in quo eam illis redderet. ¶Rursus pecunijs indigens: precatus 67
est eos vt illi darent, quas ex prouentibus eius mox recepturi essent. illi autem attulerunt: quia cito prouentuum receptio futura erat. at vbi ea quæ prouentuũ erãt missa sunt: sibi illis opus esse dixit, se vero postea conflatum æs, dissolutum ire cum vsuris. ¶A militantibus etiã au- 68
ferebat solutiones & stipendia sex dierum in anno: quos dicebat exemptos. dicens his diebus neq; custodiam illis vllam esse, neq; itineris ex-
peditionem: neq; ipse impensas faceret. ¶Ante id tempus dabat mili- 69
tibus stipendia secunda die à nono mense: à primo quidem mense præteribant dies tres, à sequẽti quinq;, & ita vsq; ad tricesimum diem. sicq;
Charidemus. in anno mensem vnum à militibus iterum auferebat. ¶Charidemus 70
Orites habẽs quædã prædia in Aeolide (cum aduersus eum militaret Artabazus) pecunijs indigebat ad militares copias. primũ quidem exhibuerunt illi: postmodũ vero se non amplius habere quod exhiberent dixerunt. Charidemus autẽ, conijciẽs prędiũ esse opulentissimũ: pręcepit si quid haberẽt pecunię, aut supellectilẽ preciosam mitterẽt in aliud prædiũ, & daret eis cõductũ custodũ, simul autẽ & ipse hoc facere videbatur, suáq; in prædiũ aliud mittere. obsequentibus igitur illi hominibus: postq̃ haud admodum ab vrbe abfuerunt, scrutatus est quæ habebant, & cępit quibuscũq; indigebat. illos autẽ rursus in vrbem remisit.
¶Proclamari etiam fecit in ciuitatibus quibus dominabatur: neminẽ 71

domi arma tenere. alioqui mulctari argento: quod per præconem indicebatur. quod subinde negligere visus est, & nullam eius rei curam gerere. homines autem arbitrantes prodamationem illam sibi vane fuisse factam: habebant singuli per regionem arma, quæ prius possederant. at ille repente explorationem domorum faciens: apud quos arma sunt reperta, indictæ pœnæ mulctam dederunt. ¶Philoxenus quidam Macedo præfectus Cariæ pecunijs indigens: se debere dionysia celebrare dicebat. scribebátque ad eos qui maxime fructibus abundabant, vt festi essent apparatores: eis præcipiens quæ essent apparanda. videns autem eos grauiter ferre: misit aliquos interrogans, quid dare vellent, & absoluerentur ab huiusmodi ministerio. at illi multo plura quàm se censebant expposituros, velle dare dixerunt: vt non vexentur, & à proprijs abesse non cogantur. ab his igitur capiens quod dederunt: ad alios rursus scribebat, donec percepit quod ipse volebat ex ijs, quæ apud illos erant.

72 Philoxenus.

73 ¶Euases Syrus Aegyptiorum præfectus sentiens Nomarchas qui sub ipso erant debere rebellare: vocauit eos ad tribunalia, & omnes suspendere fecit. præcepit'que vt familiaribus eorum diceretur, eos in carcere detineri. vnusquisque igitur affinium, pro vnoquoque sollicitus erat: vt captiuos pecunijs redimeret. ille vero pro vnoquoque paciscens, & quæ pacta erant accipiens: singulis, mortuum reddidit.

Euases. Nomarchæ: principes super tributis pascuorum & pecorum.

74 ¶Cleomenes Alexandrinus præfectus Aegypti: ingenti fame alijs in locis facta, in Aegypto autem re mediocriter se habente, vetuit eductionem tritici. Nomarchis autem causantibus se non posse tributa soluere, nisi educerent: educere permisit, sed permultũ tritico imposuit tributum, ita vt pauco educto tritico, multum illi contigerit recipere tributum. quo factum est: vt Nomarchę, à suo destiterint proposito.

Cleomenes

75 ¶Transfretans autem Nomon, vbi crocodilus pro deo habetur: vnus puerorum suorum raptus est. aduocans igitur sacerdotes dixit se qui prior iniuria affectus esset: vltum iri in crocodilos. itaque præcepit venari eos: & ab aquis extrahi crocodilum. Sacerdotes vero vt deus eorum non haberetur contemptui, congregaruut quantum auri potuerunt, & illi dederunt. sicq; ab incepto destitit.

76 ¶Alexandro rege mandante Cleomeni vt sibi construeret vrbem ad pharon, & emporium quod prius erat in Canopo illic constitueret: ipse nauigauit in Canopum ad sacerdotes, & eos qui illic diuitias haberent. & se ad hoc venisse dixit: vt eos deduceret colonos. Sacerdotes autem & accolæ afferentes pecuniam: dederunt illi, vt eos, & emporium illis in regione relinquat. accipiens autem: tunc quoque discessit. porrò transfretans cum essent sibi parata quæcunque erant necessaria ad ædificationem: petijt ab eis pecuniam, quæ longe multitudine excedebat. tanti autem interesse sibi emporium illic esse, & non hic. cum autem dicerent se dare non posse: transmigrare eos fecit.

77 ¶Quosdam etiam ad merces comparandas mittens, & sentiens eos bene emisse, at conuenisse vt ei deberent ratiocinio pretium supputare. ille ad notos emen-

tium dicebat: se audiuisse eos merces supra pretium comparasse quod
præceperat, & simul eorum cum simulata iracundia, arguebat inscitiā.
illi autem hæc audiētes: dicebant non decere eum credere quippiam ob-
loquētibus in eos priusquam ipsi veniant, & rationem ei reddant. atque
cum emptores venissent, illi recitarunt eis quæ audierant à Cleomene. ij
vero volentes illis & Cleomeni rem ostendere: pretia retulerunt, quibus
emerant. ¶Cum triticū in regione veniret decem drachmis: vocans ope- 78
ratores interrogauit quomodo volunt ipsi laborasse? inquiunt se velle il-
li, etiam minori quàm quanti mercatoribus vendere. illud autem iussit
vt tanti, ipsi darent quanti alijs vendebant. atqui mox statuit pretium tri
tici triginta & duas drachmas, atq; ita vendebat. ¶Accersens etiam sa- 79
cerdotes dixit enormem impensam in regione ad sacrificia fieri. quare
oportere aliqua sacrificiorum, & multitudinē sacerdotū tollere. porrò sa
cerdotes & quisq; priuate, & cōmuniter sacras pecunias dedere, arbitrā-
tes ipsum id reuera facere velle, & optabat quisq; sacrificiū apud se fieri
Antimenides. & regionis esse sacerdos. ¶Antimenides Rhodius princeps factus ab 80
Alexandro super viæ dimidium, circa Babylonem, hoc pacto pecunias
conflauit. cum antiquitus in Babylonia lex fuisset, omnium quæ infere-
bantur decimā soluere, & nullus illa lege vteretur: obseruauit præfectos
omnes approbatos, & milites non paucos, & senes & alios artifices accer
sitos inferentes bona propria peregrinando, & multa illis allata dona: &
secundum legem positā decimam exegit. ¶Rursus mancipia quæ erant 81
in exercitu, præbens: iussit eum qui vellet, describere quot vellet. debere
autem pro anno octo drachmas deponere. q; si deficeret seruus: reporta-
ret prætium quod descriptū fuerat. descriptis igitur compluribus mācī-
pijs: non paucum argentū vtilitati fuit. si autem aliquod mancipiorū de-
fecisset: iussit præfectum sub cuius præfectura fuisset, exercitum conser-
Ophelas. uādo pretium domino eius restituere. ¶Ophelas Olynthius cōstituens 82
curatorē super pascuis Arthriditem: cum accessissent ad eum nomarchæ
loci illius, dixerunt se velle illi multo plura dare. precabantur autem: vt
mutaret curatorē, quem constituerat. interrogauit eos si contribuere pos-
sent quæ pollicebantur: affirmantibus ipsis, curatorem in officio dimisit.
quæ autem ipsi promiserant tributa: exigi præcepit. ergo nec curatorem
quē instituerat spernere visus est: nec illos ad maiora tributa q̄ ipsi statue
Pythocles. rant soluenda coēgisse. ¶Pythocles Atheniensis cōsuluit Atheniēsibus: 83
plumbum ex Tyrijs accipere, qui in ciuitate priuati essent, eo quo ven-
debant pretio duarum drachmarū. deinde statuit illis pretium sex dra-
Chabrias. chmarum, sic'que vendebat. ¶Chabrias cum electi sufficerent ad im- 84
1120 plendas naues centum & viginti, esset autem ei opus solum sexagin-
ta nauibus: præcepit ijs qui ex sexaginta nauibus eius quæ remane-
bant nauigaturi erant, ad bimestre annonā ministrare, aut ipsos nauiga-
re. ipsi vero malentes proprijs rebus incumbere: dederunt ea quæ præce
Antimenes pit. ¶Antimenes thesauros qui per vias regias continebantur, iussit pr- 85

fectos implere seundum legem regionis. cum vero exercitus aut turba
alia absque rege indiguisset, vendebat ea quæ erant ex thesauris, aliquē
86 ad eos mittens. ¶Cleomenes appropinquante nouæ lunationis tempo- Cleomenes.
re cum ingrueret necessitas stipendia militibus persoluere: nauigauit ex
industria. procedente autem mense stipendia persoluit, ac resumpsit na-
uigationem. postea vero incepto mense, solutionem differebat vsque ad
lunam silentem: milites autem quia nuper recepissent stipendia, quiete
se habebant. illi vero in anno mensem vnū prorogans: semper mensis mer
87 cedem auferebat. ¶Stabelbius Mison militibus stipendia debens: con- Stabelbius
uocans duces dixit illis. nullo pacto se priuatis indigere militibus sed
ducibus: cum vero sibi opus esset, mitteret eos, dans eorum cuilibet argē
tum, ad colligendos externos. stipendia autem quæ illis debebat: duci-
bus ipsis pollicebatur se dare. præcepit igitur vnumquenq; dimittere ex-
traneos e regione. duces itaque arbitrātes pecuniam illam suam fore: re-
miserunt milites, vt præceperat. paruo autem exacto tempore, cum mer-
cedem poscerent: eos conuocans dixit, neque tibicen sine chorea, neque
duces sine militibus ad quicquam vtiles esse. quare præcipiebat: vt e re-
88 gione discederent. ¶Dionysius sacella circuibat: sicubi videret positam Dionysius.
boni dæmonis mensam auream aut argenteam & auferre præcipiebat.
& quæcunque statuæ quippiam prætendere videbantur: auferri iube-
bat. dicens quodcunque accipio: tollere præcipiunt. vestimenta etiam au
rea, & coronas aureas statuarum tollebat: dicens se & leuiora & accom-
modatiora daturum. & subinde illis albiculos amictus, albiculásq; cir-
cumponebat coronas.

OECONOMIARVM PVBLICARVM FINIS.

LEONARDI ARETINI VIRI CLARISSIMI EXPLANATIO IN LIBRVM PRIMVM OECONOMICORVM ARISTOTELIS AD COSMVM SVVM.

I Res familiaris & reſpublica inter ſe differunt. diximus ſupra in proœmio, quam Greci Politicam vocant, nos appellare rempublicam. hinc ſunt M. T. de republica libri. Item quam illi Oeconomicā: noſtri remfamiliarem dixere. hinc patriſfamiliâs nomen venit: quòd domum gubernat ac moderatur. de re igitur familiari dicturus Ariſtoteles: præmittit differentiam inter illam & rempublicam, dicens non ſolum eſſe tantam differentiam, quanta eſt inter domum & ciuitatem quæ ſunt ſubiecta earum, verumetiam in illo differre: ꝙ in republica plures quidem imperant, in re vero familiari vnus dūtaxat eſt imperator & rector. ꝙ dicit domum eſſe ſubiectum reifamiliaris: non hic pro parietibus & tecto, domus ſumitur, ſed pro familia. ciuitas quoque non mœnia & tecta: ſed concilia cœtuſq; hominū ſignificat. rei igitur familiaris diſciplina, circa domū: reſpublica vero circa ciuitatem verſatur. quæ prima eſt differentia. Secunda vero differentia eſt. quia in republica plures imperant, vt Romæ ſenatus, conſules, tribuni, militares, ædiles, curules, prætores, vrbani, tribuni plebis. nam imperare dicuntur quicunq; magiſtratum in republica gerūt: quorum dicto parére neceſſe eſt. ſunt enim ſuperiores, vnde illud naſcitur legitimum, Par in parem non habet imperium. in republica igitur plures imperant: in re autē familiari ſolus paterfamiliâs. hic enim iubendi & animaduertendi in familiam poteſtatem habet: eiuſq; dicto parêre neceſſe eſt. itaque vt illi publice: ſic iſte priuatum magiſtratū gerit, imperiumq; exercet. ¶ Quædam enim artes diſtinguūtur. Poſt aſſignatam differentiam reifamiliaris & reipublicæ: genus earum commune attingit. Sunt enim hæ artes quædam. Artium vero diſtinctio fit. quarūdam enim eſt feciſſe at non vti facto. quod patet in lyra & fiſtulis. lyram enim facit artifex, & fiſtulam cauat: vtitur autem poſtea non ipſe qui facit, ſed muſicus. ſunt igitur quædam artes: quarū eſt feciſſe, & non vti facto. aliæ contrá. parant enim quod vtendum eſt: & parato vtuntur. huius generis eſt reifamiliaris diſciplina, & reipublicæ. eſt enim reipublicæ conſtituere ciuitatem ab initio: & conſtituta bene vti. eodémq; modo rei familiaris, parare domum ab initio: & poſtquam parata illa fuerit, illa vti. ¶ Ciuitas quidem eſt multitudo domorum. Aperit iam quid ſi ciuitas, & quid domus. inquit enim, ciuitas eſt multitudo domorum agro & pecunijs ſufficienter abundans ab bene viuendum. de domo autem paulopoſt dicit quid ſit, aſſignando partes, inquiens. ¶ Domus partes ſunt, homo & poſſeſſio. Sed redeamus ad ciuitatem. cuius nuda deſcriptione contenti in præſentia ſimus. nam eſt locus tractandi vberius in libris de republica. Ciuitas, inquit, eſt multitudo domorum. quòd dicit domorum, intellige vt ſupra diximus. non enim de parietibus & ſtillicidijs loquitur, ſed de familijs. nam neque ciuitas muri & tecta ſunt: ſed cœtus hominum iure ſociatorum. quòd autem ſubdit. ¶ Agro & pecunijs. ob hoc enim conueniunt homines in ſocietatem communem: vt ſufficientes ſint. & vt quod alijs deeſt: ab alijs reportent. hic agricola victum parat agrum ſerens, faber autem ſibi aratrum & vomerem. Textor & ſutor, veſtem & calceos ſubminiſtrat. ille frumētum & vinum eis tradit. ita rerum permutatio fit: quæ continet ciuitatem. Nummus deinde conſtitutus eſt ad faciliorem permutationē: ne ſi ſutor forte domum ſibi parare velit, mille millia calceorum tradere habeat. nam quis tot ſimul calceis indiget, ſed alijs multis indigentibus, calceorum venditione facta, pecunias recipiat, & pro domo tradat. nummus igitur in ſubſidiū repertus eſt: res neceſſaria ad ciuitatē continendā tuendámq; vitæ ſocietatē. Ager quoq; neceſſarius eſt in quo cōſiſtat ac ſeratur: & hoc eſt ꝙ inquit in agro & pecunijs. quādo enim multis cohabitātibus & ſingulis opus ſuū in cōmuni ſocietate cōferentibus, ſufficiētia reſultat ad bene viuendū: tunc eſt ciuitas. & ciues ſunt qui iſto modo conueniūt, & ſub eiſdē viuūt legibus. Ita Florentini omnes vnam ciuitatē faciunt. Senenſes aliam. Piſani aliā. nec quicquā refert intra vrbem habitent vel extra. Sed quod de pecunijs dixit: ad omnes res quæ in æſtimationē pecuniariam cadunt hoc vocabulum referas. ¶ Id autem ex eo patet quòd ſi cōpotes. Ciuitatem eſſe multitudinē domorū agro & pecunijs ſufficienter abundantē, ex eo patere inquit. ꝙ ſi cōpotes eſſe nequeunt: ſocietas ſoluitur, id eſt ſine illis ciuitas ſtare

non potest. Ciuitas enim est societas quædam, vt inquit Cicero in libro de republica sexto. Nihil est illi principi, deo quod quidem in terris fiat acceptius:q̃ concilia cœtusq; hominũ iure sociati, quæ ciuitates appellantur. sociati ergo homines: ciuitatem constituunt. soluta vero societate: ciuitas interit. soluitur autem societas: si ea quę retulit non adsint. & hoc est quod ait, si compotes esse nequeant: societas soluitur. ¶Insuper huius gratia in vnũ conueniunt. cuius autem gratia vnũquodq; est & fuit: & substantia ipsius hæc existit. Alia probatio quòd ciuitas sit multitudo domorũ, agro & pecunijs sufficienter abundans ad bene viuendum. Coeũt enim homines simul in societatem cõmunem: vt sufficienter abundẽt ad bene viuendum, vt supra diximus. quia quod alij deest: alius affert in communi societate. cum igitur huius gratia sint sociati simul homines, & nisi huius sufficientiæ compotes sint, dissoluatur societas: merito dici potest hanc esse substantiam ciuitatis. nam hæc faciũt vt subsistat ciuitas. quo autem aliud subsistit: id eius substantia est. sed quæro cur posuerit, vnumquodq; est & fuit. respondeo vt significet causam permanentem, vt est hic. nam huius gratia constitutæ sunt ab initio ciuitates, & huius gratia durant, & in communi societate. merito ergo dicitur, cuius autem gratia vnumquodq; est & fuit, & substãtia eius hęc existit. ¶Itaque patet priorem esse rem familiarem quàm rempublicam. nam domus quę est reifamiliaris opus: prior est tempore quàm ciuitas, quæ ex domorum multitudine constituitur. pars enim ciuitatis est domus. huius autem materiæ partes, priores sunt quàm totum. quemadmodum & ouis prius q̃ grex, qui ex multitudine ouium fit. ¶Considerandum est igitur de re familiari. Iam aggreditur discussionem rei. nam præcedentia locũ proœmij magis tenuere ad docilitatem quandã auditorum pertinentia, & quid sit eius opus. Finis in re familiari sunt diuitiæ. vt Aristoteles ipse in principio Ethicorum ostendit. opus autem eius, est recta familiæ gubernatio. ¶Domus quidẽ partes sunt homo & possessio. II hæc est diffinitio domus, quam recte præmittit: vt & quid sit id de quo tractaturus est intelligamus, & materiam paret sibi ad doctrinam tradendam. Simile quiddam est apud Ciceronem in libro de officijs. inquit enim. Omnis quæ de aliqua re habetur institutio: à diffinitione incipere debet, vt itelligatur quid sit illud de quo disputandũ. deinde diffinitioné subijcit in hunc modum. Omnis de officio duplex est quæstio. Vnum genus est quod pertinet ad finem bonorum. Alterum, quod est positum in præceptis. quibus in omnes partes: vsus vitæ confirmari potest. Ita hic Aristoteles diuidendo diffinit. Nam diffinire nihil aliud est, quàm determinare. determinat autem rem: qui totam in suas diuidit partes. vnde species diffinitionis, est partium consignatio. domus ergo partes: sunt homo & possessio. Idem autem hic significat domus quod familia: vnde rei familiaris nomen tractum est. Consueuerunt enim Latini per hoc nomen res cum qualitate aliqua iunctum: disciplinas ferè significare. vt res militaris, respublica, resfamiliaris, res rustica, res domestica, quod idem significat quod res familiaris, quoniam domus & familia idem sunt. vnde paterfamiliâs dictus est: qui domum gubernat & regit. Significare autem familiæ nomen non homines solum, verumetiam res quæ nostro acquiruntur dominio: iura testantur ciuilia. vbi tota patrimonia in iudiciũ familiæ Herciscundæ venire constat. dic ergo domus, id est familiæ partes: sunt homo & possessio. quasi dicat hæc duo complectitur domus: homines scilicet & possessiones. & de homine quid sit: nemo dubitat. ¶Possessio autem quid in hoc loco significet: declaratione indiget. Videtur autem hoc nomen possessio etiã duo significare. nam & res omnes quas possidemus, puta fundos, pecus, naues, & cætera huiusmodi, quæ nostri dominij sunt. hæc enim habentes possidere dicimur. significat etiã non illa quę iam possidemus: sed quę acquirimus. & in hac secunda significatione: possessio idem significat quod quęstus. idemq; videtur magis proprium in hoc loco. nam & verbum græcum κτῆσις quod est hic positum: vtrunq; significat, sed hoc magis q̃ primũ. Vt etiam Xenophon in Oeconomico suo ostẽdit. & Aristoteles in Ethicis inquit: liberaliores videntur qui non quæsiuerunt ipsi, sed ab alijs acceperũt. & huius rationẽ assignat. sed quod ibi dicit quæsiuerũt: eodẽ verbo vtitur scilicet κτησάμενοι à quo κτῆσις, id est ctesis est. Significat ergo non res possessas solum: sed etiam quæstum. & circa primũ diligentia patrisfamiliâs est in conseruando. circa secundum diligentia est in acquirendo. quo in genere agricul turam paulopost præferet: omnibus alijs quæstibus anteponens illam. Nec tamen istæ duæ significationes multum distant: si recte perpendãtur. ¶Q uoniã vero primũ in minimis cuiusq; natura inspicitur. Sic etiã in libris de republica facit Plato: vt à minimis inchoet ciuitatẽ. si igitur in minimis cuiusq; natura inspicitur: in domo certe sic se habebit, scilicet & vt

Cicero.

Est & fuit ponebatur vbiq; est & fit: sed stare non potest. nã Aristoteles habet ἐσὶ καὶ γίγνεται. item ratio Leonardi esset futilis.

Cicero.

Abutitur hic egregie nomine diffinitionis: qua intelligatur quid est.

Xenophon

eius naturã in minimis & primis (vt ita dixerim elemẽtis) inſpici ac diſcerni poſſit. vnde ſta
Heſiodus. tim illa minima ſubijcit ex Heſiodi ſentẽtia. ¶Q uare ſecundũ Heſiodũ. Heſiodus poeta
Homerus. fuit. Homero traditur aliquãto poſterior. hic in eo libro cuiꝰ titulus eſt opera & dies, quẽ ad
Perſes. Perſen fratrem ſcripſit, docens quæ facere, quæ've habere patrẽfamiliâs oportet: hunc ver
ſum poſuit, quaſi elementa domus continentẽ. quem nunc Ariſtuteles ad propoſitũ ſuum
inducit. ¶Domicilium in primis mulierémq; & bouem aratorem. Significat enim dũ di-
cit mulierem deinde poſſeſſionem id eſt quæſtum cum de agricultura dicit, ad quam bos
arator eſt vtilis. hæc ſunt veluti prima elementa familiæ. & reddit rationem. quia alterum
eſt primum in liberis ſcilicet mulier: alterum in victu ſcilicet opus ruſticum, quud in aran-
do conſiſtit. de domiciliu autẽ, tanquã de re nota omittit. ſed poſtea in fine, quale eſſe de-
beat tradet. Vel ea quæ ſequuntur diſtributiue ponit: quaſi dicat domicilium in primis id
eſt mulierem & bouem aratorẽ, vt hæc ſint partes illius quod ſupra dixit domicilium vel
domum. nam vt diximus: hæc, hominẽ & poſſeſſionem ſignificat. in quæ duo: tota domus
diuiditur. ¶Itaq; oportet ea quæ ad vxorẽ ſpectant recte diſpoſuiſſe. poſt aſſignatas du-
as partes ſcilicet hominẽ & poſſeſſionem: incipit iam ab homine, aliud dicere, vt poſtea ve
niat ad quæſtum. dicit ergo, cum mulier ſit primum in liberis & quaſi quoddã elementum
familiæ: neceſſariũ eſt ea quæ ad vxorem pertinent recte diſpoſuiſſe, hoc eſt prouidiſſe vt
talis ſit, qualis eſſe debet. Et quod dicit prouidiſſe: id eſt ante omnia illud prouidiſſe opor-
tuit: vt vxor ſit recte diſpoſita, & talis qualis eſſe debet. Sciendũ tamẽ eſt quod hic dicitur
de vxore: violente tractum eſt ab Heſiodo. non enim Heſiudus de vxore intellexit: ſed de
Mos græco ancilla. Nam cum dixiſſet mulierẽ, ita ſubijcit in ſequenti verſu non coniugio acceptã ſed
rũ vetuſtus pretio partam. quæ & ſi opus fuerit boues ſequatur. patet ergo de ancilla eum ſentire: ſed
fuit: pretio Ariſtoteles ſanius & melius interpretatur. nam ancilla non eſt primum in liberis, ſed vxor.
comparare ¶Poſſeſſionis autẽ prima cura eſt. Perinde eſt dicere poſſeſſionis prima cura eſt: ac ſi dicẽ
vxores. vt ret in acquirẽdo præcipua & maxime laudabilis cura eſt. quaſi dicat in nulla te tam lauda
ſecũdi Poli. biliter acquirimꝰ q̃ in opere ruſtico, ideſt in agricultura. probauit enĩ Heſiodi dictũ in vxo-
numero 18. re & opere ruſtico: quoniã alterum primũ eſt in liberis, alterum in victu. & de vxore quædã
quod non dixit. nunc vero de opere ruſtico, reſumit: laudans illud & præferẽs alijs quæſtibus. Ratio-
aduertit nes quare agriculturã cæteris quæſtibus anteponit: multæ ſunt, ſed præcipue quia eſt ſecũ-
Leonardus dum naturã, & quia iuſta, & quia vtilis ad ſortitudinẽ. ¶Ceu metallorũ vt auri & argenti
Virgilius. fodiendi & quod de chalybe ſcripſit Virgilius. Inſula inexhauſtis chalybũ generoſa metal-
lis. ¶Et ſi qua alia huiuſmodi vt lapidicinæ, & ſylua cædua, ſed hæc nõ ita humaniter fiũt:
vt agricultura. cum in metallis fodiendis terræ veluti parenti afferãtur manus eius viſcera
fodiendo. in agricultura vero fodiatur benigne. Itaq; noſtræ quoddã humanitatis inſtitutũ
eſſe à maioribus ſcribit Plinius ſecũdus: ne in Italia metalla foderẽtur. quã ob rem ſubdit.
¶Sed agricultura præcipue: quoniam iuſta, id eſt non iniurioſa, non violenta, ſed mitis &
pia. quoniã nõ inhumaniter, neq; ab inuitis extorquet. ¶Natura enim omnis educatio eſt
à matre. quare & hominibus à terra. hic terra dicitur parens: quia nos educat. ¶Prodeſt
etiam hoc plurimũ ad ſortitudinẽ. fortitudo eſt virtus animi: vires autẽ & robur ſunt cor-
poris. ad vtrunq; prodeſt agricultura. nã & corpora facit robuſta per tolerantiã laborum:
& animũ firmat contra pericula per exercitationẽ tuendi res ſuas, quæ vtplurimũ ſunt ex-
tra munitiones, & periculis ſubiacẽt. ¶Non enim quẽadmodum viles artium. de opificijs
dicit, vt tonſtrina, & ſutrina, & figularia, & argẽtaria, & alia huiuſmodi: in quibus ſedulitas
eſt muliebris, & nullus virilis labor. ¶Sub diuu conſiſtere, id eſt ſub aperto cælo ad æſtum
& frigus: ſine cameris & feneſtris pannatis. quæ omnia intelligenda ſunt non de his ſolũ qui
manibus ſuis opus ruſticum faciunt: ſed de ijs quoq; qui curãt faciendũ, ceu dominus præ-
Xenophon dijs intentus. quod in Oeconomico proſequitur Xenophon. ¶Sed eius diligentiæ quæ eſt
III circa homines. Q uoniã de cura, & diligentia quæ eſt circa quæſtum dixit, in quo præpo-
ſuit agriculturã: nunc de ea quæ eſt circa homines adhibenda dicit, in qua præfert maxime
vxorem. & rationes duas aſſignat. ſed videbatur ſupra dixiſſe de vxore. Reſpõdeo: ita in ge
nere. dixit enim prouidendum vt ſit talis qualis eſſe debet. ſed hoc parum erat. itaq; nunc
magis trite, & particulariter diſcutit. ¶Præmiſſum eſt enim à nobis & alijs lucis deſidera-
re naturã multa efficere talia. Ratio quare mari & fœminæ ſit cõmuniu maxima ſecundum
naturam. præmiſſum eſt inquit, id eſt præſuppoſitũ alibi vbi de generatione tractauit: natu
ram deſiderare multa efficere talia, vt homo homines, leo leones, equus equos. Natura
enim deſiderat omne animal, ſibi ſimile producere. hoc autem non poteſt mas ſine fœmi-

na, aut fœmina sine mare desideriũ adimplere: sed ambo simul concurrãt necesse est. Itaq; eorum societas est secundũ naturã: & quidẽ ex necessitate cõstituta. ¶ Enimuero in cæteris animalibus absq; ratione id fit desiderium procreandi. cõmune quidem est omnibus animalibus: sed distinguitur in ipsis, prout alia magis alia minus ab immanitate remota sunt capaciáq; prudentiæ. nã alia quidem indistincte congrediũtur sine aliquo respectu, sed quãdo naturali mouẽtur desiderio. Alia vero se coniungunt non tantum procreandi gratia, verumetiam vt ope mutua se coadiuuent, quod in cicuribus & prudentioribus bestijs videmus. dicuntur enim cicures illę bestiæ: quæ remotæ sunt à beluina feritate. prudẽtiores autem vocat: quęcunq; prouidentiã habent circa victum, vt formicas, apes, & cæteras quæ futuri memores, cibum colligunt & conseruãt. In his igitur mutua quædam auxilia cõiunctionis apparẽt: nec tantũ conuenire in societatẽ vt procreent, sed vt mutua sese ope tutẽtur. Sed in homine maxime omniũ id conspicitur. patet enim in hominibus coniunctionẽ fieri inter marem & fœminã non solum vt sint, hoc est non solum vt procreent ac perpetuent genus suum, verũetiam vt bene sint. principium ergo cõiunctionis in hominibus est à natura: forma vero est à lege & ratione, quod matrimoniũ appellamus. ¶ Tributũ ferẽt. Trãslatio est ab eo quod quis superioribus soluere astringitur. vt enim tributum penditur regi ex indictione: sic à natura à nobis indictum est, vt alios procreemus. ¶ Valentes enim ipsi: scilicet vir & vxor. ¶ Imbecillos: id est inualidos paruos filios. Mox, imbecilli & ob senium facti: scilicet vir & vxor. A valentibus: scilicet filijs. ¶ Eadem reportẽt: scilicet alimoniam & tuitionem. hinc est: q̃ filio patrem abdicare non licet. quia iure naturæ obligatus est. ¶ Et simul natura per hunc circuitũ. Quod dicit & simul, duo implicat: quod & gratia cõmodi facit qui procreat, & gratia perpetuitatis. & hoc in hominibus. Quod autẽ inquit per hunc circuitum scilicet de parẽte in filio & de filio in parentẽ. ¶ Adimplet sempiternitatem. id est adimplet desideriũ suum: videlicet vt homines semper sint secundũ speciem, ex quo secundũ numerum esse non possunt. ¶ Tendunt enim eorum omnia in idem vtilitatis. Sic enim ordinati sunt diuinitus vir & vxor ad societatẽ: vt omnia eorum tendant in idem vtilitatis, licet quædã videantur contraria. quomodo autẽ contraria, & quomodo in idem tendentia: explicat inquiens alterum quidem robustissimũ & quæ sequũtur. Dic ergo alterum scilicet vxorem. & vtitur neutro genere quod non est incõueniens: cum homo sit animal. Quod vero dicit, fecit: dic scilicet natura, vel diuina prouidentia. Item quod dicit ob timorem cautius: scilicet ad custodiã rerum suarũ. ¶ Alterum ad sedulitatẽ deterius. Vir enim ad quietẽ intra limen agendã ineptus est. ¶ Generatio propria est: id est præcipua mulieris. & expone generatio id est effectio siue partus. ¶ Vtilitas autẽ cõmune, quantum ad filium. Non enim hic loquitur de vtilitate parentũ: sed de ea quã parentes conferunt in filium. Itaque subdit alterius nutrire est: alterius erudire. educatio enim est à matre vt supra dixit: eruditio vero à patre. & sic vtilitas cõmunis est amborum. ¶ Primum igi- IIII
tur leges sint viro ad vxorẽ & iniuria cesset. cum sit ope mutua inter virum & vxorẽ ad bene viuendũ cõtracta societas: primum hoc præcipiendũ est, vt sint leges viro ad vxorem. Sed quid est quod dicit, sint leges viro ad vxorẽ: an forte ad alios non sunt leges? Respondeo. Vir est paterfamiliâs, domus suæ (vt ita dixerim) rex. hic pro arbitrio familiã gubernat, castigat, punit, potestatémque habet in seruos & filios, & res possessas. nec vlla lege vetusta prohibetur: quo minus hanc potestatẽ in seruos & filios exerceat. Non putet ergo vir inquit Aristoteles, eodem modo habere imperium in vxorẽ: sed sint leges quædam viro ad vxorem, quas seruare debeat. & quas si transgreditur: iniuriã facit. nec in arbitrio suo positum existimet: vt totum sibi liceat. sed cognoscat se lege teneri: & iniuria cesset. nã ius est secundũ leges: iniuria contra leges. ¶ Sic enim nec ipse iniuriã patietur: ab vxore videlicet. quæ propter iniurias viri: aut infida fit, aut adultera, nonnunq̃ etiam venefica. & expone exempla in Clytemnestra, & Penelope. quarũ altera: propter iniurias viri, adultera & cædis conscia fuit. Altera propter fidem coniugis: castitatẽ seruauit. ¶ Hoc enim cõmunis lex. Pythagorici censebãt, sancte quidem & bene, cõmuni quodam humanitatis iure abstinendum esse ab iniuria etiam erga seruos. nã etsi seruus: homo tamen est. qui cum in tuam domum peruenit: quasi ad larem familiarẽ confugisse videtur ne iniuriã patiatur. fuit nãq; religio antiqua: vt quicũq; ad larem alicuius cõfugisset, etiam si is inimicissimus esset, violare eum non liceret. quod Themistoclem fecisse scribunt, cum Athenis pulsus domũ inimici, & à se quidem magnifice offensi quẽ vitare non poterat, introisset. fugiens enim ad larem supplex etiã apud infestissimũ inuiolatus permãsit. est autẽ lar Vestę sacrũ: & quævis

Memores abutitur vocabulo.

Generatio propria est. Aristotetes habet oppositũ τὴν γένεσιν κοινὴν, καὶ τὴν ὠφέλειαν ἴδιον.

domus id sacrum habet. sedes autem eius sacri est: vbi principaliter ignis sit. Pythagorici ergo dicebãt oportere nos existimare seruos nostros esse ab lare, id est ab illo loco ad quẽ confugientes violare non est fas. quoniam ipsi serui cum in domum tuam venerint: ad larem familiarem tuum confugisse videntur. si ergo seruis id humanitatis tribuitur: multo magis id tribuendum est vxori. & iniuria esset: ex communi lege & ratione domestici sacri. est enim communis lex: vt confugientibus ad larem, iniuriari fas non sit. Mulier autem est ex ijs qui in domũ tuam veniunt, & ad larem confugisse videntur. non solum ergo priuata lege, quæ est viro ad vxorem: verumetiam cõmuni lege quæ est ad omnes cõfugientes ad larem abstinendum est ab iniuria vxoris. & hoc est quod inquit: etiam cõmunis lex inducit, vt Pythagorici tradunt. ¶Est autem viri iniuria. Inter cæteras leges quæ sunt viro ad vxorem, illa quoque numeratur: vt sua contentus esse debeat, neque cum alijs consuetudinem ineat. quam si transgreditur vir: iniuriã facit. ¶Itaq; dicit: iniuria viri, est externarum mulierum concubitus. Sunt enim externæ: omnes, præter vxorem: illa enim est sua, & domestica: aliæ, externę & alienæ. ¶In vsu vero vt neq; desit. hoc præceptum commune est viro & vxori. & sententia est hæc: dictum est supra proxime virum vxore sua contentum esse debere & illam viro: vnde nascitur dubitatio quomodo facient isti in absentia si non possunt cum alio concubitus habere. Respondet. ita assuescendũ est: vt neque quando sunt pręsentes desit eis concubitus, neq; quando sunt absentes impotentes sint acquiescere & abstinere. sic ergo est assuescendum vt sufficienter se habeant in præsentia & absen-

Hesiodus. tia. ¶Recte vero se habet illud Hesiodi puellam accipere debere. Quod in masculo dicitur puer: in fœmina dicitur puella. & in vtroque ætatem significat ab ingressu pubertatis, vsque ad finem annorum crescentium. hoc est quod inquit Ouidius,

Ouidius. Seu caperis primis & adhuc crescentibus annis:
Ante oculos veniet vera puella tuos.

¶Vt gratis moribus imbuere possis. gratis scilicet sibi. Nam grandiorem fœminam si duces: nõ facile in tuos mores illam traduxeris, præsertim si alium habuerit virum. erit ergo dissimilitudo morum. qua stante: nec pax tibi domestica fuerit, nec amor coniugalis. nam morum diuersitates: amorem impediunt. ¶Circa ornatum vero. Aliud præceptum saluta-

Xenophon re circa ornatum vxoris quod Xenophon in œconomico suo prosequitur latius. Sed quicquid ibi prolixa illa interrogandi respondendiq; festiuitas habet: hic breui præcepto comprehenditur. summa enim totius præcepti est: quemadmodũ in moribus fictio esse nõ debet, sic etiam nec in corpore debet esse fictio per fucos, & alia quæ ad apparentiam pertinent, & non ad veritatem. nam talis ostentatio inquit: nihil differt ab histrionum vsu, qui prodeũt ex aula tanquam reges ornati. sunt autem reuera viles homines: nõ reges vt apparebant. Intelligendũ est duplicem esse fictionem: vnam in plus quàm reuera sit, & dicitur ostentatio. Alterã in minus: & dicitur ironia. hic ergo de prima loquitur: quæ est ostentatio, hæc enim vt in moribus cessare debet: sic etiam in corpore. Plato quoq; de hac ipsa fictione ornatúve in Gorgia loquitur: quem totum refert in adulatione & fictione ingenerosam & fallacem esse permutationẽ veri decoris. ¶Si appropinquare debeãt scilicet vir & vxor. & dic appropinquare: id est conuenire simul. quòd autem inquit. ¶Tragœdias in scena agentium. ideò posuit tragœdias, & non comœdias: quia in tragœdia reges & tyranni finguntur, in comœdia autem lenones & parasyti, qui sunt viles personæ. plus igitur interest in tragœdijs inter personam veram & fictam: quod magis facit ad propositum suum

Iuuenalis. ornamenti mulierum. nam vt inquit Iuuenalis: Quale decus rerum, si coniugis auctio fiat Baltheus & cristæ. & reliqua quæ prosequitur. tandem concludit. exigua pars est ipsa puel-

V la sui. nec tamen ferebant pœnas vt nunc ferre cœperunt. ¶Possessionũ autem prima quidem ac maxime necessaria est illa quæ optima. Admirabitur quis non immerito ordinem huius progressus: cum videatur nunc idem omittere, nũc reassumere, & interponere quædam. vt nunc de vxore, nunc de agricultura, nunc de seruis. Sed omnia sunt plana & optima ratione ab Aristotele digesta. Primo enim dixit domus esse partes, hominem & possessionem. mox inducta Hesiodi sententia: prætulit vxorem tanquã primum in liberis, & rem rusticam tanquam primum in victu: dixitq; in primis curam nos habere debere: vt vxor sit qualis esse debeat, & rem rusticam alijs quæstibus esse præferendã. hoc perfecit vsq; ad eum locum vbi dicit: sed eius diligentiæ. ibi resumens diuisionem primo factam: incipit tractare de homine, aperiens præcepta circa vxorem magis trite quàm supra fecerat, vsq; ad hunc locum, possessionum. vbi incipit tractare de seruis. sed quæro vtrum serui sint ho-

minis,an poſſeſſionis. Cum enim ſint partes domus:in altera iſtarum ſunt computandi. du
bitationem autem facit id quod inquit:poſſeſſionum prima quidem & reliqua, vbi ſexum
numerat in poſſeſſionibus. poſtea dicit eſſe hominem. Ad hoc reſpondeo:videri quoddam
genus mixtum. nam & homo eſt ſeruus: & tamen acquiritur dominio noſtro. Ariſtoteles
quoque alio loco inquit,ſeruus eſt animatum inſtrumentū. inſtrumētum vero inanimatū
eſt. ſeruus ergo alterutrum quiddam eſſe videtur: ſed certe hominis eſt à nobiliori parte.
Si igitur diligentia noſtra in acquirendo attenditur: potiſſima eſt circa agriculturā inquā
ſeruorum opera maxime vtimur. ſi autem dignitas rei quæ acquiritur & dominio noſtro
ſubijcitur:precioſiſſimus eſt ſeruus. quia homo eſt. ¶Itaq; oportet primo parare ſeruos
ſtudioſos. parare: id eſt acquirere. ſtudioſos:id eſt frugi,& diligentes. ¶Seruorum autem
ſpecies duæ:curator & opifex. Curatorem vocat ſeruum qui negocijs præficitur, & curam
eorum habere iubetur. Opificem vero:qui ſuis manibus opus faciat,vt fodere,arare,ſere-
re,& alia opera. nam maxime: de opere ruſtico ſentire videtur. ¶Diſciplinæ tales aliquos
faciunt iuuenes: vt muſica muſicos,moralis moratos. ¶Neceſſe eſt poſtquā paraueris: id
eſt acquiſiueris. ſeruos, imbuere: id eſt docere & erudire illos quibus liberalia negocia fue-
rint cōmittenda. Cum ſeruis autem ita conuerſetur:ſcilicet dominus. neq; enim pati debet
eos ſuperbire,neque rurſus ita deprimere vt viliſſimi efficiātur. ¶Et liberalioribus hono-
rem:id eſt curatoribus quibus negocia liberalia cōmittuntur,qui proprie dicuntur vicarij.
quoniam vices domini,in curando ſolicitandóq; exercent. iſtis ergo honorem tribuere de-
bet. illis vero qui opus ſuis manibus faciunt: non tam honor q̄ cibus tribuendus eſt. vt &
Cato inquit: familiam bene paſcere. ¶Et quoniam vini potus. ponit vtilitatem quæ eſt in Cato.
abſtinendo: & poſſibilitatem præcepti. non eſt enim putandum nimis durum præceptū vt
vino interdicatur ſeruis:cum apud multas nationes ingenui quoq; abſtineant. Vt de Perſis Perſę.
ſcribit Xenophon in libris de Cyri infantia Cardamum & aquā ad pœnam adiungere. Ari-
ſtoteles tamen Carthaginenſium vtitur exemplo: quibus militiæ abſtinere vino mos fuit.
vide igitur aurea verba de vini potu, & à nobis quoq; obſeruanda. verum miniſtri germa-
ni qui nobis ſeruiunt:ab hac Ariſtotelis ſentētia longe aberrauerunt. quod autem dicit aut
nihil aut raro:expone aut nunquā aut raro. vt ſic ad tempus totum referatur. ¶Tria vero
cum ſint. Tria maxime attendūtur in cura ſeruorum: opus,caſtigatio,& cibus. opus ad cō
moditatē domini pertinet:cibus ad victum ſerui,caſtigatio ad correptionē. Cum ergo ſint
tria: cibus ſine caſtigatione & opere petulantem facit. de quo Terentius Viden' ocium & Terentius.
cibum quid facit alienus? caſtigatio rurſus & opus ſine cibo,eſt res violenta. & infirmū fa-
cit ſeruum. id eſt eneruat,& robur aufert. firmum eſt robuſtum. infirmum ſine robore. hæc
ſi ita ſunt inquit: reſtat vt opus illi tribuat, & cibum ſufficientem. quandoquidē nec opus
fieri poteſt ſine cibo deficientibus viribus: nec rurſus ſine opere cibus prodeſt,cum petu-
lantiam gignat. Caſtigatio quoq; inter hęc ſortitur locum. Nam ſine cibi exhibitione: caſti-
gari non debet ſeruus. & ſine opere attributo: ſe caſtigare non permittit,cum petulans fiat
per cibum & otium,nec iam domini imperium ferre velit. verum vt aliâs dixit ſupra,libe-
ralioribus ſeruis præſtandum eſſe honorem,puta veſtem & laudem aliquam verborum,&
cubiculum non omnino vile,his vero ſeruis qui in opere faciendo laborāt,cibum eſſe prę-
ſtandum ſufficientem: nunc de vtroq; genere ſeruorum ſimul tranſigit, dicens melioribus
eſſe plus tribuendum, & deterioribus minus. Nam ſi præmia tollātur virtutum & vitiorū
deteriores efficientur. quod & in alijs contingit. ¶Indulgere illis & permittere. quaſi dicat
oportet relaxare aliquid,de ſeueriori diſciplina. nam indulgere: eſt ignoſcere & concedere
aliquid,quod iure negari queat. Genera vero ſeruorum. Duo genera ſeruorum probat ad
opus faciendum apta: videlicet non nimis fortes,neque timidos. & rationem vtriuſq; red-
dit. quia timidi: propter imbecillitatem naturæ nequeunt laborem perferre. & nimis forti-
bus non cōmode imperatur. quod igitur dicit fortia nimis,exceſſum ſignificat in fortitudi-
ne quæ eſt ferocitas. ideò ſubijcit poſtea ferocibus: quod idem ſignificat. ꝙ nimis fortibus
non commode imperatur. ſunt enim contemptores quia audaces, vt inquit in Ethicis de
magnanimo. contemptor eſt quoniam audax: audax vero ideò contemptor. contēptor au-
tem & contumax idem eſt. nam vterque dicitur à contēnendo,id eſt ſpernendo ſuperioris
imperium. hoc eſt quod ait: non cōmode imperatur. ¶Oportet quoq; finem. Aliud præce-
ptum cōtinens vtilitatem & æquitatem. nam & æquum eſt remunerare bene agentē: & vti-
le eſt,præmio propoſito,ad beneficium allicere. ¶Si propoſitum præmium: ſcilicet liberta-
tis & tempus definitum. Puta ſi decennio mihi fideliter ſerujeris vt in Andria eſt. Feci ex

seruo vt esses liber. propterea quòd mihi serueras liberaliter, quod habui summū pretiū persolui tibi. ℂSunt etiam procreatis filijs. Aliud præceptum in seruis: quo ad fidem stabilitatémq; disponuntur. Serui enim nonnunquam fugam arripere solent. Vnde & iura plena sunt seruorum fugitiuorum. superiora igitur precepta: tum ad alia multa tum ad hoc vtilia sunt videlicet si bene pascas, si præmium constituas. est & aliud præceptum vtile ad prohibendum fugam: id est si filios habere patiaris. illis enim filijs perinde obligatos habebis seruos: quasi obsidibus quibusdam. Solent enim domini, si plures habeant seruos: pati vt contubernia fiant marium & fœminarum. quod enim in liberis matrimoniū vocamus: in seruis contubernium dicimus. Inquit ergo Aristoteles, serui sunt obligandi interdum: id est ligandi, per filios. Si enim filios ex illis natos apud te habueris: non fugient. quia filij erunt tanquā obsides. ℂNec plures habendi sunt eiusdē generis. non enim expedit haberi plures eiusdē generis. vt Charas vel Dalmatas vel Theutones, quia sectas faciunt in familia & diuisionem inducunt, & sua lingua colloquuntur alijs non intelligentibus, & malorum inter se conscij coniurant. ℂSacra quoque & largiores epulas. Sacra faciebant gentiles per mactationem ouium, vel iuuencorum, & simul postea vescebantur. hoc ex poëtis intelligi potest: qui rerum vetustarum fidi relatores sunt. vt apud Terentium qui inui-
Virgilius. tat vicinum, inquit, dionysia sunt hodie apud me: id est Baccho sacra facio. & Virgilius in aduentu Æneæ, Euandrum fingit sacra facientem Herculi, & sacris dapibus Æneam accipit. Largiores quoque epulæ preter sacra fiunt: vt conuiuia, & exhilarationes cum aliqua profusiori copia ciborum. hæc igitur inquit Aristoteles facienda sunt: non tam gratia liberorum quàm seruorum. Nam licet principium videatur vel ob honorē deorum vel hospitum: tamen finis est ad commodum seruorum qui plura habent ex illa copia ciborum, quàm habeant liberi. parum est enim quod mensis cōsumitur: multum quod remanet ser-
VI uis. itaq; illorum gratia cōstitutū magis videtur: vt hæc talia cum largitate fiant. ℂQuatuor habere patremfamiliâs oportet circa pecunias. Dictum est quomodo circa hominē in vxore & seruis, patrisfamiliâs diligentia versari debet: nunc vero quomodo circa possessionem, id est qualis in acquirendo, & conseruando erogandóq; esse debet, adiungit. dicit ergo, quatuor habere patremfamiliâs circa pecunias oportet. Primum vt sit quæsitor. Secundum, vt quæsitorū cōseruator. Tertium, vt ornari per illa sciat. Quartum, vt fruatur. Quod autem dicit circa pecunias: appellatione pecuniarum omnia veniunt quæ æstimantur nūmo, vt ipse inquit in quarto Ethicorū. Sed quod primo loco dicit: vt sit quæsitor necessariū est. nā quanti est: nisi hoc agatur? Debet igitur esse questuosus paterfamilias: id est prompte ac solerter quæstum facere. quo in genere pretulit agriculturam omnibus alijs questibus: quoniam iusta est, & non ab inuitis extorquet, ac eius exercitatio prodest ad virtutem. Eodem modo accipiendum est de alijs quæstibus: qui cum honestate sine iniuria fieri possunt. nam amplificatio patrimonij nemini nocens: semper laudanda est. hoc igitur ante omnia habere debet paterfamiliâs: vt acquiratur in fructibus prædiorum, & alijs rebus. Secundum vt sit quæsitorum conseruator. hoc etiam necessarium est. nam quid prodest acquirere, nisi conseruetur? Illud etiam sciendum: non videri quibusdam minoris diligentiæ seruare, quàm acquirere. De quo præclare Ouidius,

Non minor est virtus quàm quærere, parta tueri.
Casus inest illis: hic erit artis opus.

ℂNam cribro haurire: scilicet quod faciunt illi, qui tales sunt vt acquirant quidem, sed nō conseruent. ℂId enim nihil prodest: nec aliud est quàm perforatum illud vas, de quo solēt poëte loqui, quod sorores illæ frustra implere nituntur. ℂEsse preterea talem. ponit reliqua duo quæ habere debet paterfamiliâs: scilicet vt ornari per diuitias, & vt frui sciat. Ad hæc enim duo: vtiles sunt diuitiæ. nec vt multi peruerse faciunt: illarum seruos esse decet, sed eas in nostrum seruitium vertere. Erunt autem diuitiæ nobis ornamento & honori. id enim est quod Aristoteles inquit vt ornari per illas sciat: si sumptus oportune cum decore faciamus. huius partes sunt ædes parare diuitijs congruentes, familiam honestam habere, supellectilem abundantem, equorum & vestium decentem apparatum. huius quoque est beneficentia in amicos, & in publicis rebus magnificentia, vt ludi circenses, vt munus gladiatorum, vt epulum publicum. quæ tamen omnia facienda sunt pro qualitate diuitiarū, & decentia hominis. Fruemur autem diuitijs: si ea quæ pertinent ad victum, & ad commoditatem nostram inde susceperimus. non enim ita parcendum est rebus quæsitis: vt in abundantia egeamus. puta qui vinum bibit acerbum: vt maturum venundet. ac ædibus

inhabitat sordidis: vt splendidas locet, & cætera quæ sunt huiusmodi. Ex quatuor ergo quę patremfamiliâs habere oportet: duo ad reifamiliaris amplificationem pertinent, quærere scilicet & seruare: duo rursus ad vsum, scilicet vt in ornatum nostrum diuitias cōuertamus, & vt illis fruamur. Sed videtur contraria & inter se pugnantia præcipere. Si quidem quærere & erogare, item seruare & frui contraria sunt. Respondeo, quæstum facere oportet & seruare quæsita: vt habeas quid eroges decenter, & decenter fruaris. Qui enim non quærit neque conseruat: erogare non potest. Itaque in his consistunt liberalitatis & extremorū eius fundamenta. ¶Distinguenda quidem sunt singula. Dixit quatuor habere oportere patremfamiliâs: quorum primum fuit, vt sit quæsitor. ad hoc igitur sunt ista præcepta: vt nō transeat res in confusione, sed distingat singula & inspiciat diligenter, prouidentia adhibita vt semper plura habeat fructuosa quàm infructuosa. nam si octo millia habeat in bonis: nō debet habere ædes quinque millium, neque prædia suburbana quæ maximi pretij & exigui sunt fructus: nec vestem, magnam patrimonij partem occupantem. sed negocia scilicet rustica, vel negocia vt mercaturam & societates. Ista sunt diuidenda: ne omnia vni periculo subiaceant, vt si mercator in eadem naui totum patrimonium imponat. hæc sunt quæ dicuntur de quæstu faciendo, in genere. In specie tamen laudauit agriculturam: cuius & particularia præcepta in libris de re rustica leguntur. nec huius sunt disciplinæ: sed rei rusticæ. ¶Circa tuendum autem quæsita. hæc sunt præcepta circa secundam partem, hoc est circa tuitionem quæsitorum: ad quod vtiles esse dicit Persicas & Laconicas administrationes, vtilem etiam Atticam. sunt autem hi administrandi quidam modi, certis in locis consueti: quos refert ad imitationem faciendā. Nos vero de singulis dicamus. Sed primum de Attica. Pericles Atheniensis vir & in rebus bellicis & in cura reipublicæ omnium ætatis suæ excellentissimus: in re quoque familiari solers ac frugi fuisse perhibetur. Is in eius domo hoc obseruasse traditur: vt quotannis fructus prædiorum suorum integre venundaret. ipse vero quæcunque necessaria ad victum familiæ erant, seorsum emeret. Ita & redditûum prædiorum extabat ratio ex illis redacta pecunia, & sumptuum domesticorum magnitudo non latebat, quæ maxime ad diligentiam & frugalitatem pertinere videbātur. nec solum Pericles: sed & cæteri Athenienses hoc factitarunt. hic itaque est Atticus administrandi modus: quem dicit Aristoteles esse vtilem ad conseruationem. & hoc est quod inquit: vendentes emunt. dic ergo vendentes fructus collectos ex prædijs: emunt scilicet ea quæ pertinent ad victum familiæ. Si enim vendas fructus: nullus per annum illos tibi surripit, nullus fraudat, nullus furatur. Nec tam facile absumitur quod emptum est: quàm quod prouenit ex prædijs nostris. ¶Et penoris institutio non est in exilioribus administrationibus. Quòd dicit in exilioribus administrationibus non esse institutionem penoris: idem est quod in magnis. Nam Attici nec in magnis nec in exilioribus: penus habere consueuerunt. ¶Sed hoc quod de exilioribus & maioribus dicit: ad distinctionem Aristotelis refertur, quam postea faciet. est autem penus vinum & triticum & cætera omnia quę ad victum pertinent, vt caseus & perna & oleum. cum enim venderent hæc omnia: non instituebant penum, sed dietim emebant. ¶Est autem Persica. Quid sit modus Atticus, diximus: nunc quid sit Persicus aperit. Est enim Persicus administrandi modus: vt dominus ipse omnia videat, omniáque inspiciat. quod paulopost: per exempla ostendit. ¶Ipsum omnia videre: scilicet dominum. ¶Et quod de Dionysio inquit Dion. Dion syracusanus Platonis auditor fuit: hic de Dionysio similia fere dicit. nullum enim parem diligentiam habere alienorum & suorum. ¶Itaque quotcunque. ex quo nullus parem diligentiā præstat rebus alienis & suis, sed multo magis suis: debet ergo paterfamiliâs quotcunque per ipsum geri possunt, circa illa cum diligentia intendere. ¶In quo Persicum simul & Libycum. Vide frugi dictum de oculo domini, & de vestigio. ¶Persa enim. Persa nomen est à prouincia: veluti si quis dicat Italus, vel Gallus. nam Persia regio est: vt Gallia & Italia. ¶Eodem modo Libycus & Italicus. ¶Inspicienda sunt igitur. concludit secundum præmissa. Si enim oculus domini multum valet in rebus, multum & vestigium: & pes eius si accedat ad rem. ¶Sed hæc ita inspicienda. sunt igitur negocia diligenter à viro inspicienda, etiam ab vxore: prout inter eos distinctæ sunt curæ. Nam alia sunt quæ vir curare debet: alia quæ vxor. Mulier enim pannos, supellectilem & alia quæ intra limen sunt: curare debet. vir autem circa agriculturam: & alia quæ virilia sunt officia, cum frugalitate intendat. ¶Et hoc faciendum est. vir debet inspicere negocia diligenter, præsertim in magnis administrationibus, quarum cura alteri committitur. Nam in exilioribus: non tanta diligē-

Pericles.

Dion.

tia inſpectionis flagitatur. Et hoc eſt quod ait: in grandioribus ſæpe, in exilioribus raro.
¶Niſi enim quis. Ratio quare ſæpe inſpiciendum eſt à domino in grandioribus admini-
ſtrationibus. quia illorum cura alijs cõmittitur. itaq; niſi dominus bonũ exemplum de ſe,
id eſt de propria diligentia præbuerit:non habebit imitatores. ¶Habiturum non extimãt:
ſcilicet ſapientes homines, vel ipſi qui curãt. ¶Q uaſi impoſſibile ſit non diligentis domi-
ni diligentes eſſe vicarios. vicarij ſunt qui vices alicuius gerunt. Cum ergo curatores ge-
rant vices domini: impoſſibile eſt niſi ipſe ſit diligens, habere diligentes vicarios. ¶Cum
vero hæc ad virtutem. Hæc eſt cohortatio & præceptum ad diligentiam. debet, inquit, pri
mo dominus ſurgere quàm ſeruus:& cubitum ire poſterius. cum hæc ad vtilitatem hone-
ſtam & ad rem familiarem vtilia ſint. nec vnquam dimittere domum incuſtoditam. & ante
lucem ſurgere : quod prodeſt ad ſalubritatem, & ad rem familiarem & ad ſtudia philoſo-
phiæ. ¶In paruis igitur adminiſtrationibus: Attica regula. Retulit ſupra duos adminiſtrã-
di modos, Atticum & Perſicum: & de Perſico hucuſque tranſegit, hoc eſt vt domum in-
ſpiciat, & vigilet, ac omnia cum diligentia diſcutiat. poſtquam hoc dixit:reuertitur ad At-
ticum. & illum diſtinguit:probans eum in exilioribus adminiſtrationibus, ſed in magnis pu
tat non venditionem fructuum eſſe faciendam. ſed ſequeſtrationem eorum quæ in annum
& eorum quæ in menſes ſingulos conſumere oportet. quæ enim in præſentia conſumenda
ſunt: ponuntur ad manus. quæ non in præſenti: ad tempus deponuntur. ſic idem ferè exit
effectus: vt in Attica, & penoris inſtitutio ceſſabit. ¶Eodem modo inſtrumẽtis. Inſtrumen
ta ſunt quibus fundus inſtruitur: vt ligones, ſarculi, ſalces, dolabræ, ſecuris. hæc etiam ſe-
queſtranda eſſe dicit: vt ſupra de fructibus. & quæ quotidiano in vſu verſantur: ad manus
ponenda illorum, quibus opus commiſeris. quæ vero ad tempus expediunt: ſeponenda
ſunt. ¶Horum quoque: ſcilicet inſtrumentorum. vel horum quoque: ſcilicet quorum ra-
Heſiodus. rus eſt vſus, & ad tempus ſeponuntur. ¶Ædes quoque. Nunc de ædibus dicit: quarũ He-
ſiodus quoque mentionem fecerat. Dicit ergo ad tria nos debere reſpicere in ædibus pa-
randis: vt ſint vtiles, vt ſint ſalubres, vt ſint commodæ. vtilitatis reſpectus habebitur con
ſiderata qualitate rerum in illis reponendarum: vt vtiles ad frumentum, ad pannos, ad fru
ctus ſeruandos, ad perſonas quoque quę in illis verſari debent. Commoditatis ruſus & ſa
lubritatis habetur reſpectus : prouidendo vt æſtate quidem afflabiles vento: hyeme vero
ſolem recipiant. Erunt autem inquit huiuſmodi : ſi auerſo borea fuerint, nec æqualiter la-
tæ. auerſo borea non ſignificat cõtra boream:ſed ſecundũ boream, id eſt ad eas partes ver-
ſæ, ad quas boreas perflat, & ſic ad meridiem erunt verſæ. Sic enim ſolem habebunt hy-
bernum: & vmbrã æſtate, & ventum q̃plurimum per tempus æſtatis inde perflat. ¶Nec
æqualiter latæ: nam ſi eſſent æqualiter latæ:verſæ eſſent ad omnes partes. ſed ſi erunt ob-
longe ædes, & ad meridiem ſpectantes: tunc habebunt ſupraſcriptas commoditates ſolis,
& venti, & vmbræ. nam ſol in æſtate altius incedens:domos ad meridiem verſas, non in-
trat. hyeme vero longius vadens: totus, per feneſtras infunditur. ita æſtate vmbram:hye-
me ſolem habebunt. præterea æſtate flatum ventorum: hyeme à ventis quietem. ¶Vide-
tur quoque ianitor eſſe ponendus in magnis ædibus pro obſeruatione importandorum &
exportandorum. debet vero eſſe inutilis ad cætera: ceu claudus vel mancus. in hoc enim
& minor iactura fit: quia minus laborare poſſet, & erit magis ſedulus propter impotentiã
corporis. ¶Ad rectum vero vſum inſtrumentorum. Q uę ſint inſtrumenta, ſupra diximus.
¶Illud Laconicum valet. Nunc ex Laconico modo, vel regula cuius ſupra mentionẽ fe-
cit, dum inquit Perſicæ & Laconicæ & Attica. ſed nihil de eo modo : tunc explicuit. Hic
ponit ſingula ſuo loco iacere oportere: quod vtile eſt ad vſum inſtrumentorum. quoniam
parata non requiruntur. ſed hoc Laconicum non ad hoc ſolum, ſed ad cætera quoque: vt
ſeparationem fructuum, & aliarum rerum, puta veſtium virilium, à muliebribus & cæteris
huiuſmodi, dictum valet.

LEONARDI ARETINI EXPLANATIO SECVNDI OECONOMICORVM.

PRobam mulierem omnibus. In rei familiaris diſciplina:conſideratio I
habetur perſonarum,& rerum. perſonæ ſunt ex quibus conſtat do-
mus vir & vxor, parentes & filij,dominus & ſeruus. hæc potiſſima
eſt pars:magis'que oportet patremfamiliâs curam perſonarum ha-
bere,quàm rerum.nam illæ,perſonarũ gratia comparantur. res igi-
tur acquirimus: vel per agriculturã, vel per alios naturales modos
ad familiæ indigentiam. permutamus etiam & miſcemus exercitia:
ſupplentes defectum. Et hucuſque vere ſunt diuitiæ,certæ'q; & ter-
minatæ.ſupra vero has nullus eſt terminus diuitiarum: cum illæ iam non in ſupplenda in-
digentia, ſed in patrimonio augendo verſentur. Placet tamen ſapientibus hanc patrimo-
nij amplificationem (ſi nemini noceat) nou eſſe viruperandam . nam ad magnificentiam,
& liberalitatis opus proſunt,rei'que publicæ conducunt. Acquirendarum igitur præcepta
rerum ſupra dedit,de ſeruis etiam & dominis expediuit: nunc autem in hoc ſiue libro ſiue
libri parte,de viro & vxore Ariſtoteles tranſigit.quædã etiam intermiſcens de filijs.opor-
tet ergo mulierem probam dominari omnibus quę ſunt intra ædes:curámque habere om-
nium ſecundum præſcriptas leges. ℭPræſcriptas leges. Dicit quia ſupra dictum eſt:ita na
turam inſtituiſſe vt vir quærat foris,vxor parta domi conſeruet. ℭNon permittentẽ quẽ-
quam ingredi ſine præcepto viri. Huius præcepti tres ſubijcit rationes. Prima:vt vitentur
obloquia. Secunda:ne efferãtur ſecreta domus. Tertia: ne ſibi imputari queat,ſi quid ma-
li per ingredientem committarur, ſed imputetur viro qui præcepit. ℭSumptu autem &
veſtitu. Optimo præcepto domeſtica ratio ſubijcitur. Duplex eſt ornatus: corporis & ani-
mi.corporis:veſtes, aurum & forma. Animi vero:honeſtas,& decus quibus virtutes conti
nentur . Hic animi ornatus ad ſenectam vſque perdurat, imò tunc etiam magis floret:ille
vero alter cito deficit. ℭConſortij. quia quæ fortuna eſt vni & alteri. Sors enim fortuna.
ℭSi ſit in rebus defectus: ſcilicet externis, vel corporis ægrotatio, vel alienatio mentis.
quia ſic ſunt tria bonorum genera:externa,animi,& corporis. ℭPrecandum eſt igitur. Nã
fortuna non eſt in noſtra poteſtate.ideò dicit precandum:non autem prouidendum. ℭVir II
autem.de muliere ſuperius: nunc de viro. ℭQ uando filiorum vitæ'que ſocia. Et ſic du-
plex eſt cura viri circa vxorem: vna pro filiorum bonitate,altera pro vitæ commoditate.
hoc enim ſolo:procreatione filiorum. ℭErgo prudentem ignotare non decet.hoc eſt qua-
ſi caput huius doctrinæ:non ignorate quid cuique debeatur. ℭIuſtus & ſanctus. Iuſtitia eſt
quæ vnicuique tribuit ius ſuum. ℭNihil vero magis ſuum eſt vxoris. hæc eſt minor pro-
poſitio:ad illam ſuperiorem,vnicuique tribuendum eſſe ius ſuum. ℭNec metum incuti-
at ſine verecundia & pudore. Duplex eſt timoris ſpecies vt ſubijcit: vna cum verecundia
& pudore,altera quæ eſt ſine verecundia.quam non inferat vir vxori: quia non conuenit.
ℭEt ſi ipſe ſibi maxime dominetur. vt inquit Tullius,runc incipiat alijs imperate: cũ ipſe Tullius.
turpiſſimis dominis,dedecori ac turpitudini ſeruire deſierit. ℭNã neq;. Probat ſuperius III
dicta per Homeri teſtimoniũ per diuerſos actus Vlyxis & Agamemnonis. Propter Chry- Vlyxes.
ſeidem. Chryſeis Agamemnonis ancilla fuit: propter quam orta eſt diſcordia inter Achil- Agamem-
lem & Agamemnonem. Nam cum Achilles ſuaderet reddendam eſſe patri Chryſide qui non.
erat ſacerdos Apollinis:Agamemnon iratus,in maledicta prorupit.atque in contione Græ Chryſes.
corum dixit ſe nũquam dimiſſurum:quoniam etiam Clytemneſtrę vxori illam præferebat. Clytemne-
nec certe illam eſſe vlla in re inferiorem Clytemneſtra,non corpore,non ingenio,non ope- ſtra.
ra.ob hoc reprehenditur ab Ariſtotele: quia parum cogitauit de vxoris honore,ex qua li-
beros habebat. ℭQ uomodo enim recte. Reſumptio eſt oratoria. ℭQ ualis erga ſe foret
Chyſeis. quaſi dicat : non ſe excuſet Agamemnon, quia ſit proba ideò illam habere.nam
prius ſibi illã cõiunxit,quam ſciret qualis eſſet erga ſe.dũ enim eſſet bello capta & per vim:
non potuit ante ſcire qualis eſſet. ℭAt Vlyxes. Ad contrariũ exemplum reuertitur. ℭMa- Vlyxes.
ximum ſibi ſupplicium arbitratus. Sapientiſſimum dictum. Maximum enim detrimẽtum
eſſe putandum eſt male agenti: vt viuat diutiſſime. ℭCum Circe. Fabula Circes nota eſt
etiam pueris. ℭIn oratione quoque. Hæc omnia ſunt apud Homerum:quem optime Ari
ſtoteles ſciebat,contra conſuetudinem eorum,qui ſe nunc philoſophos appellant. ℭNul-

ſum maius bonum. Nota laudem coniugij ex Homeri, Ariſtotelis'que ſententia: contra vituperatores huius ſanctiſſimi vinculi. nam ſine bono cõiugali: nec domus, nec ciuitas, nec vita quidem humana ſtare poteſt. ℂNam voluntate domum gubernare. voluntas eſt boni. Malus autem facit quæ ſibi videntur: non tamen quæ vult. nihil enim vult niſi bonum.

IIII ℂAc ſtatim ſcire. Duo, inquit, ſunt pręmia parẽtibus: ſi recte ſe geſſerint. Vnum ſtatim ex ipſa conſcientia recte factorum: & hoc eſt maximum præmium à deo nobis datum. alterum poſtea à filijs nobis exhibetur in ſenectute, alendo atque colendo. ℂDic ergo ac ſtatim ſcire: id eſt hoc ipſo quod ſcit, & ſibi ipſi conſcius eſt recte factorum: maximum præ-

Pindarus. mium à dijs conſequitur. & hoc probat ex Pindari authoritate: cuius eſt illud carmen. Dulce ſibi cor & cætera: id eſt cor ſibijpſi placens, & in ſe gaudens. nam vt qui male agit: ſtimulatur conſcientia & metuit. ſic qui bene facit: gaudet animo & bene ſperat. Secundum vero à filijs: hoc eſt alterum præmium. & dicit ſecundum. quia ſupra in primo cum ſtatim ſcire dixit pro primo: & ideò dicit nunc ſecundum, referendo ad illud ſtatim ſcire, quod anteceſſit in litera.

EXPLANATIONIS LEONARDI ARETINI IN DVOS OECONOMICORVM LIBROS FINIS.

BEATVS RHENANVS.

Proſpera ſit cunctis lux, térque quatérque beata
Qua modo Políticus prodit Ariſtoteles.
Prodit & Oeconomis per tempora longa probandus,
Cum ſene quem ſequitur legifer ipſe Plato.
Ergo quibus ciues, ac iura ſacerrima curæ,
Hos legitote animo candidiore libros.

VALETE.

ABSOLVIT SIMON COLINAEVS ANNO M. D. XXVI. PRIDIE CALEN. MAII.